This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

B 1,086,634

PROPERTY OF
University of
Michigan
Libraries

MÉMOIRES

ET DOCUMENTS

PUBLIÉS

PAR LA SOCIÉTÉ D'HISTOIRE

DE LA SUISSE ROMANDE

TOME XXXII

LAUSANNE — IMPRIMERIE GEORGES BRIDEL

DOCUMENTS

RELATIFS A

L'HISTOIRE DU VALLAIS

RECUEILLIS ET PUBLIÉS PAR

L'ABBÉ J. GREMAUD

professeur et bibliothécaire cantonal à Fribourg.

TOME IV

(1331-1350)

LAUSANNE

GEORGES BRIDEL ÉDITEUR

1880

DQ
1
.S72
V.32

92
3534
8886
27V

DOCUMENTS

RELATIFS A

L'HISTOIRE DU VALLAIS

1621

Aymon, comte de Savoie, déclare que Girod de La Tour, de Saint-Maurice, doit contribuer, comme les autres bourgeois, aux charges communes.

1331 (1330), 29 décembre.

Archives de la ville de Saint-Maurice. Le parchemin est troué en plusieurs places.

Aymo comes Sabaudie dilecto fideli nostro Petro de Monte Gelato castellano Sancti Mauricii Agan. et Montheoli salutem et dilectionem sinceram. Dilectorum burgensium nostrorum Sancti Mauricii supplicacionem recepimus continentem quod, cum secundum franchesias et libertates ipsis (burgensibus) per predecessores nostros concessas, omnes qui quouis titulo acquirunt de (bonis) burgensium predictorum, tenentur ratione dictorum bonorum contribuere in missionibus (et ex-) ennis communibus dicte ville, quod Girodus de Turre de Sancto Mauricio, quamuis aliqua bona dictorum burgensium acquisierit et pro ipsis bonis cum dictis burgensibus contribuere pacifice et absque contradicione consueuerit in missio-

nibus et exennis... burgensium predictorum secundum qualitatem dictorum bonorum et quantitatem missionum h(uiusmod)i, m...te mandatorum super hoc specialiter concessorum per inclite recordacionis (Amedeum) genitorem et Edduardum fratrem nostros carissimos id... recusauit et adhuc recusat contribuere in exennis et... graue dampnum et preiudicium burgensium predictorum. Q(uare t)ibi...tione ipsorum precipimus et mandamus omnino volente(s qua)t(enus), facta tibi fide de franchesiis, consuetudine et mandatis huiusmodi, (dictos) burgenses in possessione predictorum in qua ipsos inuenis, debite manutenetis et deffen(datis), (non obst)ante lite pendente super hoc inter ipsos burgenses et dictum Girodum. (Datum) ....., die XXIX mensis decembris, anno Dni milesimo CCC XXXI.

R(edd. litt. port.)

Per dnum cons.

1622

L'abbé et le couvent d'Abondance cèdent le prieuré de Géronde à Aymon de La Tour, évêque de Sion, qui leur donne en échange l'église d'Illiez.

Valère, 1331, 15 janvier.

Gallia christiana, XIII, instr. 537. — *Furrer*, III, 108, extrait.

In nomine Dni, Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo CCC tricesimo primo, indictione decima quarta, decima quinta die mensis januarii, in ecclesia Valeriæ Sedun., in præsentia nostrorum notariorum et testium subscriptorum, propter infrascripta specialiter constituti reuerendus in Christo pater dnus Aymo Dei et apostolicæ sedis gratia episcopus Sedun, ex una parte, et religiosus vir et discretus dnus Nicolaus Albi de Aquiano, canonicus Abundantiæ, Gebennensis dioecesis, pro-

curator et nomine procuratorio venerabilium et religiosorum virorum dni Joannis Dei gratia abbatis monasterii de Abundantia et totius ejusdem monasterii conventus, ad infra scripta constitutus specialiter et nomine procuratorio quo supra, ex altera. Cum idem dnus episcopus considerans quod bonæ rei danti consultum et præsentis vitæ debetur subsidium et æternæ remunerationis dinoscitur expectare premium, volens divini numinis cultum peramplius ampliari, ecclesiam parochialem seu prioratum de Gerunda, Sedun. dioecesis, volens sub monachorum Carthusiensium regula gubernari, de dicto prioratu seu ecclesia de Gerunda quoad jura spiritualia ad eumdem prioratum quoquomodo pertinentia permutationem affectans fieri ad ecclesiam et jura ecclesiæ de Yllies, Sedun. dioecesis, jura scilicet spiritualia cum spiritualibus permutando, cujus ecclesiæ de Illies de jure et antiqua consuetudine institutio, destitutio et ordinatio ad eundem dnum episcopum dinoscitur pertinere, requisisset dictos dnum abbatem et ejus conventum, ad quorum institutionem, dispositionem, provisionem et ordinationem dicta ecclesia seu dictus prioratus de Gerunda immediate suo jure ex antiqua consuetudine pertinere dinoscitur, ut dictæ permutationi faciendæ de spiritualibus ad spiritualia et de ecclesia ad ecclesiam suum vellent præstare assensum ac eorum nomine de eorum conventu personæ idoneæ committere faciendi dictam permutationem et perficiendi, prout melius et decentius ad laudem Dei et utriusque partis possit adimpleri et etiam ordinari. Qui dnus abbas et conventus predicti tam laudabile votum dicti dni episcopi, in quantum in eis est, volentes adimplere, etiam intuitu religionis augmentandæ, dicto dno Nicolao eorum canonico et procuratori plenam et liberam dederunt potestatem et speciale mandatum per suas patentes litteras, sigillis tam dicti dni abbatis quam conventus prædicti sigillatas, eorum vice et nomine dictam permutationem faciendi et complendi eo modo et for-

ma quibus melius fieri posset de jure, considerantes et asserentes dicti dnus abbas et conventus dictam permutationem eis et eorum monasterio fore utilem ex causis in litteris eorum sigillis sigillatis contentis pariter et expressis. Qui dictus dnus Nicolaus, vice et nomine prædictorum dni abbatis et conventus et virtute dicti mandati et procuratorii sibi facti, realiter et perpetue permutavit et nomine permutationis dedit et tradidit ac concessit dicto dno episcopo dictam ecclesiam seu prioratum de Gerunda ad ecclesiam de Yllies predictam, et omnia et singula jura spiritualia ad dictum prioratum seu ecclesiam de Gerunda pertinentia ad jura omnia et singula dictæ ecclesiæ de Yllies ad ipsam ecclesiam pertinentia, sive sint hinc et inde decimæ, primitiæ, oblationes et obventiones ratione funerum vel anniversariorum, vel alia ex quacumque causa ad spiritualitatem pertinentia. Et vice versa dictus dnus episcopus dictam ecclesiam de Yllies et omnia et singula jura spiritualia superius expressa permutavit nomine suo et ecclesiæ suæ Sedun., et nomine permutationis dedit, concessit et tradidit dicto procuratori recipienti vice et nomine prædictorum dicti dni abbatis et conventus monasterii supradicti, ita quod ex nunc in antea dicta ecclesia de Illies sit regularis, sicut fuit hactenus prædicta ecclesia seu prioratus de Gerunda. Devestiens se dnus episcopus prædictus de dicta ecclesia de Illies et de omnibus et singulis juribus spiritualibus predictis, et de ipsis dictum procuratorem nomine quo supra recipientem per traditionem unius libri præsentialiter investivit vel quasi, retenta eidem dno episcopo subjectione in dicta ecclesia de Yllies quam prius habebat in ecclesia seu prioratu de Gerunda, acto que (l. quod) anno bissextili, quando visitat episcopus Sedun., percipiat prior de Yllies qui pro tempore fuerit pro exoneratione procurationis dni episcopi illud quod decimatores et alii qui tenentur ad paratam in parochia de Yllies solvere consueverunt nuntiis synodalibus dicti dni episcopi ratione dicte pa-

ratæ. Item quod decanus Valeriæ eandem subjectionem habeat in dicta ecclesia de Yllies quam antea habebat antequam præsens permutatio esset facta. Dans et concedens dictus dnus episcopus dicto procuratori nomine quo supra recipienti plenam et liberam potestatem ex nunc in antea possessionem vel quasi prædictorum apprehendendi, intrandi, possidendi vel quasi et de ipsis providendi personæ suæ religionis, prout sibi vel dno abbati et conventui Abundantiæ videbitur expedire. Et versa vice idem procurator nomine quo supra de dicta ecclesia seu de dicto prioratu de Gerunda cum juribus spiritualibus prædictis realiter et perpetualiter, ut supra, se devestuvit, et dictum dnum episcopum recipientem vice et nomine suo et ecclesiæ suæ Sedun. investivit. Ita que (l. quod) de prædicta ecclesia de Yllies dictus procurator nomine quo supra vel dnus abbas et conventus Abundantiæ possint et valeant providere personæ religionis suæ, prout eis videbitur expedire, ad laudem Dei et cultum divinum pariter augmentandum. Acto etiam ex provisione dicti dni episcopi et ut divinus cultus augmentetur in ecclesia prædicta de Yllies, quod religiosi abbas et conventus Abundantiæ in ipsa ecclesia de Yllies ex nunc in antea habeant et instituant priorem sicut in prioratu de Gerunda antea habebant et instituebant, qui sub regulari habitu ibidem una cum uno socio Domino valeat famulari. Concedens expresse idem dnus episcopus quod abbas et conventus et prior prædicti qui pro tempore fuerint eisdem gaudeant privilegiis, statutis et consuetudinibus laudabilibus in ecclesia de Yllies prædicta quibus gaudebant in prioratu de Gerunda prædicto, maxime quod bona decedentis prioris spectent ad successorem priorem, qui per dnum abbatem et conventum monasterii Abundantiæ in dicta ecclesia seu in dicto prioratu de Illies fuerit institutus. Actum est etiam quod in solutione personatuum prioratuum dictarum ecclesiarum permutatarum, rector cujuslibet ecclesiæ supportet de cetero

onus quod alter antea consueverat supportare, scilicet ecclesia de Yllies solvat dno abbati Abundantiæ sexaginta sol. Maur. et duas lb. piperis pitanciario Abundantiæ, et ecclesia de Gerunda dno episcopo vel cujus interest vel intererit quindecim sol. Maur., vel illud quod antea debebat vel reperiretur debere. Hanc autem permutationem dictus dnus episcopus nomine quo supra et per fidem suam episcopalem, et idem procurator nomine quo supra per juramentum suum prestitum in manus dictorum dni abbatis et conventus, et omnia ac singula supradicta, prout in singulis capitulis continetur, promiserunt sibi ad invicem stipulatione solemni interveniente perpetue et realiter attendere, rata et firma habere pro se et successoribus suis et contra per se vel per alium in judicio vel extra in perpetuum non venire, litem non movere et nullum privilegium impetrare per quod prædicta vel aliquid prædictorum possint infringi, de jure vel de facto cassari vel etiam annullari vel in toto vel in parte, ex quacumque causa vel modo aliquo seu colore quæsito, et contravenire volenti promiserunt, ut supra, nullatenus consentire verbo vel facto seu alio quocumque modo. Renuntiaverunt expresse et ex certa scientia dictæ partes, scilicet dictus dnus episcopus per suam fidem episcopalem et dictus procurator per juramentum suum prædictum, omni exceptioni doli, mali metus in factum et exceptioni sine causa aut ex injusta causa aut causa præmissa non secuta, omni privilegio etiam apostolico impetrato sive etiam impetrando, omni læsioni, deceptioni, circonventioni, beneficio restitutionis in integrum pro ecclesiis introducto et omni juri canonico et civili seu consuetudinario et statuto per quæ contra prædicta possent venire, contradicere vel reclamare de facto vel de jure ratione personarum contrahentium, rerum super quibus contrahitur, vel solemnitatis obmissæ in contractu permutationis prædictæ. Quæ omnia et singula supradicta lecta et exposita, prout superius continentur, in capitulo

Sedun. more solito ad sonum campanæ convocato sive congregato, tractatu etiam diligenti legitime habito supra prædictis, præsentibus in dicto capitulo et capitulum facientibus dno Girardo decano Valeriæ, dnis Ebalo sacrista, Francisco de Yporregia, Nicolao de Clarens, Willelmo fratre ejus, Martino de Castillione, Anselmo de Augusta, Johanne de Druna (l. Droa) et Petro de Claromonte, canonicis Sedun. prædictis consenserunt et ea laudaverunt, approbaverunt, ratificaverunt et emologaverunt ut capitulum Sedun. Actoque ut de prædictis fiant quinque publica instrumenta ejusdem tenoris, quæ possint corrigi, refigi et dictari semel vel pluries, quotienscunque opus fuerit, ad consilium peritorum, substantia non mutata, quorum dictus dnus episcopus habeat unum, dictum capitulum aliud, abbas et conventus Abundantiæ aliud, religiosi Cartusienses de Gerunda alterum et prior de Yllies qui pro tempore fuerit reliquum. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati dnus Joannes prior S. Marii Lausanensis, dnus Petrus Normant curatus de Areygnon, dnus Nicolaus de Chouson capellanus, dnus Martinus curatus de Villa, dnus Alechera capellanus et Hugo rector hospitalis de Vico prati clericus et plures alii. Datum ut supra.

Et ego Mathæus Murigie de Somplono, Sedun. dioecesis, clericus, etc.

Et ego Joannes de Ylletis, Sedun. dioecesis, clericus, etc.

Ad majorem autem roboris firmitatem et testium omnium et singulorum suprascriptorum dictus dnus episcopus et capitulum Sedun. una cum signis notariorum prædictorum sigilla sua præsenti instrumento duxerunt apponenda.

Ad majorem autem roboris firmitatem et testium omnium et singulorum suprascriptorum dictus dnus Joannes abbas Abundantiæ et conventus ejusdem monasterii sigilla sua præsentibus duxerunt apponenda et apposuerunt anno quo supra, die nona mensis martii, ipsis more solito in suo capitulo

Abundantiæ propter hæc congregatis, in præsentia mei Mathei notarii publici suprascripti.

1623

Fondation de la chartreuse de Géronde.

Géronde, 1331, 19 janvier. — Valère, 1331, 1 février.

Archives de l'évêché de Sion. — Gallia christiana XII, Instr. 540. — *Furrer*, III, 109.

In nomine Dni, Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo primo, indicione quarta decima, decima nona die mensis januarii, in ecclesia de Gerunda, in presencia mei notarii publici et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, constituti reuerendus in Christo pater dnus Aymo Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun., Perrodus de Turre domicellus, dnus Castellionis, et Johannes domicellus, dnus de Aniuesio[1], considerantes quod summa est ratio que pro religione facit, cum plus apud Deum juuetur christianus populus orationibus religiosorum quam aliis suis sudoribus uel laboribus, vt attestantur canonice sanctiones; idcirco idem dnus episcopus Sedun., Perrodus et Johannes domicelli, attendentes, considerantes et affectantes cum Dei auxilio salubriter adimplere piam et deuotam intencionem quorumdam predecessorum suorum et etiam quorumdam progenitorum suorum, iam dudum proponencium ad diuini cultus augmentum fundare et dotare in diocesi Sedun. et in terra ecclesie Sedun. vnum monasterium et conuentum monachorum Cartusiensis ordinis, quorum pia deuocio adhuc propter eorum mortis preuencionem adim-

[1] Jean d'Anniviers paraît ici comme neveu par alliance de l'évêque Aymon de La Tour, dont il avait épousé la nièce Béatrice.

pleta non fuit, considerantes etiam quod sancte orationes dictorum religiosorum sibi et subditis suis ac predecessoribus spiritualibus et ecclesiasticis, parentibus et consanguineis et amicis proficere poterunt iam preteritis, presentibus et futuris, ac etiam pacem, tranquillitatem, prosperitatem corporum et animarum remouendo scandala apud Altissimum poterunt impetrare, propositum predecessorum suorum predictorum, solum Deum habentes pre oculis, adimpleri cupientes, de consensu expresso capituli Sedun., dedit et concessit idem dnus episcopus imperpetuum donacione pura, perfecta et irreuocabili inter viuos et vacuam possessionem tradidit per presentes ordini Cartusiensi ecclesiam et prioratum de Geronda sue diocesis et in dotem dicti monasterii concessit totam cristam eiusdem loci, cum omnibus juribus et pertinenciis temporalibus et spiritualibus que habebat in ecclesia et loco predictis de Geronda, vna cum possessionibus, redditibus, censibus, nemoribus, seruiciis, homagiis, bonis et rebus aliis que inferius declarantur, scilicet clausum suum apud Chestru superiorem cum vineis contiguis et grangia adiacente et clauso ab alio latere sito contiguo lacui et connexo cum agris et vineis ibi adiacentibus ac agris circa clausum iacentibus. Item totum albergamentum et casamentum cum campo et virgulto sibi adiacentibus, et iacent apud Leucam supra stratam publicam qua itur à Leuca versus pontem Rodani, et inter terram quondam Nicholay Nigri, quam idem Petrus emit ab ipso Nicholao Nigri, et terram Willelmi Bacconyer ex vna parte et terram hospitalis de Leuca ex altera, quos predictus dnus episcopus emit ab heredibus quondam Petri de Daylleto pro quadraginta lb. bonorum Maur. inde solutis, prout in quadam chertra plenius continetur. Item vnum frustrum terre situm apud Leucam sub orto Roleti de Nouilla, sub casalibus quondam Petri Foecyer et heredum Aymonis Vincent de Signes. Item vineam heredum Johannis

Marchis, inter terram communitatis de Leuca ex vna parte et terram predicti feudi ex altera, quod dnus episcopus prefatus emit a predictis heredibus pro triginta lb. Maur. solutis, prout in predicta chertra inde confecta plenius continetur. Acto tamen et in pactum deducto quod dnus episcopus, qui nunc est aut qui pro tempore fuerit, dictas res et possessiones quondam Petri de Daylleto dicto monasterio datis (l. datas) possit rehabere ad opus mense episcopalis, quocienscumque sibi videbitur expedire, pro decem lb. bon. Maur. reddituum, quos teneatur episcopus qui rehabere dicta voluerit alibi eisdem assignare infra episcopatum Sedun.; qua assignacione facta eisdem religiosis possit episcopus qui pro tempore fuerit dictas res quondam Petri de Daylleto apprehendere sua auctoritate, nullo alio super hoc expectato mandato superioris vel cuiuscunque persone. Item concessit in dotem monasterio predicto res que fuerunt Spicthin prout inferius declarantur, primo vnum pratum acquisitum per plures particulas cum casalibus et casamentis supra sitis, quod pratum est ad duodecim sectorios et situm est vltra Saltenam versus Glisam, inter terram Johannis de Inferno et Johannis de Ranfte de Holz ex vna parte et terram quondam Walteri Barbitonsoris de Mond et terram quondam Anselmi de Scala ex parte altera, per subtus terram Willelmi de Laquenesse et aqueductum qui dicitur Wror, et supra stratam publicam tendentem versus Vespiam et terram Johannis Bernardi et terram Mathelde Steynburguin et terram filiorum Rumani. Et est sciendum quod de membris iacentibus in isto prato debentur vsagia que secuntur, primo quatuordecim den. qui debentur in tallia dni episcopi racione mansus, item sex den. seruicii Francesie Roderii, item duo modia silliginis censualia Fraçolo Curti, que antea debebantur quondam Johanni de Susta; sed e converso habet dictus Johannes Spichtin duo modia silliginis censualia que sibi debent hii qui secuntur, videlicet Johannes Bernardi

vnum modium, et filii Silling dimidium modium, et Petrus ab Esch quatuor fichillinos siliginis, Petrus Luider vnum fichilinum, et filii Heyno Wizzo de Ranter.... (?) vnum fichilinum. Item est de bonis dicti Johannis Spichtin quidam ager duodecim jugueriorum situs propre Glisam, inter terram filiorum quondam Martini sacriste de Glisa et terram quondam Willelmi de Brov ex vna parte et terram Willelmi de Vico et terram Jacobi generis quondam Johannis Sillinch ex altera, subtus terram Henrici Simpilere et supra terram quondam Willelmi de Brov; et est sciendum (quod de dicto) agro debentur sex fichilini siliginis altero anno, uel tres fichilini siliginis annuatim heredibus Rudini de Zubun. Item est de bonis Spichtin quoddam glaretum, quod vvlgaliter dicitur Gesteyne, situm citra pontem Rodani a latere de Glisa, inter Almeyna ex vna parte et terram Petri Sillinch ex altera, que jacet deserta et tecta lapidibus propter inundacionem aque que dicitur Saltena; actamen inde debentur tres den. seruicii illis de Mosecom; et de omnibus predictis debentur Agneti vxori predicti Johannis Spichtin triginta sol. bon. Maur. annuatim ad vitam suam tantum. Item est de bonis Johannis Spichtin predicti quoddam glaretum quod dicitur Gesteyne, situm inter aquam Saltene ex vna parte et terram Willelmi Bremo ex altera, de quo debentur duo den. elemosine ecclesie de Narres, et jacet dicta terra deserta et tecta lapidibus propter inundacionem aque predicte. Item illa que venerunt in porcionem dicto Johanni Spichtin per cessum seu echeytam quondam Henrici Spichtin patris sui, primo quidam ager vnius et dimidii jugentis campi, situs am Ranfte inter Borte ex vna parte et viam qua itur versus Holz ex altera, subtus terram Gomers de Holz et supra campum quondam Walteri Barbitonsoris de Mond; et de isto agro debentur quinque fichilini siliginis matri Stephani de Loube et tres fichilini censuales hospitali Jherosolimitano. Item duo frustra prati, quorum primum

situm est subtus Brigam, inter stratam publicam tendentem versus Narres ex vna parte et terram Nicholay Gospolt ex altera, subtus terram dicti Nicholay Gospolt et supra terram Berthe Bremii, Henrici Simpilere, Walteri Barbitonsoris et Johannis dicti de la Wortine, et est illud pratum ad quatuor sectoria prati. Secundum frustum situm est inter terram Johannis Bernardi quam habet in feodum de hospitali de Briga ex vna parte et terram Mathelde Steinburguin ex altera, subtus viam qua itur Vbiroton et supra Rodanum, et est istud pratum ad tria sectoria uel circa ; et est sciendum quod predicta duo frustra prati dicuntur esse de antiquo feodo, sed non debent aliqua vsagia, nisi contribuere in placito quando accidit, cum aliis antiquis feodis de quibus Johannes Pontmalli est anterior et responsor in manibus dni episcopi Sedun. de sectorio, prout dicitur, duorum den. Item ea que Salomea relicta Henrici quondam Spichtin habet pro vsufructu suo ad vitam suam, videlicet vnum frustum terre tam prati quam campi circa octo sectoriorum, quod frustum terre situm est Vfbiritene, inter viam tendentem Vfbiritene ex vna parte et terram Petri de Castellione superiori et terram dicti Bluomo ex altera, sub terram dicti Bluomo Birotene et supra terram Johannis Ruffi filii quondam Anselmi de Eycholz ; et de isto frusto terre debentur hospitali Jherosolimitano tres sol. Maur. et quatuor den. seruicii et sex sol. et octo den. placiti et vnum den. pro aqueductu tendente in dictum pratum. Item sciendum est quod predictum frustum terre dicitur esse de antiquo feodo et debet contribuere in placito quando accidit cum aliis antiquis feodis de quibus Johannes de Pontmalli est anterior et responsor in manibus dni episcopi predicti, prout superius est expressum. Item eadem Salomea relicta quondam Henrici Spichtin habet ad vitam suam pro vsufructu suo medietatem casalium, casamentorum et domorum sitorum in villa de Briga, inter stratam publicam tendentem per Brigam

ex vna parte et terram Johannis in Inferno et Perrodi de la Scala ex altera, supra domum quondam Georgii de Luchyn et terram Johannis de Inferno et subtus domum Petri Scillin et Perrodi de la Scala; et de alia mediatate dictorum casalium, casamentorum et pro indiuiso domorum debet eadem Salomea dno episcopo nomine dicti Johannis Spichtin viginti sol. Laur. censuales et soluere vsagia que tota casalia debent, videlicet tres sol. uel circa ad talliam dni episcopi. Predicta casalia sunt de mansu et iste census soluitur dno episcopo vsque ad beneplacitum suum, et quando ei dno episcopo uel eius assignatis placuerit potest sibi facere diuidi dicta casalia et domos et casamenta per medium et assumere medietatem ad se et inde facere voluntatem suam soluendo medietatem vsagiorum predictorum. Qua medietate assumpta per eum uel per mandatum eius dicta Salomea est quitata et absoluta de dicto censu, et alia medietas dictorum casalium, casamentorum et domorum debet remanere dicte Salomee ad vitam suam pro vsufructu suo solutore medietatem vsagiorum predictorum. Item sciendum est quod cum donacio facta esset eidem Salomee tanquam benemerite per Henricum Spichtin maritum eius de tercia parte bonorum suorum, dimissa et concessa sunt ei duo frusta agrorum pro satisfacione illius donacionis ad vitam suam et non vltra, quorum vnum situm est supra Brigam am dum Buole, supra viam qua itur apud Trimam et subtus terram Willelmi de Vrtica et bastardi de Gebreyto, inter terram Johannis Burgwcho ex vna parte et terram Johannis in Inferno ex altera; qui ager accipit nouem fichilinos seminis altero anno seminandus; et de illo agro detentur ecclesie de Narres quatuor den. elemosine. Secundum frustum situm est supra viam qua itur apud Trimam et supra cristam que dicitur Hohalton, que Hohalton concludit dictum frustum agri; qui ager accipit quinque fichilinos seminis et est seminandus altero anno; et pro istis duobus frustis agro-

rum est dicta Salomea contenta a dno episcopo de donacione sibi facta per maritum suum predictum. Que duo frusta ipsa mortua debent deuolui dno episcopo Sedun. predicto ad opus vnius conuentus monachorum Cartusiensis ordinis in dicto loco de Geronda faciendo et construendo ex causa predicta. Nichil autem juris, dominii uel subiectionis sibi seu successoribus suis retinendo infra cristam predictam, excepto mero imperio quod sibi retinet et suis successoribus perpetue et ecclesie sue Sedun. in crista de Geronda et loco predicto, sed ad dictum conuentum pertineant et pertinere debeant in temporalibus et spiritualibus, excepto dicto mero imperio, sicut ad rectorem uel priorem dicte ecclesie de Geronda et ad ipsum nomine ecclesie Sedun. antea pertinebat; concedens et eidem ordini etiam monasterio speciali priuilegio exempcionis quod omnes seruitores et familiares continui conuentus predicti ab omnibus talliis communitatum, subuencionibus, angariis et perangariis et exactionibus quibuscumque, sine preiudicio dnorum suorum quibus feoda tenerent uel alias seruitutes deberent, sint immunes et quod ipse dnus episcopus uel successores sui, decanus Sedun. seu alius quicumque pro ipso uel dicto decano in dictis loco et ecclesia de Geronda et personis dicti ordinis que in dicto conuentu habitabunt uel morabuntur, ut superius est expressum, nullam visitacionem, procuracionem, correctionem uel subiectionem de cetero aliqualiter habeant, sed ab omnibus et singulis predictis ex nunc imperpetuum sint immunes et exempti. Item statuit et ordinauit quod nulla mulier sub pena banni intret seu intrare attemptet terminos dicti monasterii a capella Sancti Felicis. Item quod nullus venator vel accupex pro bestiis siue auibus capiendis infra dictos terminos sub pena banni non incedat. Item quod omnes confugientes infra dictos terminos sint salui et securi in vita et in membris, et a nullo justiciario uel alio quocumque ibidem capiatur et detineatur pro aliquo maleficio uel delicto

commisso, exceptis hereticis, latronibus publicis, depopulatoribus agrorum et hostibus publicis terre Valesii et ecclesie Sedun. et aliis quibus de jure communi immunitas ecclesiarum minime suffragatur. Item concessit quod prior et conuentus dicti ordinis possint in dicto loco de Geronda in suo ordine recipere in monachos uel in conuersos quoscumque clericos uel laycos liberos uel seruos, cuiuscumque status uel condicionis existant, et quicquid dederint dicti recepti predicto conuentui suo uel infirmi, possint dicti prior et conuentus libere recipere, saluo jure alterius, contradicione cuiuscumque non obstante, et exceptis bonis et rebus de feodo ecclesie homagii ligii uel alterius cuiuscumque persone. Item quod dicti prior et conuentus possint habere et tenere secum in seruicio suo quoscumque familiares vndecumque sint, qui sint securi ab omni violencia, inquietate, quamdiu erunt in seruicio eorumdem. Item quod infra terminos conuentus predicti nulla persona, cuiuscumque nobilitatis uel condicionis existat, faciat aliquam violenciam in persona uel rebus quibuscumque dicti monasterii, nec etiam intret dictos terminos cum armis offensibilibus, inuito priore dicti loci. Item quod de possessionibus eis datis uel imposterum dandis non teneantur alicui dare decimas, nisi ante huiusmodi ordinacionem dicte decime essent alterius persone quam prioris uel rectoris ecclesie de Geronda. Item quod a ciuitate Sedun. vsque ad Leucam non fiat aliud monasterium de nouo seu domus alterius religionis in preiudicium eorumdem. Concessit etiam dictis religiosis quod dictum monasterium fiat ad laudem Dei et beatissime virginis Marie ac beati Johannis Baptiste et Omnium Sanctorum, ita quod dictum monasterium in rebus et personis gaudeat plene et libere ex nunc et imperpetuum excepcionibus, immunitatibus, priuilegiis et consuetudinibus laudabilibus quibus gaudent alie domus Cartusienses. Que omnia et singula ordinata fuerunt, statuta et concessa in presencia religio-

sorum virorum fratris prioris domus dou Reposour dicti ordinis et fratris Ebalii Hubodi monachi Cartusiensis, nunciorum et procuratorum prioris maioris et conuentus Cartusiensis, constitutorum ad recipiendum ecclesiam predictam de Geronda cum juribus et pertinenciis suis vniuersis, et ad recipiendum dotacionem predictam ad opus dicti monasterii et ordinis predicti et ad faciendum, stipulandum et ordinandum, statuendum et perficiendum omnia et singula que dictum negocium exigit et requirit. Qui procuratores omnia et singula supradicta acceptantes nomine quo supra promiserunt dicto dno episcopo ibidem conuentum sui ordinis, vt supra est expressum, ibidem construere et se facturos et curaturos quod omnia et singula supradicta maior prior sui ordinis et conuentus approbabunt, ratifficabunt et facient obseruari. Dictus autem episcopus volens quod illi qui in dicto conuentu persistent et voluerint Dno famulari, in suo officio cum tranquillitate et pace, plena securitate gaudeant et deffendantur ac tueantur ab incursibus malignorum, dictos monachos et familiares eorum, bona, res et possessiones eorumdem et eosdem recepit et dictum monasterium pro se et successoribus suis in protectionem suam et ecclesie Sedun., et promisit dictis procuratoribus stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicti ordinis omnia et singula predicta sibi concessa eisdem manutenere et deffendere contra omnes in judicio et extra, et eisdem attendere firmiter et complere omnia et singula que superius exprimuntur. Post hec nobilis vir et potens Perrodus de Turre, domicellus, dnus Castellionis in Valesio, nepos predicti dni episcopi, considerans laudabile votum ipsius dni episcopi et propositum suum, volens esse particeps, compatronus et condotator vna cum dicto dno episcopo in ecclesia Sedun. dicti monasterii, sciens, prudens, non vi, non dolo inductus, sed spontaneus et ex certa sciencia et pro remedio anime sue et predecessorum suorum, vt ipse et sui

sint et esse valeant imperpetuum participes et consortes oracionum et ceterorum operum misericordie que fient in dicto monasterio de Geronda, vt ipsis religiosam vitam eligentibus congrua sustentacio assignetur, donacione pura, irrenocabili inter vivos et in presencia dicti dni episcopi et mei notarii ac testium subscriptorum dedit, concessit et tradidit dicto monasterio de Geronda et conuentui dicti ordinis decimam de Chaler quam tenebat a Felisia relicta Bosonis de Chaler, que percipitur apud Chaler. Dictus autem Johannes de Aniuesio, volens esse particeps modo et forma predictis predicti monasterii et bonorum (operum) que fient in eodem, vt superius est expressum, et esse compatronus eiusdem vna cum dno episcopo et Perrodo de Turre predictis, in augmentum dotis dicti monasterii dedit, concessit et tradidit monasterio et conuentui de Geronda predictis et dictis procuratoribus recipientibus vice et nomine dicti monasterii res et bona que inferius continentur, eo modo et forma quibus predictus Perrodus de Turre domicellus donauit dicto monasterio res superius nominatas, cum clausulis ibidem contentis, scilicet centum sol. Maur. annui redditus, quos assignauit percipiendos per dictum monasterium, videlicet quatuor lb. et decem sol. Maur. super redditu quatuor lb. et decem sol. Maur. in quibus eidem tenebatur maior de Areignon, item alios decem sol. assignauit percipiendos super talliam dni episcopi Sedun. que fit annuatim apud Syrro, prout constat per instrumenta inde confecta. Denestientes se dicti Perrodus de Turre et Johannes dnus de Aniuesio, domicelli, de predictis rebus et bonis et dictos procuratores stipulantes et recipientes nomine quo supra per tradicionem cuiusdam baculi presencialiter inuestierunt. Constituentes se nomine eorum et dicti monasterii possidere uel quasi predicta, donec possessionem vel quasi earum rerum apprehenderint corporalem, quam intrandi, adhipiscendi et possidendi dederunt eis plenariam potestatem, nullo super

hoc alio expectato mandato judicis uel alterius cuiuscumque persone. Promiserunt que iidem Perrodus et Johannes dictis procuratoribus stipulantibus ut supra ipsas res donatas manutenere et deffendere contra omnes, ac etiam debrigare suis sumptibus pariter et expensis, dictumque monasterium, res et bona, personas, monachos et familiares manutenere et deffendere toto posse et eis prebere consilium, auxilium et fauorem pro tuicione ipsorum et bonorum ad dictum monasterium pertinentium in futurum. Presentibus ven. viris dnis Girardo decano Valerie in ecclesia Sedun., Ebalo sacrista, Martino canonico eiusdem ecclesie, nobili viro dno Gotfredo de Polens, August. diocesis, milite, viris discretis dno Petro Morman curato de Areygnon, Columbo curato Sancti Theodoli de Syrro, Franchisco curato de Leytron, Nicholao de Chouson capellano et pluribus aliis fidedignis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum vt supra.

Et ego Matheus Murigie de Somplono, Sedun. diocesis, clericus, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus presens interfui, hoc presens publicum instrumentum propria manu scripsi et in formam publicam redegi, signoque meo solito signaui in testimonium omnium premissorum rogatus.

Post hec autem, anno et indicione quibus supra, kl. februarii, in presencia mei notarii publici et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, congregato capitulo Sedun. in ecclesia Valerie ad sonum campane, prout moris est, ibidem presentibus canonicis infrascriptis et capitulum facientibus, scilicet dnis Gerardo decano Valerie, Ebalo sacrista, Thoma cantore, Johanne Boneti, Petro Falconis, Nicholao de Clarens, Johanne de Dronna, Franchisco de Yporrigia, Martino de Castellione in Valesio, Anselmo de Castellione in Augusta, Christoforo Mediolanensis diocesis, Perroneto de Claromonte et Jacobo Bochardi, canonicis Sedun., capitulum ibidem facientibus, diligenti tractatu habito pluries

super predictis in capitulo predicto omnibus et singulis, dictum capitulum attendens, vt asserebat, euidenter quod per fundacionem et constitucionem dicti monasterii, conuentus et ordinis in dicto loco de Geronda diuinus cultus quam plurimum augmentabitur in futurum, fundacionem et dotacionem et omnes donaciones predictas et omnia et singula donata, concessa et ordinata per dictum dnum episcopum super premissis laudauit, approbauit, ratifficauit et emologauit et expresse eisdem consensit. Acto tamen et in pactum deducto quod aliquis hostis aut rebellis contra ecclesiam Sedun. non recipiatur aut in futurum tueatur in loco predicto de Geronda, nec etiam edifficium aut fortalicium imperpetuum fieri per aliquem permittatur ibidem, per quod posset fieri preiudicium aut dampnum inferri ecclesie Sedun. aut eius subditis in futurum. Acto etiam et in pactum deducto cum dictis procuratoribus quod dictus locus de Geronda non alienetur aut permutetur aut sub quocumque titulo transferatur in aliquem sine consensu expresso episcopi qui pro tempore fuerit et capituli Sedun. Que omnia et singula dicti procuratores dicti monasterii nomine eiusdem et dicti ordinis attendere et seruare promiserunt dictis dno episcopo et capitulo Sedun., approbauerunt que et ratificauerunt omnia et singula supradicta, prout superius exprimuntur. Presentibus dno Petro Norman curato de Areygnon, dno Columbo curato Sancti Theodoli de Syrro, Johanne Grasembort, Johanne de Rekingue, clericis, Perrodo de Mourestel, Willermodo de Grimisua, domicellis, et pluribus aliis fide dignis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum vt supra in secunda data.

Et ego Matheus Morigie de Somplono, etc.

Ad maiorem firmitatem et robur omnium premissorum dictus dnus episcopus et dictum capitulum Sedun. sigilla sua presenti publico instrumento duxerunt apponenda.

Sceaux tombés.

1624

Les frères Jacques et François de Verbier vendent un cens, à percevoir sur le péage de Sion, aux Lombards Ardigo et Thomassin.

Bagnes, 1331, 26 février.

Arch. de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

* Anno Dni M°CCC°XXXI°, inditione XIIII^a, IIII° kl. marcii, apud Bagnes, Jaquemodus filius quondam Cottini de Verbier et Franciscus eius frater, asserentes se percipere singulis annis X lb. Maur. censuales super totali pedagio episcopali Sedun. de illis XX lb. Maur. censualibus quas bone memorie dnus Bonifacius episcopus Sedun., laudatione sui capituli, dudum Mauricio de Verbier patri dicti Cottini imperpetuum vendidit precio II^c lb. Maur., sub tali conuentione quod idem dnus episcopus uel successores sui dictas XX lb. possent elapso biennio post dictam venditionem reemere pro precio supradicto, dicti fratres pro debitis eorum persoluendis vendunt michi subscripto notario ad opus Ardigni et Thomassini Lombardorum, ciuium, mercatorum Sedun., predictas X lb. censuales pro centum lb. bonor. denariorum Maur.

Postmodum anno quo supra, II kl. marcii, in castro Turbilionis, dnus Ay. Sedun. episcopus omnia suprascripta laudauit. Testes dnus G. decanus Valerie, Petrus de Sassons domicellus, etc.

1625

L'évêque Aymon de La Tour défend aux notaires de stipuler des actes relatifs à des contrats de plus de huit ans de durée.

Sion, 1331, 1 mars.

Arch. de Valère, D, 23, original, et 9 et 10, copies.

Aymo Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun. omni-

bus et singulis subditis nostris et aliis quorum interest uel interesse poterit, salutem in Dno sempiternam. Quoniam non est nouum, sed est consonum rationi, iuris scripti et non scripti ac consuetudinarii quod vna queque prouincia in suo sensu habundet et quod principes terrarum circa confectiones et autorizationes publicorum instrumentorum aut litterarum super contractibus inhiendis conficiendarum suis utantur consuetudinibus laudabilibus et diutius obseruatis ac utilitatibus et emolumentis consuetis et prouenientibus ex eisdem, idcirco attendentes quod capitulum nostrum Sedun., quod tenet a nobis et mensa episcopali Sedun. in feodum homagii ligii cancellariam Sedun., ratione cuius consueuit percipere a tanto tempore de cuius contrario memoria non existit, certum emolumentum pro cartis que conficiuntur super contractibus perpetuis rerum existentium in nostro dominio terre Vallesii, que carte registrantur et registra etiam in archiuo publico siue armario pro communi et publica utilitate et singularum personarum quarum interest conseruantur et consueuerunt etiam custodiri in ecclesia Valerie Sedun., attendentes quod ex querimonia per dictum capitulum nobis facta, quod aliqui qui se tabelliones asserunt, sub forma instrumentorum que de noe consueuerunt nuncupari, vsurpant jus cancellarie memorate et sibi applicant vtilitatem et emolumentum que ratione dictorum contractuum et cartarum cancellarie et registro consueuerunt prouenire, cum, ut dicit dictum capitulum, ius non habeant talia in eorum et etiam nostrum preiudicium attemptandi. Quare super hoc supplicauit nobis dictum capitulum ut dignaremur eidem prouidere de remedio oportuno. Nos autem attendentes eorum supplicationem fore consonam rationi, vestigiis quorundam predecessorum nostrorum etiam inherentes, qui, prout nobis constat per legitima documenta, aliquos super hoc processus et inhibitiones fecerunt notariis supradictis, hoc edicto generali

prohibemus dictis notariis, qui nunc sunt aut qui pro tempore fuerint, in nostro dominio terre Uallesii sub pena excommunicationis, ne predicta presumant in preiudicium dicti capituli aliqualiter de cetero attemptare, alioquin ad interesse dicti capituli condempnabuntur ac etiam alias punientur ratione trangressionis nostri precepti, prout fuerit rationis. Inhibentes tenore presentium officialibus nostris et aliis iuridictionem habentibus, scilicet vicednis, maioribus, salteris, mistralibus et aliis nobilibus, arbitris et arbitratoribus, quicunque sint et quocunque nomine censeantur, ne in judiciis uel extra ea recipiant aut fidem adhibeant instrumentis confectis uel conficiendis per dictos notarios uel alios aliunde venientes super testamentis et contractibus perpetuis rerum et bonorum existentium in dominio nostro et terra Vallesii supradicta, dummodo contractus super quibus conficientur numerum octo annorum excedant, infra quem terminum permittimus dictis notariis ex gracia speciali ut possint conficere instrumenta, dummodo tali auctoritate fungantur que sit competens in hac parte. Hoc autem nostrum preceptum et omnia et singula que superius continentur per omnes ecclesias terre Vallesii precipimus publicari. Mandantes et precipientes in virtute sancte obediencie prioribus, curatis sine vicariis ad quos presentes littere peruenerint, ut ipsas publicent in suis ecclesiis presente populo alta voce et intelligibili, ita quod ignorancia non possit aliquis excusari et reddant huiusmodi litteras suis sigillis sigillatas presentium portitori in signum mandati nostri executi. Datum Seduni, kl. marcii, anno Dni M°CCC° tricesimo primo.

Trois sceaux pendants et vestiges de quelques autres.

1626

Pierre, vidomne de Sion, promet de payer au chapitre ce qu'il doit pour les anniversaires de ses prédécesseurs et d'exécuter les testaments de ses parents.

Sion, 1331, 9 mars.

Arch. de Valère, copie.

Nos Aymo Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun. notum facimus vniuersis quod coram nobis in judicio constitutis ven. viro dno Ebalo sacrista ecclesie Sedun. ac dnis Willelmo de Clarens et Petro de Claromonte, canonicis Sedun. et procuratoribus ac procuratorio nomine capituli Sedun., ex vna parte, et nobili viro Petro vicedno Sedun., ex altera, idem vicednus confessus est se debere dicto capitulo Sedun. sexaginta sol. Maur. in quibus fuit condempnatus per officialem Augusten. arbitraria seu delegata potestate, quam pecunie quantitatem promisit incontinenti soluere dicto capitulo pro anniversario quorumdam predecessorum suorum et suplere anniuersaria lapsa post dictam condempnationem. Item de expensis dicte cause promisit satisfacere ad voluntatem dicti dni sacriste et dni Jo. Boneti canonici Sedun., nisi super dictis expensis fuisset arbitratum per dictum officialem delegatum, et de expensis postmodum factis promisit integre satisfacere. Item promisit predictis, nomine quo supra recipientibus et stipulantibus, bona fide sua super hoc prestita et sub obligatione omnium bonorum suorum, pro se et heredibus suis adimplere fideliter et obseruare ac plene soluere et satisfacere annis singulis in futurum omnia et singula que continentur in testamentis dne Elique matris sue ac dni Willelmi

senescalli, militis, patris sui, et Jaquemeti senescalli, fratris ipsius P. vicedni, in omnibus et per omnia, quecumque sint et qualitercumque tangant vel tangere possunt quoquomodo capitulum Sedun. vel ecclesiam Sedun. vel dependentia ex eisdem, prout in testamentis eorum continetur, et super retentis omnium predictorum satisfacere plene ad voluntatem dicti dni sacriste et dni Jo. Boneti. Insuper cum dicti procuratores peterent ab eodem vnum modium siliginis ad mensuram de Rarognia annui redditus et retenta dicti modii per magnum tempus xx^{u} annorum vel amplius, dictus vicednus promisit attendere et implere quod fuerit repertum per certos nuncios seu procuratores deputandos a capitulo, qui expensis vicedni inquirant apud Rarogniam simpliciter et de plano de dicto modio annuali, et illud tenere et soluere ac fideliter obseruare. Item cum dicti procuratores peterent ab eodem medietatem retentarum xv lb. redditus annui per duodecim annos et vltra, dictus vicednus promisit, vt supra, satisfacere et soluere de dictis retentis et ipsum redditum in futurum ad voluntatem dictorum dni sacriste et dni Jo. Boneti. Item cum peterent ab eodem duos fischilinos ordei redditus apud Heremenciam ad mensuram Sedun., dictus vicednus confessus est eos debere capitulo Sedun. vna cum aliis quatuor fischilinis siliginis et ordei qui debentur ibidem prebende dni Willelmi de Bussi, quos precipit per presentes mistrali suo de Heremencia quod eos soluat eisdem in futurum. In quorum omnium premissorum robur et testimonium nos prefatus episcopus ad requisicionem dicti vicedni sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Seduni, die sabbati ante dominicam qua cantatur Letare, anno Dni M°CCC°XXX° primo.

1627

L'évêque de Sion ordonne de construire des digues sur les rives de la Saltine et du Rhône, à Brigue et à Naters.

1331, 1 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Mandatum ad castellanum de Narres.

Aymo episcopus quod aqua que dicitur Saltena descendens per Brigam quam plures possessiones et terras existentes juxta dictam aquam hinc inde damnificat graviter; dicte aque Rodanus et Saltena damnificarint ob defectum barreriarum et damnificabunt etiam in futurum, nisi barreriarum provisio in ipsis aquis apponatur, mandamus ut omnes qui tenent possessiones juxta aquam Saltene a susta de Briga inferius usque ad Rodanum et etiam ex utraque parte Rodani in parrochia de Narres ad faciendum dictas barras secundum possessionem cuiuslibet quantitatem. 1331, kl. maii.

1628

Aymon, évêque de Sion, donne une vigne à la chartreuse de Géronde.

1331, 23 mai.

Archives de Géronde, au séminaire de Sion.

Nos Aymo Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopus notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos considerantes salutem anime nostre et predecessorum ac successorum nostrorum augmentari, insuper votum ac propositum nostrum nobis diuinitus inspiratum adimplere, idcirco cum nos de nouo vnam domum ac conuentum sacri ordinis Carthusiensis in loco qui dicitur Gironda fundauerimus, nec

adhuc suppetant facultates pro eodem conuentu ad sustentationem competentem, prout promisimus, eidem conuentui pro nobis et successoribus nostris, ut melius possumus, damus et concedimus perpetue et irreuocabiliter, vt eo melius et deuocius Deo famulentur, conuentui predicto vnam vineam cum suis pertinenciis, ingressibus et egressibus et juribus vniuersis, sitam in territorio de Vurie, in loco qui dicitur Wirpilliery, juxta vineam altaris beate Marie Magdalene siti infra capellam beati Theodoli Sedun., ex vna parte, et vineam dni Joannis Muço sacerdotis, quadam murgeria lapidum intermedia, ex altera. Que vinea nobis est excheta per mortem Trompini quondam porterii castri nostri Turbilionis. Ita tamen quod soluant seruicia et vsagia nobis et aliis debita pro vinea supradicta. Inuestientes, etc. Promittentes, etc. Testes ad hec fuerunt vocati dnus Martinus de Castellione canonicus ecclesie Sedun., dnus Gothefredus de Polein, dyocesis August., miles, dnus Petrus Mormant curatus de Aragnon, dnus Nicolaus de Chouson capellanus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum die jouis post festum Penthecostes, anno Dni M°CCC°XXX° primo.

Le chanoine de Rivaz (*Opera hist.*, XIII, 57) dit qu'en cette même année, au mois de mai, les Chartreux obtinrent de la contrée de Sierre le droit de pascage pour 200 brebis et 40 vaches. Ce fut à la prière et recommandation du seigneur évêque qu'ils obtinrent ce beau droit.

1629

Johannod Blanpeyl et Johannod Brunon se portent cautions de Jean, seigneur d'Anniviers, en faveur de Pierre, major de Suen.

Granges, 1331, 26 juillet.

Arch. de la famille de Torrenté, Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

* Anno Dni M°CCC°XXXI°, indicione XIIII, die veneris in

crastino beati Jacobi apost., in villa de Granges. Cum vir nobilis Johannes dnus de Aniuisio, domicellus, teneretur Petro maiori de Suench quondam in quater viginti et quatuor lb. Lausan. semel, ratione venditionis de vndecim modiis bladi reditus annui ad mensuram de Granges et de tallia ad misericordiam altero anno dicto Petro maiori olim venditis per Ysabellam dnam de Bastita de Granges et per Katerinam filiam eius, que omnia dictis matri et filie debebat Albus dou Cuson de Vercoreus et eius comparticipes super decima de Vercoreus, ac de dicto debito restent adhuc soluende quadraginta sex lb., que pertinent ad Perrodum de Grimisua ciuem Sedun., ratione dotis Anthonie vxoris sue filie Alberti maioris de Suench filii dicti Petri maioris quondam, Johannodus dictus Bias peyl et Johannodus Brunon de Lencz se constituerunt principales debitores pro dicto dno de Aniuisio de predictis XL sex lb. Testes : vir nobilis Richardus de Bastita domicellus, etc.

1630

Thomas de Blandrate, chantre de l'église de Sion, défend de payer à d'autres qu'à lui les redevances de la majorie de Viége.

Sion, 1331, 9 août. — Viége, 1331, 11 août.

Arch. de Valère, Ff, 5. — *De Gingins*, Documents pour servir à l'histoire des comtes de Biandrate, pag. 53. — *Furrer*, III, 114.

In nomine Dni, Amen. Anno ab incarnacione eiusdem M·CCC·XXX° primo, inditione XIIII, die crastino beati Laurencii, in dedicacione beate Marie Virginis de Vespia, ac in ecclesia, ibi presenti populo, in presencia mei notarii et testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitutus Johannes de Ranfte, clericus, parrochie de Narres, nuncius et procurator venerabilis viri dni Thome cantoris ecclesie Se-

dun., idem Johannes proclamari fecit et inhiberi in ecclesia predicta beate Marie Virginis per dnum Johannem de Chovson vicarium dicti loci, quod nemo virorum nec mvlierum que seruicia, redditus, census, placita, vsagia, homagia, tallias, stvras, que actenus tenebantur Jocellmo viro nobili et potenti, maiori de Vespia ac comiti de Blandra, et postmodum dicto dno Thome cantori ecclesie Sedun. et Petro fratri suo, non respondeant aliquibus personis petentibus dicta seruicia, redditus, census, placita, vsagia, homagia et de jure maioratus et alia nomine quo supra, sed dicto dno Thome cantori ecclesie Sedun. de cetero respondere teneantur, tanquam vero heredi omnium vniuersorum predictorum, et hoc sub pena amissionis omnium et singulorum feudorum, de quibus omnia predicta tenentur vel eciam alia infra scripta, provt dicta inhibicio et contradicio in litteris patentibus predicti dni Thome cantoris ecclesie Sedun. plenius visum est contineri, quarum tenor est talis : Nos Thomas cantor ecclesie Sedun. notum facimus vniuersis quod cum maioria Vespie et cetera bona que bone memorie quondam Jocelmus comes de Blandra, pater noster, tenebat vel possidebat et postea frater noster nomine suo et nostro eciam tempore mortis sue possidebat, quibus successimus jure hereditario tanquam verus heres, que bona supradicta alii occupant in nostrum graue preiudicium et grauamen, et pluries interdiximus et interdici publice in ecclesia fecimus, nos iterato interdicimus et contradicimus omnibus occupantibus de Vespia jura nostra, tam in maioria predicta quam in aliis bonis, hominiis, juredicionibus, redditibus, censibus et omnibus aliis vsagiis quibuscunque et feudis ligiis vel planis, item auxiliis, subvencionibus, questis, pedagiis, theoloniis et omnibus racionibus nobis competentibus quoquomodo, prefati occupatores seu detentores premissorum bonorum nostrorum patrimonialium occupare vel detinere presumant de cetero nec de premissis alicui

nisi nobis vel mandato nostro aliquatinus respondere. Datum Sedunі, in vigilia beati Laurencii, anno Dni M°CCC°XXX° primo. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati qui sic vocantur: Theodolus de Subtus de Vespia clericus, Thomas filius Willelmi de Vrtica de Briga, Johannes de Brunnen de Torbio et alii plures audientes. Et ego Mengoldus clericus, filius quondam Rodolphi maioris de Greniolo, auctoritate imperiali publicus notarius, hiis omnibus presens fui et hoc presens instrumentum feci et scripsi signoque meo consueto consignaui in testimonium premissorum.

1631

Le châtelain de Saint-Maurice cède aux bourgeois de cette ville un orme que le vent avait abattu sur la place du Parvis.

Saint-Maurice, 1331, 16 septembre.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Ego Perronetus de Montegelato, castellanus Sancti Mauricii Agan. et Montheoli pro illustri dna dna Maria de Brabancio comittissa Sabaudie, notum facio vniuersis quod cum quedam vrmus existens in platea Parauysi Sancti Mauricii predicti per ventus impetum cecidisset, et Jaquemetus de Parauyso tenens locum meum apud Sanctum Mauricium predictum dictam vrmum ceperit ad opus dicte dne comittisse credens dictam vrmum eidem dne comittisse pertinere, et michi supplicauerunt burgenses communitatis dicte ville vt dictam vrmum eis redderem, asserentes ipsos esse in possessione vrmos in dicta platea existentes, si sicauerint uel ceciderint, capiendi, scidendi, vendendi pro sue libito voluntatis. Quare ego, attendens et considerans dnum comitem Sabaudie et dictam dnam

comittissam velle semper dictis burgensibus facere graciam et comodum ipsorum ampliare, dictam vrmum, si dictis dno comiti et dne comittisse in aliquo de jure videtur pertinere, do et concedo burgensibus predictis, et si reperiretur de jure dictis burgensibus pertinere, ipsam vrmum eis reddo penitus et remitto. In cuius rei testimonium presentes litteras eisdem burgensibus sigillo meo tradidi sigillatas. Datum apud Sanctum Mauricium, XVI die mensis septembris, anno dni M°CCC°XXXI°.

Sceau pendant.

1632

Agnès, veuve de Casson, major de Louèche, et épouse de Johannod de La Tour, donzel, donne à ce dernier le tiers de 200 livres de sa dot.

Chatres, 1331, 18 septembre.

Arch. de la famille de Torrenté, Registrum Perrodi de S^to^-Mauricio.

* Anno Dni M°CCC°XXX°I, indicione XIIII, XIIII kl. octobris, in virguto quondam Willermi Alamant dicti de Contez, sito in plano Chadro prope cursum aque que vocatur Morgia, in presentia mei notarii, etc., constitutis Agnete relicta dicti Willermi Alamant et Cassonis maioris de Leucha, nuncque vxore Johannodi de Turre domicelli, ex vna parte, et dicto Jo. eius marito ex altera. Cum olim dictus Casso confessus fuerit se habuisse a dicta Agnete pro dote ducentas lb. Maur. ac assignasset predictus Casso dicte Agneti dictam pecunie summam super maioria sua de Leucha et super omnibus aliis bonis suis a Raspillia supra, eadem Agnes donauit inter vinos dicto Johannodo eius marito terciam partem dictarum ducentarum lb. Testes : Aymo de Olono domicellus, etc.

1633

Les tuteurs des enfants de feu Casson, major de Louèche, vendent, pour vingt ans, les revenus de ces derniers dans la paroisse de Bramois à Albert, major de Sion.

Sion, 1331, 5 novembre.

Archives de Valère, Registrum Jo. M(onmeliani).

Anno Dni M°CCC°XXX°I, inditione XV, nonas nouembris, in ciuitate Sedun., in domo seu curia episcopali, in presencia reuerendi in Christo patris et dni dni Ay. Dei et apostolice sedis gracia episcopi Sedun. ac mei notarii, etc., constituti Nycholetus de Herdes dyaconus et Perrodus de Morestello domicellus, tutores dati per dictum dnum episcopum Marcodo et Ysabelle liberis quondam Cassonis maioris de Leucha impuberibus, ex vna parte, et Albertus maior de Suens, ex altera, dicti tutores, tutorio nomine dictorum pupillorum, pro exsolucione debitorum suorum, vendiderunt predicto Alberto pro precio XLVI lb. Maur. omnes fructus, exitus et prouentus, redditus, seruicia, tallias et vsagia que habebant dicti pupilli in tota parrochia de Bramosio, per spacium XX annorum proxime futurorum et incipiendorum die confectionis presentis instrumenti. Testes: ven. viri dni Jo. Boneti, Martinus de Castellione, Jo. de Drona, canonici Sedun., magister Franciscus de Cagnio judex et assessor dicti dni Sedun. episcopi, juris utriusque peritus, Petrus de Columberio, Petrus de Sassone, domicelli, et plures alii, et ego notarius infrascriptus. Postmodum, anno et die quibus supra, in ciuitate Sedun., in domo Johannodi de Turre domicelli, Agnes mater dictorum pupillorum, nunc uxor dicti Jo. de Turre, auctoritate dicti mariti sui, omnia premissa laudauit et approbauit in quantum sua interest, presentibus predicto Jo. de

Drona canonico Sedun., Ybleto filio quondam Willermi de Aniuesio domicelli, clerico, Johannodo de Herdes fratre dicte Agnetis et Willermodo filio quondam Willermi de Porta Bacii, et ego Jo. M., etc.

1634

Aymon, comte de Savoie, ordonne à son châtelain et à ses autres officiers de de Conthey et de Saillon de laisser librement stipuler les chartes de la chancellerie de Sion dans cette châtellenie.

Chillon, 1332 (1331), 28 décembre.

Archives de Valère, D, 56, original, et 29, copie.

Aymo comes Sabaudie dilectis fidelibus nostris castellano Contegii et Sallionis, ceterisque officialibus nostris in dicta castellania Contegii constitutis, ad quos presentes peruenerint, salutem et dilectionem sinceram. Vobis et vestrum cuilibet precipimus et mandamus quatenus omnes prohibitiones factas, impedimenta et comminationes (factas) seu facta publice uel occulte facientibus fieri cartas cancellarie Sedun. capituli super contractibus perpetuis et realibus in dicta castellania factis uel faciendis reuocetis, et precipiatis quod quicumque cartas dictas cancellarie facere voluerit, libere faciat fieri, sicut tempore predecessorum nostrorum, potissime inclite recordationis dni Amedei comitis Sabaudie progenitoris nostri et dni Edduardi fratris nostri facere consueuerunt. Nolumus autem quod vtentes et fieri facientes dictas cartas aliqua banna uel penas propter hoc impositas per quoscumque incurrant, sed volumus et precipimus quod talis fides dictis cartis adhibeatur qualis exiberi consueuit in judicio et extra secundum tenorem litterarum dictorum predecessorum nostrorum et secundum quod antea extitit obseruatum. Publicentur autem presentes littere in parochiis dicte castellanie.

Datum Chillionis, cum appositione sigilli nostri, die XXVIII mensis decembris, anno Dni M°CCC°XXXII.

Redd. litteram port.

Expedita per dnum presente consilio.

P. Wi.

1635

Aymon, comte de Savoie, permet aux bourgeois de Saint-Maurice de donner à cens leurs pâturages communs.

Genève, 1332, 1 janvier.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Aymo comes Sabaudie vniuersis presentibus et futuris rei geste memoriam cum salute. Ex parte dilectorum fidelium nostrorum burgensium Sancti Mauricii Aganen. nobis humiliter extitit supplicatum quod, cum ipsi et communitas ville predicte Sancti Mauricii multis communibus oneribus inevitabilibus et necessariis sint astricti, primo videlicet in solucione vndecim modiorum frumenti pensionis annue seu cense annualis abbacie Sancti Mauricii persoluendis, et anno quolibet indistincte eisdem burgensibus multa alia onera pecuniaria incumbant, tam pro caualcatis nostris interdum sequendis quam pro pluribus aliis necessitatibus eiusdem ville, que cotidie in similibus insurgere consueuerunt, pro quibus expedit ipsos burgenses facere leuas, taillias, contributiones inter ipsos, de quibus quam plures adeo sunt grauati, cum multi dictam villam propter hec exiuerunt, et paratur adhuc exinde maior euacuatio dicte ville, cum ipsi sint in stricto loco et quasi sterili collocati, nec ex suis facultatibus valeant predicta onera supportare, vt nos ipsis burgensibus et communitati velimus misericorditer de aliquo oportuno remedio

super hoc prouidere. Nos autem, volentes ipsos nostros burgenses et villam fauore prosequi gracioso, affectantes precipue bonum statum et multiplicationem eiusdem, habita deliberatione super hoc diligenti tam cum aliquibus ex dictis burgensibus quam cum aliquibus de gentibus nostris, pro nobis et nostris successoribus, sic eisdem burgensibus, prout sequitur, duximus concedendum, videlicet quod ipsi burgenses et communitas et posteritas eorumdem, prout eisdem melius videbitur expedire, possint et eis liceat omnia et singula sua pascua ad dictam villam et communitatem pertinentia a dicta villa Sancti Mauricii superius vsque ad portam Balme ab utraque parte Rodani accensare et ad censam seu emphiteosim dare singulis personis quibus eis videbitur expedire, tenenda, possidenda et excolenda et ad culturam, prout eis placuerit, redigenda, pro certis censis seu pensionibus annuis frumenti vel pecunie, vtilitati communi ipsorum burgensium applicandis. Hoc tamen pro nobis et nostris retento, quod pro qualibet cupa frumenti ad mensuram Sancti Mauricii vel extimatione ipsius cupe quam dicti burgenses percipient ex predictis, nos habemus et habere debemus duos denarios Mauris. annui redditus castellano nostro Sancti Mauricii predicto persoluendos. Et dicta pascua que dicti burgenses accensabunt aliis personis quam alicui ex dictis burgensibus; que non sunt de feudo alieno, remaneant de feudo nostro pro duobus den. pro qualibet cupa, quam dicti burgenses percipient ex eisdem. Si vero in albergationibus dictorum pascuorum aliquod intragium datum fuerit vel conuentum, medietas ipsius intragii ad nos et nostros debeat pertinere. Et si processu temporis contingeret aliquam quantitatem dicti frumenti propter destructionem, ruynam seu alia causa non posse recuperari, volumus quod pro qualibet cupa que non recuperaretur, remaneant duo den. ad soluendum nobis de redditu supradicto. Promittentes nos dictus comes bona fide nostra omnia et singula su-

predicta rata, grata et firma pro nobis et nostris successoribus habere perpetuo et tenere et nullo tempore contra facere vel venire. Mandantes et precipientes expresse tenore presentium castellano dicti loci Sancti Mauricii, qui nunc est et pro tempore fuerit, quatenus presentem nostram concessionem inuiolabiliter teneant et obseruent et in nullo contra faciant vel opponant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum Gebennis, die prima mensis januarii, anno Dni millesimo CCC° XXX secundo post natiuitatem.

Redd. litt. port.

J°. R^di.

Sceau pendant en cire rouge, en mauvais état, N° 68 des *Sigilli* de M. Cibrario et Promis.

1636

Statut du chapitre de Sion au sujet des distributions à faire le jour de Noël et de la promotion au sous-diaconat.

Valère, 1332, 7 février.

Archives de Valère, C, 18, copie.

Nos capitulum ecclesie Sedun. notum facimus vniuersis quod, tractatu pluries inter nos habito super releuatione onerum incombentium canonicis nostris in dicta ecclesia residentibus, attendentes quod oportet canonicos in dicta ecclesia residentes et maxime presentes in festo natalis Dni magnas in victualibus expensas subire, statuimus et ordinamus quod de quadraginta lb. in quibus nobis tenentur homines de Vex, emantur septuaginta sol. perpetui redditus. Qui septuaginta sol. distribuantur annis singulis residentibus canonicis in dicta ecclesia in festo predicto, scilicet duplex portio canonicis

qui hospicia non tenebunt, vt per hoc canonici predicti ad residendum in ecclesia predicta facilius inclinentur. Item cum canonici ecclesie nostre predicte nondum in sacris ordinibus constituti vocem non habeant in capitulo nostro, statuimus quod illi canonici qui non fuerint promoti ad ordines subdyaconatus infra festum natalis B. Johannis Baptiste proximum, nichil percipient in emolumentis que canonicis presentibus dantur ratione laudum que capitulo nostro (eveniunt), et illi canonici qui de cetero assequentur prebendas in nostra ecclesia Sedun. in laudibus dictis nichil penitus percipiant, quousque ad ordines subdyaconatus sint promoti. In editione autem predictorum statutorum fuimus in capitulo nostro presentes et capitulum facientes nos Girardus decanus Vallerie in ecclesia Sedun., Ebalus sacrista, Thomas cantor, Petrus Falconis, Nycolaus de Clarens, Guillelmus de Cyalio, Johannes de Drona et Perronetus de Claromonte. In quorum omnium robur et testimonium nos prefatum capitulum predicta statuta et ordinationes in hiis scriptis redigi mandamus ac sigilli nostri appensione communiri. Datum anno Dni millesimo CCC°XXXII°, die septima mensis februarii.

1637

Hommage dû au chapitre de Sion pour la métralie dite d'Ayent dans la vallée d'Hérens.

Sion, 1332, 10 février.

Archives de M. Léon de Riedmatten, Fragment d'un registre de notaire.

'Notum, etc., quod cum discordia verteretur inter dnum Willermum de Clarens canonicum et procuratorem et nomine procuratorio capituli Sedun., ex vna parte, et Anthonium

Messellier de Lenz, clericum, nomine suo et Nycholete vxoris sue, ex altera, super eo quod dictus procurator petebat a dicto Anthonio fidelitatem homagii ligii in quo dicebat teneri dictum Anthonium dicto capitulo pro mistralia que vocatur mistralia dAyent vallis de Heroens, et de rebus aliis quas quondam tenebat a dicto capitulo Willermus Talantz auus patris dicte Nicholete, homo ligius dicti capituli, dicto Anthonio nomine quo supra asserente quod non tenebat dictum feudum integre sed pro parte et quod fidelitatem predictam facere non poterat, sed requirebat dictum procuratorem quod sibi marciaret fidelitatem, ad quam medietatem se teneri dicebat. Qui prefatus procurator dictam fidelitatem marciauit dicto Anthonio vsque ad octo annos proximo venturos pro X sol. annuatim soluendis dicto capitulo. Datum Seduni, IIII idus februarii, anno Dni M°CCC°XXX°II°.

1638

Réclamations faites par l'évêque de Sion au métral de Suen.

1332, 11 février.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Episcopus petit rationem a ministrali de Suen de decem lb. et 9 sol. usagii per decem annos per ipsum recuperatis, item 20 fl. pro bonis echeutis, item de aliquibus freweriis et bannis, item retentas 5 sol. seruicii per 20 annos, item retentas 7 sol. sufferte per ipsum debitas annualiter dno de Turre, a quo episcopus causam habet. Tandem premissa relaxat mediantibus 10 lb., salvis usagiis semper solvendis. 1332, 11 februarii.

1639

Perrod Piat remet au prieur de Géronde une vigne dont il devait avoir la jouissance pendant dix ans et qu'il ne pouvait pas facilement cultiver.

Sion, 1332, 15 mars.

Archives de Valère, Prothocollum Jo. Monmeliani.

* Anno Dni M°CCC°XXXII°, inditione XV, idus marcii, Seduni, in domo Anthonii Hubodi domicelli. Cum Perrodo Piat de Champeri moranti Seduni commissa foret per Trumpinum quondam janitorem Turbilionis quedam vinea dicti Trumpini, sita en Huvrie en la Wirpilliery, siue en Riues messons, per spacium X annorum pro medietate musti et trullis, de quibus X annis vnus tantum est elapsus, dictus Perrodus videns quod non poterat commode dictam vineam colere, dimisit eam dno Ebalo Hubodi monacho ordinis carth., priori domus de Gironda dicti ordinis, recipienti nomine dicti ordinis, cui data, ut dicitur, extitit vinea predicta, ad quam quidem domum de Gironda fundus, dominium et plena possessio dicte vinee ex titulo donationis noscitur pertinere [1]. Vice versa dictus dnus Ebalus quictauit predictum Perrodum de fesanda per eum de cetero facienda in vinea predicta, et hoc pro XXI sol. Maur. semel datis.

1640

Acte de fiançailles entre Perrod de Champiz et Johannola Loup.

Sion, 1332, 9 mai.

Arch. de la famille de Torrenté, Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XXX° secundo,

[1] Voy. pag. 25-26 du présent volume.

indicione XV,VII idus maii, in ciuitate Sedun., in domo Johannis Caril sutoris, ciuis Sedun., in presentia mei notarii etc., constitutis Perrodo filio quondam Johannis de Champiz de Grimisuaz, ex vna parte, et Johannola filia Aymonis Lupi de Blinignod, ex altera, idem Perrodus constitutus infra annos nubiles, ut dicebat, volens matrimonium contrahere cum predicta Johannola per verba de presenti dixit et interrogauit eamdem Johannolam sic: Johannola vis tu me in legitimum maritum tuum? Que respondit: volo. Quo facto dictus Perrodus dixit eidem Johannole: Ego te grento et accipio in meam legitimam vxorem; ipsa respondente: Et ego te recipio in meum legitimum maritum et me reddo et concedo tibi cum omnibus bonis et juribus meis. Et sic se ad inuicem grentauerunt in coniuges; et de predictis preceperunt mihi notario sibi fieri publicum instrumentum. Testes: Johannes de Crista de Grimisua, Johannes de Venthona, domicelli, etc.

1641

Perret, métral de Nendaz, prête hommage à Perrod de La Tour, seigneur de Châtillon, pour les métralies de Nendaz et de Fey.

Sion, 1332, 12 juin.

Archives de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

Anno Dni M°CCC°XXXII°, indictione XV^a^, XII die mensis junii, in civitate Sedun., in presencia, etc., constitutis egregio viro Perrodo de Turre dno Castellionis in Valesio, ex vna parte, et Perreto mistrale de Neynda, ex altera; idem Perretus ad instanciam dicti P. de Turre, non vi, non dolo, etc., confessus est et publice recognouit se esse hominem ligium dicti P. de Turre et ab ipso P. de Turre tenere in feudum homagii ligii mistraliam de Neynda cum officio ipsius mistralie,

juribus, pertinenciis eiusdem vniuersis, et quod omnia banna trium solid. cum dimidio et omnes clame sunt et esse debent dicti P. de Turre, excepto quod dictus P. mistralis in quolibet banno marciato dictorum trium solid. cum dimidio et in qualibet clama marciata percipere debet idem P. mistralis VI den. Maur. Item confessus est dictus Perretus se tenere in feudum dicti homagii ligii mistraliam de Fey cum officio eiusdem et juribus et pertinenciis in eadem mistralia de Fey pertinentibus, et in quolibet paruo banno et qualibet clama percipere debere per dictum P. mistralem et eius heredes VI den. Maur., sicut superius in alia mistralia declaratur. Promittens dictus Perretus per juramentum suum super sancta Dei euuangelia corporaliter prestitum esse fidelis dicto P. de Turre tanquam dno suo et suis heredibus et de omnibus bannis, exchetis, fraweriis et aliis modo quolibet exercicium jurisdicionis tangentibus in dicta mistralia de Neynda vicedonnis seu nunciis dicti P. de Turre ad opus dni comitis Sabbaudie et dicti P. de Turre fideliter respondere ; item de omnibus bannis, exchetis, fraueriis jurisdicionis de Fey eidem P. de Turre tanquam vero dno dicti loci de Fey et habenti merum et mixtum imperium in eodem loco de Fey et eius heredibus et nunciis ad ipsum que P. de Turre pertinentibus integre respondere. Ita quod dictus P. mistralis et eius heredes in quibuslibet ipsis prouenientibus racione officii predicti percipiant duodecimum denarium, quia sic extitit actum inter dictas partes. Quibus sic peractis dictus P. de Turre inuestiuit dictum P. mistralem recipientem pro se et heredibus suis de feudo et mistraliis predictis per traditionem vnius baculi albi, facto prius per dictum P. mistralem dicto P. de Turre homagio ligio predicto, saluo jure suo et alieno. Testes : vir ven. dnus Jacobus de Billens decanus Sedun., Mermetus de Olono domicellus, Perrodus Magy ciuis Sedun. et plures alii. Et ego Jo. Monmeliani, etc.

1642

Pierre Barbey, comme procureur de la commune de Sion, vend à Nicolet d'Hérens des droits de péage.

Sion, 1332, 14 septembre.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio notarii.

Anno Dni M°CCC°XXXII°, indicione XV^a^, XVIII kl. octobris, in ciuitate Sedun., in Glareto, Petrus Barbitonsor ciuis et procurator communitatis Sedun. vendit Nycholeto de Heruens ciui Sedun. omnes fructus, proventus et obuentiones diuisionis seu de la partison ballarum bolonum et aliarum mercimoniarum transeuntium per Sedunum precio septem lb. Maur., item et parui ponderis communitatis predicte precio viginti quinque sol., et hoc per totum tempus secuturum usque ad festum beati Mauricii anno sequenti proxime venturum; per quod tempus dictus Nych. tenetur officium dicte diuisionis et dicti ponderis bene et fideliter facere.

1643

Réception de Pierre Bachelar de Granges comme bourgeois de Sion.

Sion, 1332, 22 octobre.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio notarii.

Anno dni M°CCC°XXX°II°, ind. XV, XI kl. nouembris, in ciuitate Sedun., in domo communitatis Sedun. sita ante magnum pontem in Glareto, in presentia mei notarii, etc., constitutus Petro Barbitonsore et Willermo de Nas sartore, ciuibus, sindicis communitatis et ville Sedun., ex vna parte, et Petro

dicto Bachelar de Granges, habitatore Seduni, ex altera ; predicti sindici, tam ex gratia speciali quam consideratis euidenti vtilitate dicte communitatis ac gratis seruiciis, beneficiis et obsequiis a dicto Petro Bachelar dicte communitati sepe et frequenter impensis et impendendis, laudatione et consensu expressis Willermodi de Grimisua, etc., et plurium aliorum ciuium Sedun. assistentium predictis sindicis in negocio infra scripto, receperunt et associauerunt predictum Petrum Bachelar in omnibus bonis communibus dicte communitatis. Qui Petrus Bachelar jurauit super sancta Dei euuangelia ad requisitionem predictorum morari continue uel quasi in ciuitate Sedun., esse bonus et fidelis dno episcopo Sedun. qui nunc est et qui pro tempore fuerit et dicte communitati Sedun., et sequi vessilla dicte communitatis Sedun., quociens opus fuerit et necesse, vel ponere loco sui aliquem alium bonum hominem sufficientem ad hoc, et quod secum non associabit aliquem nec aliquem contractum faciet per que dicte communitati aliquod incommodum adferatur. Promisit insuper per predictum juramentum suum commodum et honorem dicti dni episcopi et dicte communitatis pro posse procurare, dampnum et incommodum euitare toto posse, et quod non tenebit uel teneri faciet in pascua communitatis predicte aliquas pecudes seu bestias minutas que numerum excedant xl^{a}. Volens et protestans idem Petrus Bachelar ante omnia predicta quod omne jus, dominium atque ratio aduersus ipsum Petrum pertinentes nobili mulieri Agneti relicte Francisci Albi de Granges domicelli et liberis eorum, quibus dictus Petrus Bachelar ibidem homo ligius esse confessus fuit et tunc publice recognouit, salue sint in omnibus et singulis supradictis. Ad hec fuerunt testes vocati, etc.

Eodem die predicti consules associauerunt Conodum Forner et Johannem filium Nicholerii Messellier de Vex, quemlibet ipsorum pro 25 sol.

1644

Droits et devoirs du recteur de la chapelle de Biel, fondée par le médecin Pierre de Biel. Confirmation des évêques Aymon de Châtillon et Aymon de La Tour.

Biel, 1332, 28 novembre. — Sion, 1332, 8 août. — Naters, 1334, 8 mai.

Arch. de l'église de Biel, copie de M. Ferd. Schmid, curé de Moërel.

* Notum sit quod ego Jacobus sacerdos, filius Johannis Fabrisse de Bvele, Sedun. dyocesis, rector altaris beate Marie Magdalene in ecclesia beatorum Felicis et Regule Turicens., Constanciensis dyocesis, exsecutor et exsecucionis ordinator et legitimus heres bone memorie magistri Petri de Bvele, Sedun. dyocesis, patrui mei, prout de ipsa exsecucione testamenti ipsius magistri Petri in quadam litera plenius continetur, sigillata sigillo discreti viri Walteri plebani ecclesie prepositure Turicensis et canonici dicte ecclesie ac sigillo dicti magistri Petri sigillata, laudacione et consensu expresso Johannis Fabrisse patris mei et Henrici ac Walteri fratrum meorum, considerans vtilitatem et proficuum capelle beati Johannis Baptiste, fundate apud Bvele per eundem magistrum Petrum patruum meum, et seruitoris dicte capelle, qui nunc est dnus Rodolphus Asper sacerdos constitutus, et successorum suorum catholicorum, congluttinando insimul omnia et singula seruicia et vsagia vniuersa que debentur dicte capelle et seruitori, ego Jacobus, prout exsecutor, do et concedo donacione pura et irreuocabili facta inter uiuos, nomine et vice predicti Petri patrui mei et omnium parentum et benefactorum suorum, dicte capelle et eius seruitori, nomine dotis ipsius capelle, ea que secuntur: in primis quadraginta sol. Maur. seruicii, quos predictus magister Petrus emit a dno Thoma cantore ecclesie Sedun., qui recuperantur in parochia

de Vespia. Item viginti sol. seruicii, quos debet dnus Petrus Buoben sacerdos, prout tutor Petri filii quondam dicti Vero. Item viginti sol. seruicii, quos debent Johannes clericus et Jacobus fratres, filii quondam Johannis Supra Cristam de Superiori Castellone. Item vnum modium siliginis seruicii, quem dictus magister Petrus emit a Wydolino et Georgio maioribus de Arangnon, quem debet Jacobus de Lax et sui compartícipes. Item vnum modium siliginis seruicii, quem debet Anthonius Wero. Item vnum modium siliginis quem debet Walterus Hwo. Item sex fissilinos siliginis seruicii, quos debet Hemma Wyria. Item vnum modium seruicii siliginis, quem debet Johannes in dem Vogelsange. Item duos modios siliginis seruicii, quos debet Walterus Fabrisse. Item duos fissilinos siliginis et duos sol. seruicii, quos debet Petrus Hano. Item duos fiss. siliginis et duos sol. seruicii, quos debet Johannes Hano. Item duos fiss. siliginis, quos debet Walterus Stalder. Item sex fiss. siliginis, quos debet Geroldus am Sande et quatuor fiss. siliginis, quos debet Willelmus filius Agnetis in Vico. Item duos. fiss. siliginis seruicii, quos debet Johannes filius Petris Bvetils. Item duos fiss. siliginis seruicii, quos debet Johannes dictus Blaving. Item octo sol. et quatuor den. seruicii et quatuor fiss. siliginis cum vna dimidia coppa, cui volgariter dicitur der naph, seruicii, quos debent heredes dicti Wala de Belwalt. Item duos fiss. siliginis seruicii, quos debet Henricus dictus Sappo. Item debet rector dicte capelle Margarete conuerse filie Johannis Fabri quinque sol. seruicii ad vitam ipsius Margarete tantum. Prout hec omnia et singula predicta cum omni iure suo in schertis cancellarie Sedun. et in instrumentis aliis quibuscumque super predictis confectis plenius continentur. Quam donacionem ego Jacobus, executor testamenti predicti magistri Petri, promitto, etc. Et quod cum lis seu discordia diu ventilata esset pro predicta capella et iuribus suis inter dnum Johannem curatum de Mo-

nasterio, ex vna parte, et predictum dnum Jacobum, executorem testamenti predicti magistri Petri et heredes suos, ex altera, tandem post multas altercaciones et lites dicta discordia, interuentu parentum et amicorum vtriusque partis, sedata est in hunc modum, videlicet quod rector dicte capelle debet singulis ebdomadis quinque missas, nisi legitimo impedimento obstante, super quibus missis ordinandis magister predictus plenam habet potestatem, prout in litera dni Aymonis bone memorie episcopi Sedun., quam literam ego leuator infrascriptus vidi bonam et in omni sua parte perfectam, tenor cuius inferius continetur. De oblacionibus, elemosinis et redditibus sic ordinatum est, videlicet quod rector dicte capelle iurare debeat in sua institucione et territorio predicto dno curato de Monasterio bona fide sua et fideliter reddere omnes oblaciones predicto dno curato que in dicta capella ad stolam pro anniuersariis, pro mortuis et puerperiis vel qualicumque modo fierent altari dicte capelle a parochianis parochie de Monasterio et ab aliis, qui vel que causa deuocionis et peregrinacionis pias fecerint oblaciones; debet habere dictus curatus in illis mediam partem. Item omnia legata, perpetua seruicia, elemosine, prata et possessiones que sine preiudicio ecclesie de Monasterio dicte capelle legata vel data fuerint, vel eciam data in testamentis mobilia vel immobilia perpetue dicte capelle et rectori suo remanere debent, sine impedimento et contradicione partis alicuius. Item questa seu peticio semel in anno facta pro candelis dicte capelle remaneat eidem. Item predictus rector debet habere in dicta capella duas lampades cum oleo, quarum vna debet ardere coram altari diu noctuque, et alia debet ardere quantum se extendere potest. Pro quibus lampadibus debentur dicte capelle viginti quinque sol. Maur. seruicii. Item actum est inter partes predictas quod rector dicte capelle nulla sacramenta ecclesiastica administrare debet pa-

rochianis de Monasterio, nisi de licencia curati dicte ecclesie de Monasterio, excepta summa necessitate, nec literas denunciare. Item actum est quod dum celebrat diebus solempnitatibus infrascrisptis, celebrare debet ianuis clausis, subditis exclusis et omnibus aliis exclusis, si ad ecclesiam parochialem accedere noluerint, videlicet festo Nativitatis Dni, Stephani, Circumcisionis, Apparitionis, Purificacionis, Annunciacionis, Ramis Palmarum, Parasceue, Resurectionis, duobus diebus sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, duobus diebus sequentibus, Corporis Christi, Magdalene, Assumpcionis, dedicacionis, Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Nycolai, Martini et omnibus diebus dominicis per totum annum ; et quandocumque poterit, in summis solempnitatibus ascendat ad ecclesiam de Monasterio, et dnus curatus debet dare rectori predicte capelle illis diebus supradictis mensam suam, prout decet. Diebus autem quatuor temporum debet dictus rector ascendere die sabathi ad ecclesiam de Monasterio et eciam habere mensam. Item idem rector capelle predicte residenciam personalem in ipsa capella facere debet sine dispensacione dicti curati, et debet celebrare secundum quod melius videbitur expedire, prout moris est ; alioquin omnia seruicia supradicta, si residenciam non faceret, illo anno tantum curato predicto et heredibus predicti magistri Petri pro alio seruiente sine diminucione deuoluantur ; et si de negligencia dictus curatus et heredes dicti magistri Petri possent redargui, tunc ipso facto in predictis dno episcopo, illa vice tantum, alium rectorem ponendi potestas traditur. Item ordinatum est de domo sita iuxta capellam predictam, edificata per dictum magistrum Petrum apud Bvele, manere debet Waltero filio Johannis Fabrisse et heredibus suis, tanquam res propria, de consensu dni Jacobi exsecutoris predicti magistri Petri et de consensu dni Johannis curati de Monasterio et dni Rodolphi rectoris ipsius capelle, tali condicione et

pactis adiectis, videlicet quod dictus Walterus non debet tenere nec facere tabernam nec aliqua persona, cuiuscumque existat condicionis, nec vendere aliqua mobilia in ipsa domo, antequam in dicta capella missa fuerit celebrata, si celebrari debetur, item quod et dictus Walterus promisit nomine suo et heredum suorum, infra proximum festum beati Martini, edificare vnam aliam domum iuxta dictam capellam rectori ea serie et condicione, prout in quadam litera sigillata sigillis dni curati de Monasterio et dni Petri Murman curati de Arangon plenius continetur, alioquin dicta domus cum omni jure suo rectori dicte capelle, tanquam domus propria fundata dicte capelle, perpetue possidenda deuoluatur. Hoc adiecto quod dicta domus alicui iuridicioni vendi non debet, nec alicui persone suspecte concedi, nec quoquomodo alienari. Item actum est inter predictos quod rector capelle tenetur iurare in sua institucione et collacione per iuramentum suum quod non vendat, alienet nec diminuat bona ipsius capelle, tam mobilia quam immobilia eiusdem capelle, nisi in vtilitatem et augmentum eiusdem, et hoc de consensu dni curati de Monasterio et heredum magistri Petri predicti. Inde rogamus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Nycolaus de Chouson, dnus Johannes Faber, sacerdotes, Aymo de Bvele, Aymo conuersus de Bvele et dnus Petrus curatus de Arangon, qui hanc cartam leuauit, vice capituli cancellariam tenentis, vice cuius ego Johannes, filius Johannis de Mvelinbach domicelli, clericus, iuratus super hoc, eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Bvele, quarto kl. decembris, anno Dni M°CCC°XXXII°, imperio vacante, Aymone episcopante. Reuerendus autem in Christo pater dnus Aymo, bone memorie, Dei gracia episcopus Sedun. predictus, ad instanciam et requisicionem magistri Petri predicti de Bvele, suum apposuit decretum in perpetuam rei memoriam, ut, iam sursum, litera sigillo dicti dni episcopi et sigillo dni curati de Conches sigil-

lata inde confecta plenius continetur. Cuius litere tenor talis est :

Nos Aymo Dei gracia Sedun.episcopus notum facimus vniuersis quod in nostra presencia propter hoc specialiter constitutus vir prouidus et discretus magister Petrus de Bvele, de parochia de Monasterio, phisicus, nunc commorans in Turego, perpendens verbum ewangelii dicentis : Thesaurizate vobis thesaurum in celis, volens talentum sibi traditum suo duplicatum reddere creatori, ordinat ex nunc irreuocabiliter, disponens fundare vnam capellam et dotare in loco de Bvele, de parochia de Monasterio, super patrimonio suo, ob donacionem (l. deuocionem) quam habet Deo, eiusque genitrici et omnibus sanctis et pro salute anime sue et remedio predecessorum et benefactorum suorum, in qua salubrius sacerdoti victum duxerit ordinandum. Nos attendentes eius piam donacionem pariter et affectum quem habet super hoc, et cum diuinus cultus non debet minui sed semper pocius augeri, volentes prius certificari de dote ipsius capelle quam ponetur primus lapis, vt dicunt iura. Idcirco idem magister Petrus assignat perpetue et concedit in dotem dicte capelle et eius rectoribus in perpetuum hec que secuntur. Primo duodecim modios siliginis seruicii seu redditus annui ad mensuram de Conches, quos aquisiuit pro maiori parte, ut asserit ; residuum promittit aquirere quam cito a Monte Dei superius poterit commode reperiri, prout in cartis inde confectis et conficiendis videbitur contineri. Item quadraginta sol. Maur. redditus annui, quos percipit idem magister Petrus in parochia de Uespia annuatim, sicut in cartis inde confectis plenius continetur. Item alpegium quod de hereditate sua percipit idem magister Petrus in alpibus de Bvele. Item lingnorum seu nemoris incisionem quam habet idem magister Petrus racione patrimonii sui in nemoribus de Bvele, cum omnibus pertinenciis omnium predictorum. Et nos, de voluntate et consensu dni Johannis

Aspers curati de Conches, in cuius parochia fundatur dicta capella, damus et concedimus dicto magistro Petro plenam facultatem construendi dictam capellam, ita quod rector ipsius capelle, qui pro tempore fuerit, propter subtractionem parochianorum celebrare non debeat in dicta capella diebus dominicis et solempnitatibus, nisi januis clausis et parochianis exclusis, nisi cum licentia dicti curati. Item ordinatum extitit quod medietas oblacionum, elemosinarum et omnium proventuum quarumcumque qui et que dicte capelle et eius rectori prouenient seu dabuntur a parochianis suis de Conches. curato detur, et alia medietas sit rectoris ipsius capelle. Item rectores eiusdem capelle, diebus quibus celebrabunt in eadem, excludere debent omnes excommunicatos qui denunciabuntur in matrici ecclesia, et quod non possint nec debeant aliquibus parochianis matricis ecclesie sacramenta aliqua et jura parochialia aliqua subtrahere seu vsurpare, nec aliquem sepelire, et hoc in eorum institucionibus dicti rectores ipsius capelle iurare teneantur. Item retinet predictus magister Petrus, de consensu nostro, collacionem dicte capelle quamdiu vixerit, ita quod vnum quem ponere voluerit rectorem in dicta capella nobis presentare teneatur. Post decessum vero ipsius magistri Petri presentacio rectoris dicte capelle ad curatum de Conches pertineat, et ad nos et successores nostros collacio ipsius capelle perpetuo pertineat pleno iure. Volentes et concedentes de gracia speciali, amore ipsius magistri Petri et de consensu dicti curati de Conches, quod ipse curatus, quamdiu aliquem sufficientem et ydoneum sacerdotem ad regimen dicte capelle reperiret de parentela ipsius magistri Petri, illum nobis presentare debeat, et si talem reperire non possit, alium idoneum a Loucha superius, vbi reperire valeat, nobis presentare teneatur. Et si infra mensem post mortem rectoris dicte capelle dictus curatus non presentauerit nobis et successoribus nostris rectorem ydoneum, ex tunc collacio

ipsius capelle ad nos et successores nostros illa vice, propter dicti curati defectum et negligenciam, deuoluatur. Excipimus autem et mense episcopali reseruari volumus iura et vsagia nostra que habere debemus in rebus et possessionibus predictis, nomine dotis dicte capelle, superius insignatis. In quorum omnium robur et testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Et ego dictus Johannes Asper curatus de Conches in signum laudacionis mee et consensus mei sigillum meum presentibus apposui. Datum et actum Seduni, VI idus augusti, anno Dni M°CCC°XX° secundo.

Que omnia et singula predicta reuerendus in Christo pater dnus Aymo de Turre, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun., postmodum laudauit, approbauit, ratificauit irreuocabiliter et perpetue suum apposuit decretum. Testes : dnus Petrus de Loucha curatus de Ves, Anthonius Werneri de Castellione domicellus, Petrus Benzo de Muelibach et Petrus Murman curatus de Arangnon, leuator prenominatus, qui dictam laudem recepit, apud Saxum de Narres, VIII idus maii, anno Dni M°CCC°XXX quarto, imperio vacante, predicto dno Aymone de Turre episcopante.

1645

L'évêque de Sion nomme François de Compeys châtelain de Martigny.

1333, 13 janvier.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Nos Aymo episcopus constituimus nostrum nepotem Franciscum de Compesio, militem, hominem ecclesie Sedun. ligium, castellanum castri Martigniaci et rectorem jurisdictionis nostre et omnium bonorum que habemus in vicedomi-

natu Martigniaci et terre de Moutru per unum annum ad 50 lb., et debet custodire castrum novem clientibus et tribus excubiis. 1333, 13 januarii.

1646

François de Compeys, châtelain de Martigny, promet de remettre le château de ce lieu à l'évêque ou au chapitre de Sion, dès qu'il en sera requis; il reconnaît aussi devoir au même évêque deux hommages pour la majorie de Viége et le vidomnat d'Ernen.

Valère, 1333, 15 janvier.

Archives de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

* Anno Dni M°CCC°XXX°III, inditione prima, XVIII kl. februarii, in choro ecclesie Valerie, in presencia ven. virorum dnorum G. decani Valerie, Ebali sacriste, Thome cantoris, Johannis Boneti, Petri Falconis, Ansermi de Castellione Aug., Francisci de Yporrigia, Nycholai et Willermi de Clarens, Willermi de Marlio et Johannis de Drona, canonicorum Sedun., capitulum ibidem facientium, vir nobilis dnus Franciscus de Compesio dixit quod cum dnus Aymo episcopus Sedun., de consensu sui capituli, ipsum dnum Franciscum constituerit castellanum suum castri sui de Martigniaco et eidem promiserit ipsum a dicta castellania nec dicto castro remouere, quousque per dictum dnum episcopum eidem dno F. satisfactum extiterit de sexcentis lb. Maur. in quibus idem dnus episcopus eidem tenetur; dictus dnus Franciscus promisit michi notario stipulanti ad opus dicti dni episcopi et capituli Sedun. per juramentum suum reddere dictum castrum Martigniaci dicto dno episcopo, vel sede vacante capitulo Sedun., quocienscunque ab ipsis super deliberatione dicti castri fuerit requisitus, satisfacto sibi de salario suo, obligatione et assignatione prouentuum et reddituum dicti castri in suo robore

permansuris, non obstante promissione predicta quam dictus dnus episcopus de laude dicti capituli sibi fecit. Et confessus est dictus dnus Franciscus debere duas fidelitates et duo homagia ligia predicto dno episcopo et mense sue episcopali, vnum homagium pro maioria de Vespia et aliud pro vicednatu de Aragnon, promisitque facere dicto dno episcopo, quocienscunque super hoc fuerit requisitus, vnum homagium ligium et pro alio seu aliis, si reperiantur, faciet dicto dno episcopo secundum usus et consuetudines terre Valesii et eo modo et forma quibus dnus Anthonius comes Vespie ipsas fecit et ad ipsas tenebatur, et interim esse fidelis dicto dno episcopo et ecclesie Sedun. proinde ac si dicta homagia et fidelitates jam fecisset, etc. Testes : dnus Jacobus de Billens decanus Sedun., dnus Columbus curatus de Sirro, etc.

Anno, die et loco quibus supra, cum ibidem dnus Franciscus de Compesio miles confiteretur se debere dno episcopo et ecclesie Sedun. fidelitatem et homagium ligium pro maioratu de Vespia, dnus Thomas cantor ecclesie predicte protestatus fuit quantum sua intererat, ratione hereditatis sue de Vespia, quod in dicto homagio et fidelitate predicta recognitis per dictum militem non consenciebat, sed ipsis quantum poterat contradicebat. Testes qui supra.

1647

Quittance générale donnée par François de Compeys, chevalier, à l'évêque de Sion, à l'exception de 600 L. que ce dernier lui doit encore.

Valère, 1333, 16 janvier.

Archives de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

* Anno Dni M°CCC°XXXIII°, inditione prima, XVII kl. fe-

bruarii, in castro Valerie, in domo ven. viri dni Thome canteris Sedun., in qua nunc moratur vir ven. dnus Jacobus decanus Sedun., ad instantiam mei notarii requirentis vice dni Aymonis episcopi Sedun. et ecclesie Sedun., vir nobilis dnus Franciscus de Compesio, miles, quictauit perpetuo predictum dnum episcopum et ecclesiam Sedun. ab vniuersis debitis in quibus predictus dnus episcopus sibi tenebatur, tam ratione mutui quam solutionis facte per ipsum dnum episcopum (l. Franciscum) pro dicto dno episcopo in curia Romana vel alibi et in quocumque loco, et ab omnibus actionibus quas habebat contra et erga dictum episcopum usque in diem presentem ; saluis tamen dicto dno Francisco et exceptis ab huiusmodi quictatione predicta sexcentis lb. Maur. in quibus predictus dnus episcopus sibi adhuc tenetur, quas idem dnus episcopus de laude sui capituli dicto dno Francisco assignauit percipiendas super talliis, redditibus, censibus, seruiciis, placitis, vsagiis et obuentionibus castellanie Martigniaci et terre dicti dni episcopi de Mustruuz ac parrochiarum de Aragnon et de Couches a monte Dei superius, prout in litteris sigillis dictorum dni episcopi et capituli sigillatis continetur. Testes : predictus dnus Ja. decanus, Johannes de Compesio domicellus, morans cum dicto dno Francisco, etc.

1648

Hommage prêté au doyen de Valère par Rudin Aspère.

Sion, 1333, 18 janvier.

Archives de Valère, Extractus instrum. decanatus Valeriæ.

Anno Dni M°CCC°XXXIII et die XVIII januarii, Rudinus Aspere, parrochie de Vespia, confessus fuit se tenere in feudum homagii a dno decano Valerie decimam raparum, lini

et canapis in monte et territorio de Grenke et de Garpoltran, in parrochia de Vespia, scilicet sub homagio in quo tenetur dicto dno decano Petrus de Staldon, et confessus fuit quod sunt predicte decime particula feudi quod tenet Petrus a dicto dno decano, et pro quo feudo debet idem Petrus XXXII modios siliginis ad mensuram de Vespia annui redditus. Actum in Seduno.

1649

Aymon, évêque de Sion, établit deux vicaires-généraux.

1333, janvier.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

Nos Aymo Dei et apostolice Sedis gratia episcopus Sedun. notum facimus vniuersis quod nos fecimus et constituimus vicarios nostros generales et speciales, tam in temporalibus quam in spiritualibus, videlicet dnos Jacobum decanum et Ebalum sacristam ecclesie nostre Sedun., quemlibet ipsorum in solidum, quousque ipsos duxerimus reuocandos. Dantes eisdem et cuilibet ipsorum in solidum plenam et liberam potestatem exercendi omne officium tam in temporalibus quam in spiritualibus quod uicarii generales et speciales exercere possunt et debent. Datum..... die mensis januarii, sub sigillis nostris magno et secreto, anno Dni M°CCC°XXX°III°.

1650

Le chapitre de Sion achète le quart de la dîme de Vernamièze.

Sion, 1333, 12 février.

Archives de Valère.

Notum sit quod nos Johannes et Willermus, filii quondam

Willermi Berthe de Vernamesia, et Willermus filius quondam Martini Berthe dicti loci vendimus pro decem lb. Maur. dno Willermo de Clarens canonico Sedun., ementi ad opus capituli Sedun., quartam partem tocius decime pro indiuiso de Vernamesia in blado, feno et nassentz et aliis rebus; que decima protenditur ab aqua de Borny superius usque ad parrochiam de Magi et usque ad confines de Nas. Que quarta pars decime tenetur in planum feudum a dno de Aniuesio, pro qua eidem debentur quinque sol. seruicii et decem sol. placiti. Item duas seytoratas prati sitas apud Vernamesiam, cum domo infra sita. De quo prato debentur dno Petro Farconis canonico Sedun., ratione obedientie de Bramosio, dimidius fichilinus frumenti redditus et vnus den. seruicii. Quas res predictas dictus dnus Willermus, nomine quo supra, concessit nobis et heredibus nostris pro viginti sol. Maur. redditus annui. Actum Sedun, II idus februarii, anno Dni M°CCC°XXXIII°, imperio vacante, Aymone episcopante.

1651

Donation faite à la Chartreuse de Géronde par Agnès, reine de Hongrie.

1333, 14 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XIII, 59, ex arch. Gerundano.

Le chan. de Rivaz donne d'abord un extrait du testament de Simon de Senis, que j'ai publié dans le tome précédent, page 575, N° 1591; puis il ajoute:

Ce testament est de l'an 1331, mais il ne fut rédigé en forme authentique qu'en 1333.

Le XVI des kalendes de mars (14 février) de cette année 1333, l'évêque Aymon, comme exécuteur testamentaire du susdit testament, donna au couvent de Géronde un pré et un

champ situés à Bramois, acquis pour la somme de 40 livres Maur. Il est parlé en cet acte d'un curé d'Ernen qui était en relation avec l'illustrissime dame Agnes, reine de Hongrie, qui lui avait envoyé cet argent pour acheter au profit des Chartreux de Géronde quelques terres en Vallais, dont cet évêque en effet mit ces religieux en possession, à la condition très expresse qu'ils regarderont la dite illustrissime dame comme leur confondatrice et qu'ils prieront Dieu pour le repos de son âme, de celle du sérénissime Albert, roi des Romains, son père, et du roi de Hongrie, son mari, des princes Frédéric, Léopold et Etienne, ducs d'Autriche, de tous ses parents et de toute l'Eglise catholique. Cette reine donna des biens pour l'entretien d'un moine de plus au couvent de Géronde. Cet acte est daté de la chambre à coucher de l'évêque Aymon, au château de Tourbillon, imperio vacante et eodem dno Aymone episcopante.

Ceci est une copie authentique faite sur l'original qui, en 1430, Sigismundo imperante et Andrea administrante, existait la chancellerie du chapitre de Sion.

Il ne reste plus aujourd'hui qu'une partie des archives de Géronde, conservée au séminaire diocésain de Sion. Plusieurs documents que le chanoine de Rivaz a vus, sont maintenant perdus. Malheureusement il s'est borné à en faire des extraits et c'est tout ce qui nous reste de ces documents.

1652

Accord entre Mermet d'Ollon, donzel, et Antoinette, veuve de Guillaume du Méler, au sujet d'une vigne.

Sion, 1333, 26 février.

Archives de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

Anno Dni M°CCC°XXXIII°, inditione prima, IIII° kl. marcii, Seduni, in palatio ecclesie B. Marie Sedun., ante portam cam-

penilis dicte ecclesie. Cum discordia verteretur inter Mermetum de Olono, domicellum, et Anthoniam relictam Willermi dou Meler, pelliparii Sedun., super eo quod dictus Mermetus petebat a dicta Anthonia quod cum ipsa teneret minus iuste duas pecias vinee in territorio de Hunrie, quas cum dictus Mermetus, successor in bonis quondam dni Petri de Turre de Granges militis et Jaqueti de Turre de Granges domicelli, repererit fuisse alienatas sine laude et consensu suo, et sint de feudo suo homagii ligii et talliabilis, petebat idcirco dictus Mermetus dictas vineas sibi reddi, tanquam commissas, vna cum fructibus ab octo annis citra; dicta Anthonia dicente dictas vineas legitime et iusto titulo emptionis possidere. Tandem dicte partes ad talem pacem deuenerunt, videlicet quod dicta Anthonia dimisit dicto Mermeto vineas predictas; vice versa dictus Mermetus quictauit dictam Anthoniam de fructibus leuatis hactenus per eam et dedit dicte Anthonie XL sol. Maur. semel, ex causa remissionis predicte.

1653

Quittance donnée par Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, à Franchod Curti.

Aigle, 1333, 28 février.

Arch. de la famille de Torrenté, Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

Petrus de Turre, dnus Castellionis in Valesio, confitetur se habuisse quater viginti et nouem flor. cum dimidio boni auri et nouem grossos Turon. et quinque den. Maur. a Franchodo Curti Lumbardo, apud Brigam commorante, qui olim per quoddam spacium temporis percepit apud Brigam, nomine dicti Petri, pedagium, videlicet vnum flor. pro qualibet balla

et quolibet magno equo. Testes : Jacobus decanus Sedun., etc. Datum in villa de Allio, anno Dni M°CCC°XXX° tercio, indicione prima, secundo kl. marcii.

1654

Reconnaissances féodales en faveur de Jaquette de Chamoson.

Grimisuat, 1333, 22 juillet.

Archives de Valère, Registrum Girardi Maioris de Dallion.

* Anno Dni M°CCC°XXXIII° XI kl. augusti, apud Grimisua, constituti Nantermus de Columberio domicellus, nomine suo et Jaquete filie quondam dni Walteri de Chamoson militis ac quondam dne Agnetis filie quondam Willermi de Turre domicelli, ex vna parte, et Johannodus Forner de Grimisua, nomine suo et consortum suorum, ex altera, idem Johannes Forner confessus fuit se ac suos consortes tenere in feudum planum a dicta Jaqueta, tanquam herede dicti Willermi de Turre et dne Agnetis matris ipsius Jaquete, certas possessiones seu terras (ibidem specificatas) pro quibus debet duodecim den. census. Et sciendum est, ut dictus auanterius adsseruit, quod totum dictum feudum alias fuit adcenssatum per dictum Willermum de Turre dictis feudatariis seu eorum predecessoribus pro sex sol. Maur. census et sex fischillinis messelli redditus annui, de quo censu den. capitulum Sedun., ex legato facto per dictum Willermum de Turre ecclesie Sedun., percipit quinque sol. et dicta Jaqueta coheres dicti Willermi duodecim den. residuos; redditus vero bladi fuit venditus per dictum Willermum.

Anno 1330, 13 kl. maii, apud Chamoson, in domo quondam dni Walteri de Chamoson militis, que nunc est Jaquete filie

dicti militis vxoris Nantermi de Columberio, un grand nombre de feudataires reconnaissent tenir de la dite Jaquette des terres situées à Chamoson, Ardon, etc.

1655

Refus des hommes de Vex de prêter hommage au chapitre de Sion.

Vex, 1333, 21 octobre.

Archives de Valère, L, 11.

In nomine Dni, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter quod, anno a natiuitate eiusdem millesimo CCC°XXX°III°, indicione secunda, die XXI mensis octobris, apud Vex, Sedun. diocesis, in platea dicti loci de Vex, juxta domum maioris de Vex, in mei notarii et testium subscriptorum presencia propter hoc specialiter constitutis ac etiam personaliter, videlicet viro venerabili dno Girardo decano Valerie in ecclesia Sedun. et vicedno de Vex, dno Petro Farconis, Johanne de Drona, canonicis ecclesie Sedun., ex vna parte, et Perrodo filio quondam Petri maioris de Vex, Jaquemeto Wetuz, Michaele dou Pasquier, Perrodo dicto Porter, Martinodo de Puteo, Petro dicto Casal, Giroldo dicto Forner, Martino Nigri, Martino Nyeuele, Cristino dou Neysot, Michaele dou Neysot, Martino Colon, Perreto Martini, Perreto dicto Coster, Girodo de Plateis, Cristino de Pratis, Stephanodo de la Lex, Willermo dicto Perer, Sillodo de Pratis, Girodo de Pratis, Michaele dicto Dyn, Johannodo de Crista et Perreto de Puteo, ac pluribus aliis hominibus de Vex, ex altera, cum teneretur generale placitum mensis octobris per prefatum dum vicednum in predicta villa de Vex, prefatus Johannes de Drona, procurator et procuratorio nomine ac nuntius capituli Sedun., requisiuit predictum Perrodum maiorem,

filium quondam Petri maioris de Vex, ac omnes prenominatos homines de Vex in dicto placito presentes sub forma que sequitur : Cum Petrus maior de Vex obierit jam dudum, scilicet ante festum natiuitatis Dni preteritum, et ipse teneretur ac successores sui seu heredes eius in dicta maioria teneantur dicto capitulo ad homagium ligium alias per dictum Petrum et predecessores suos factum, tam pro se scilicet maiore quam pro omnibus hominibus de Vex, dictusque Perrodus nunc maior teneatur dictum homagium ligium facere dicto capitulo, tam pro se quam pro omnibus hominibus de Vex, ego Johannes de Drona, procurator et nuntius capituli predicti ad infra scripta, requiro te Perrodum nunc maiorem, quatenus de voluntate et consensu expresso omnium hominum de Vex in presenti placito presentium facias homagium ligium pro te et omnibus hominibus de Vex in manibus venerabilis viri dni Girardi decani Valerie et vicedni de Vex, qui dictum homagium recepturus est vice et nomine dicti capituli. Dictus uero Perrodus dixit quod paratus erat facere homagium ligium dicto vicedno ad opus dicti capituli sicut tenebatur; prenominati uero homines et ceteri presentes in dito placito clamauerunt vnanimiter et dixerunt concorditer quod contradicebant et inhibebant quantum forcius poterant dicto Perrodo maiori quod nullum homagium faceret pro ipsis hominibus, dicentes et asserentes quod ad nullum homagium ligium tenebantur capitulo predicto, nec aliquis alius pro ipsis. Et iterum dictus dnus Johannes de Drona, nomine quo supra, requisiuit prefactos homines quod dicerent ac preciperent et mandarent dicto Perrodo quod ipse dictum homagium faceret pro ipsis hominibus de Vex; prefatusque decanus legit et exposuit lingua materna in presencia dictorum hominum quamdam cartam cancellarie Sedun., in qua continebatur quod dictus Petrus maior quondam pater dicti Perrodi fecit homagium ligium jam dudum pro se et omnibus hominibus de Vex in quodam pla-

cito generali de Vex, de consensu et mandato omnium hominum de Vex in ipso placito presentium, in manibus dni Thome cantoris Sedun., recipientis ad opus capituli prefati. Quibus omnibus auditis prenominati homines et alii homines de Vex presentes in placito dixerunt quod de consensu et voluntate ipsorum dictus Perrodus nunc maior nullum homagium faceret pro ipsis prenominatis hominibus et aliis hominibus de Vex, sed inhibebant et contradicebant quod homagium non faceret pro ipsis. De quibus uero predictis omnibus et singulis dictus Johannes de Drona precepit michi notario infrascripto fieri publicum instrumentum. Datum et actum anno, indicione, mense, die et loco quibus supra, presentibus venerabili viro dno Nicholao de Clarens, Perroneto de Claromonte, canonicis ecclesie Sedun., etc. testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et ego Franciscus Lombardi, filius quondam Johannis de Messy parochie de Vespia, not., etc.

1656

Boniface de Challant, curé de Naters, amodie les revenus de son église à Jean de Mont.

Valère, 1333, 22 octobre.

Archives de Valère, Registrum Franc. Lombardi.

Anno Dni M°CCC°XXXIII°, inditione secunda, XI kl. nouembris, in castro Valerie, dnus Bonifacius de Chalando, Aug. dyoc., curatus ecclesie de Narres, dedit ad firmam Johanni de Mont, parrochie de Narres, matriculario dicte ecclesie, clerico, fructus, redditus, seruicia, decimas, vsa, oblationes, obuentiones, domos, terras et possessiones omnimodas et jura alia vniuersa ad dictam ecclesiam de Narres et de Glisa spec-

tantia, per vnum annum incipiendum in proximo festo beati Michaelis nuper preterito, pro precio quatervginti et octo lbr. Maur. Ita tamen quod dictus Jo. teneatur bene et decenter dictas ecclesias officiare et facere deseruiri, prout extitit hactenus consuetum, ipsasque ecclesias et domos earum bene regere et manutenere. Ac etiam tenetur et promisit dictus Jo. hospitalitatem bonam solitam in hospicio dicte cure fieri, omniaque onera dicti hospicii supportare, ipsumque curatum uel alterum de fratribus suis, si semel in anno ad dictam ecclesiam accesserit, cum eius familia bene recipere et victualia competentia per spacium vnius septimane ministrare propriis sumptibus ipsius Jo.

1657

Pierre Farcon, chanoine de Sion, donne 40 sols de rente annuelle à la chartreuse de Géronde.

Sion, 1333, 26 octobre.

Archives de Géronde au séminaire de Sion.

* Notum sit quod ego Petrus Farconis canonicus Sedun. concessi pro Deo et pro remedio anime mee et predecessorum meorum domui cartusie de Gironda, vt cultus diuinus semper ampliatur ibidem, quadraginta sol. Maur. redditus, quos assigno super vineam meam sitam apud Mulignon, sub condicionibus infrascriptis, quod si dicta domus de Gironda destrueretur uel adnullaretur et quod fratres seu monachi dicti loci ab ipso loco omnino recederent, dicta donatio ad heredes seu assignatos nostros reuerteretur, etc. Seduni, VII kl. nouembris, anno Dni M°CCC°XXXIII°.

1658

Redevances dues à l'église de Naters par Luquette, veuve du comte Antoine de Blandrate.

Naters, 1333, 2 novembre.

Archives de la paroisse de Naters, copie de M. Ferd. Schmid.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Luqueta, relicta nobilis viri et potentis dni Anthonii de Blandra comitis, confiteor et publice recognosco in verbo veritatis ex certa sciencia, secundum quod michi preceptum et mandatum fuit per dictum quondam Antonium comitem, maritum meum, et ordinatum fuit a predecessoribus suis, nec non specialiter ab ipso dno Anthonio, dare annuatim in anniuersario suo et omnium predecessorum suorum tres modios siliginis seruicii et duos seracios, valentes viginti solidos Maur., item quatuor sol. seruicii, reddendos annuatim ecclesie de Narres a Dyen Lovckgarton et duodecim den. cappellanis. Item vnum sextarium olei seruicii ad inluminandum altare beati Jacobi, fundatum in ecclesia de Narres predicta, quem quidem sextarium olei dnus Johannes comes dari ordinauerat perpetue, vt Deus et beatissima virgo Maria vna cum omnibus Sanctis remitteret ei vniuersa peccata in dicto cimiterio et alibi per ipsum perpetrata. Quas quidem donaciones cum omni iure suo ego Lacqueta et Ysabella filia mea laudamus, confirmamus et dari annuatim precipimus de omnibus bonis que michi et dicte Ysabelle filie mee post obitum eius remanserint ab ipso enscheyris et a predecessoribus suis. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur ; dnus Johannes Burchini, dnus Johannes Faber curatus de Makenna, sacerdotes, Petrus Kolbo, Johannes Blattere, clerici, et Johannes Matri-

cularius de Narres clericus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. cancellarium tenentis, vice cuius ego Franciscus filius Petri de Lacx, iuratus super hoc, eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Narres, IIII° nonis nouembris, anno dni M°CCC°XXX° tertio, imperio vacante, Aymone de Turre episcopante.

1659

Pierre Barbey et Guillaume de Nase, anciens syndics de Sion, rendent les comptes de leur administration à la commune.

Sion, 1838, 7 novembre.

Archives de Valère.

Anno Dni M°CCC°XXX° tercio, indicione secunda, die dominica proxima ante festum beati Martini episcopi, in ciuitate Sedun., in domo de la Sosta, constitutis Petro Barbitonsore et Willermo de Nas sartore, ciuibus Sedun., olim sindicis et procuratoribus communitatis Sedun., ex vna parte, et tota vniuersitate seu communitate ciuium et burgensium ciuitatis Sedun., seu maiore parte ibidem ad sonum campane more solito congregata, videlicet Perrodo Magi, Thomassino Lumbardo, Willermodo de Grimisua, Hugoneto de Drona, Rodulpho de Heruens, Nycholeto eius fratre, Martino Luyers, Willermo de Champiz, Theodolo de Cruce, Petro Fabri de Leucha, Perroneto de Augusta, Perrodo Mora fabro, Martinodo dAlba, Perrodo Jornal, Giroldo de Salens, Vldriodo de Plans, Johanne Baul, Petro Manenberti, Perroneto de Noyerey, Rodulpho de Mulignon, Perrussodo de Syens, Jaqueto Ruphi de Aniuisio, Vldrico cuprifabro, Perrodo de Aula de Aniuisio et pluribus aliis ciuibus Sedun., ex altera. Cum ad instantiam et ex parte dictorum Petri Barber et Willermi de Nas proclamatum fuerit et publice denunciatum in ecclesia Sedun., tri-

bus diebus dominicis proximo preteritis, per preconem publicum, presente in dicta ecclesia populo ibidem congregato ad diuina audienda, quod dicti Petrus Barbitonsor et Willermus de Nas parati erant et volebant predicte communitati, predicta die dominica, in dicta domo de la Sosta, reddere bonum computum et legalem de omni amministratione et regimine quam et quod ipsi habuerunt et rexerunt de bonis et rebus dicte communitatis; quare quecumque persona et quicumque homo de dicta communitate dictum computum audire voluerit, veniret et compareret, dicta die dominica, in dicta domo de la Sosta, dictum computum auditurus. Quaquidem die dominica, in dicta domo, comparentibus ciuibus Sedun. supra nominatis dictum computum audituris tam nomine ipsorum quam dicte communitatis, dicti Petrus Barbitonsor et Willermus de Nas reddiderunt ibidem bonum computum et legalem de suo regimine predicto. Quibus sic peractis dicti ciues Sedun. confessi fuerunt se recepisse computum legalem et finalem et integram satisfactionem de omni regimine de bonis ac rebus dicte communitatis a toto tempore preterito vsque in diem confectionis presentis instrumenti; quittantes et absoluentes, etc. Et ego Perrodus de Sancto Mauricio, clericus, etc.

1660

Aymon de La Tour, évêque de Sion, donne une vigne aux Chartreux de Géronde.

Sion, 1333, 8 décembre.

Archives de Géronde, au séminaire de Sion.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Aymo Dei et sedis apostolice gracia Sedun. episcopus damus et concedi-

mus perpetue et irreuocabiliter, pro nobis et successoribus nostris, donacione pura, mera et perfecta fratri Hugoni priori et conuentui domus de Gironda, ordinis Carthusiensis, cuius fundatores sumus, ad opus ipsius domus quandam vineam sitam in contrata de Sirro, in territorio de Torrent, cum juribus, pertinenciis et appendiciis suis vniuersis, sitam inter vineam Aymonis de Lacques, ex vna parte, et vineam Bosonis de Castro, ex altera. Que vinea nobis accidit seu excheita fuit per mortem Perrole filie quondam Alier de Torrent spurie, que sine herede decessit. Investientes, etc. Promittentes, etc. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Petrus Murmant curatus de Aragnon, dnus Rodulphus de Friburgo, capellani nostri, Johannodus Mayorat de Leuca clericus et Johannes Monmeliani de Bacio clericus, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Martinus de Gamoson curatus de Villa, juratus super hoc, eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, VI idus decembris, anno Dni M°CCC°XXX° tercio, imperio vacante, Aymone episcopante.

1661

L'évêque de Sion achète le tiers de la majorie et de la tour du Simplon.

1334, 2 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Johannes filius Richardi de Simplono et Ursula uxor mea, filia Wuicherii de Artinyon Hurin (?) de Vrania, vendidimus pro 30 lb. episcopo Aymoni et suis successoribus $^1/_3$ maiorie de Simplono et terciam partem turris de Simplono. 1334, 6 nonas maii.

1662

Guillaume de Morestel donne le tiers de tous ses biens à ses fils Jean et Perrod en reconnaissance des bienfaits qu'il a reçus d'eux.

Granges, 1334, 12 mai.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

Anno Dni M°CCC°XXX°IIII°, inditione secunda, die XII mensis maii, hora prima, in castro de Granges, in domo Willermi de Morestello domicelli, que domus dicitur domus de Morestello, Willermus de Morestello domicellus, ob multa et innumerabilia beneficia que accepit a Johanne et Perrodo fratribus, filiis suis, ipsis dat donatione inter vivos terciam partem pro indiviso omnium bonorum suorum tam paternorum quam maternorum mobilium et immobilium. Testes : Jacobus de Morestello domicellus, etc.

1663

Guillaume de Morestel reconnaît avoir reçu diverses sommes d'argent de ses fils Jean et Perrod.

Granges, 1334, 12 mai.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

Anno Dni M°CCC°XXX°IIII°, indicione secunda, die XII mensis maii, hora tercia, apud Granges, in castro dicti loci, in domo Willermi de Morestello domicelli, idem Willermus confessus fuit, ad instantiam Johannis et Perrodi filiorum

suorum, se recepisse, videlicet a dicto Perrodo quinquaginta lb. Maur., que ad ipsum Perrodum peruenerant tam ex venditione maiorie de Granyreylz quam ex venditione vnius roncini bay, olim sibi donati per dnum Aymonem de Turre episcopum Sedun., item a dicto Johanne septuaginta lb. que ad ipsum Johannem peruenerant ex causa dotis (Petri)ne vxoris eius, item de bonis communibus dictorum fratrum, que ad ipsos peruenerunt ex successione et excheyta nobilis mulieris dne Columbe de Sirro matartere dictorum fratrum quondam, vsque ad quantitatem nonies viginti lb., que quantitates pecunie conuerse fuerant in exonerationem debitorum suorum. Vnde dictus Willermus, nolens quod dicti filii sui dampnum sustineant, dictas pecunie quantitates assignauit dictis filiis suis recipiendas super duabus partibus omnium bonorum suorum, que sunt extra terciam partem quam idem Willermus jam dederat dictis filiis suis.

1664

Contrat de mariage entre Johannod, sautier de la Soie, et Françoise du Four.

Grimisuat, 1334, 7 juin.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

* Contractus matrimonii inter Johannodum salterum de Seya, filium quondam Willermi salteri de Seya, et Francesiam filiam Guye de Furno de Grimisua. Dictus Johannodus dedit liberis masculis quos ipsi procreabunt, salteriam suam de Seya, vnacum omni jure et prouentibus dicte salterie in tota contracta et parrochia de Sauisia. Datum in villa de Sauisia, anno Dni M°CCC°XXXIIII°, indicione secunda, VII idus junii.

1665

Jean, seigneur d'Anniviers, vend une pièce de terre et un cens à Johannod Chafardi.

Vissoie, 1334, 26 juillet.

Arch. de Valère, Registrum not. ignoti.

Anno Dni M°CCC°XXXIIII°, VII° kl. augusti, apud Vyssoy, in domo dni Johannis curati de Aniuisio, vir nobilis Johannes dnus de Aniuisio vendidit Johannodo Chafardi de Nouilla, clerico, moranti apud Aniuisium, vnam peciam prati viridarii sitam apud Syrro, eys Vignes, et VIII sol. Maur. redditus qui debebantur eidem dno super prato dicti clerici de inter duas aquas, in territorio de Vissoy, supra magnum pontem de la Nuysenchi, precio decem novem lb. Maur. Testes: dnus Jo. de Roma, dnus Ay. de Syer, sacerdotes, nunc vicarii de Aniuisio, Jacobus de Aniuisio filius dicti dni de Aniuesio.

1666

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, libère Jean de Muhlibach d'un cautionnement que celui-ci avait fait pour Henri de Hospendal.

Tourbillon, 1334, 2 août.

Arch. de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

Anno Dni M°CCC°XXXIIII, indicione II, IIII° nonas augusti, in sala castri Turbilionis, cum, ut dicebat nobilis vir P. de Turre dnus Castellionis in Valesio, Henricus de Hospendal teneretur eidem P. de Turre in uno homagio ligio et promisisset eidem dno de Turre acquirere in terra Valesii centum sol.

Maur. annui redditus, quos vna cum feudo quod tenet, recipere ab ipso dno de Turre in feudum homagii ligii, et de hoc dedisset in fideiussorem Johannem de Mulinbasch domicellum, idem dnus de Turre die hodierna quictauit dictum Jo. de Mulinbasch de fideiussione predicta, cum aliam de nouo cautionem dederit Jacobinus filius quondam dicti Henrici eidem dno de Turre de predictis complendis. Testes Othoninus de Chapala, Johannes de Compesio, domicelli, etc.

1667

Accord entre Johannod de La Tour et son épouse Agnès, veuve de Casson, major de Louèche, d'une part, et Marquet, fils de ces derniers époux, de l'autre, au sujet de la dot de la dite Agnès.

Sion, 1334, 6 août.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

Anno Dni M°CCC°XXX°IIII°, ind. II^a^, VI die mensis augusti, in ciuitate Sedun., ante domun Johannodi de Turre domicelli, cum coram dno Aymone episcopo Sedun. lis verteretur inter Johannodum de Turre et Agnetem eius vxorem, relictamque quondam Cassonis maioris de Leucha, ex vna parte, et Marquetum filium dictorum Cassonis et Agnetis et Nycholetum dErdes, tutorem dicti Marqueti ad infrascripta, super eo quod dicti Johannodus et Agnes petebant a dicto Marqueto tanquam herede dicti Cassonis sibi solui ducentas lb. Maur., quas dictus Casso habuerat a dicta Agnete pro ipsius dote, assignatas ipsi Agneti super maioria de Leuca et omnibus aliis bonis dicti Cassonis a Raspillia supra; item petebant quod dictus Marquetus solueret Lombardis de Contegio triginta tres lb. Maur., et Lombardis de Sallione quadraginta

duas lb. Maur., cum usuris earumdem, quas dicta Agnes acceperat pro debitis dicti Cassonis soluendis. Tandem dicte partes per manus dicti dni episcopi, dni Willermi de Clarens, canonici et officialis curie Sedun., ac Perrodi de Turre domicelli, dni Castellionis in Valesio, ad talem concordiam deuenerunt quod dicta Agnes habeat omnia bona que fuerunt quondam dicti Cassonis a la Raspilly superius versus Leucham pro dote sua, exceptis maioria de Leucha, domo et virgulto contiguo dicti quondam Cassonis apud Leucham; dicta vero maioria et omnia alia bona dicti Cassonis a dicto loco de la Raspilly inferius versus Sedunum sunt dicti Marqueti. Dicta Agnes soluat Lombardis de Contegio triginta tres lb. cum usuris earumdem, et dictus Marquetus soluat Lombardis de Sallione triginta sex lb. tantum cum usuris, et dicta Agnes sex lb. Insuper dicta Agnes tenetur dictum Marquetum tenere secum decenter cum expensis ipsius Agnetis propriis per quinque annos proximos. In bonis autem dicte Agnetis dictus Jo. de Turre habeat usumfructum in vita sua, post obitum dicte Agnetis; et si dicta Agnes liberos procreauerit, dictus Marquetus succedat eidem in medietate dictorum bonorum et alii liberi in alia medietate; si vero nullos liberos habuerit, dictus Marquetus succedat in omnibus. Omnes lingue debite dicto Marqueto et ille quas percipere consueuit de bestiis venalibus que venduntur in macello Sedun., sint dicti Marqueti anno pari, et Agnetis et Johannodi anno impari; quiquidem annus semper incipi debeat in festo nativitatis Dni. Testes: Gontereius Fortis clericus, Aymonodus Alamant, filius dicte Agnetis, Johannodus dErdes, frater eiusdem Agnetis, Johannodus spurius dicti Cassonis et ego P. de sancto Mauricio, clericus, etc.

1668

Testament de Guillaume de Morestel, donzel.

Granges, 1334, 12 août.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

* Anno Dni M°. tercentesimo tricesimo quarto, indicione secunda, die veneris proxima ante festum Assumptionis beate Marie virg., apud Granges, in castro dicti loci, in domo nobilis viri Willermi de Morestello domicelli, que domus vocatur domus de Morestello, idem Willermus, sanus mente licet infirmus corpore, testamentum suum nuncupatiuum in hunc modum fecit. In primis animam meam, etc. Item sepulturam meam eligo in ecclesia beati Jacobi de Granges. Item debita mea precipio solui simpliciter et de plano. Item Nesiam filiam meam michi heredem instituo in centum sol. Maur. semel. Item Marquisiam et Johannetam filias meas michi heredes instituo, quamlibet in centum sol. semel. Item lego post decessum meum ecclesie sancti Jacobi de Granges vnum fisch. siliginis, ad mensuram de Granges, siue duodecim den. annui redditus. Item lego ecclesie beati Stephani dicti loci totidem redditus annui. Item timens me sepe defecisse in anniuersariis predecessorum meorum faciendis, volo quod offerantur perpetue statim post decessum meum qualibet die dominica in ecclesia parrochiali beati Stephani predicta panis et candela cerea, seu soluantur ecclesie aut rectori eiusdem nouem sol. Maur. annui redditus. In ceteris autem bonis meis omnibus michi heredes instituo Johannem et Perrodum fratres, filios meos, quemlibet equali portione. Testes : dnus Goteffredus de Polens miles, Perrodus Albi de Granges domicellus, dnus Johannes de la Someta de Burgondia, nunc vicarius dicti loci, etc.

1669

Transaction entre l'évêque de Sion et le prévôt du Mont-Joux.

1334, 17 août.

Archives de l'hospice du Grand Saint-Bernard.

Nos Aymo Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopus et Guilliermus Pleoleti prepositus domus pauperum Montisiouis notum facimus vniuersis quod cum ex quibusdam diuersis causis questio seu discordia verteretur inter nos ad inuicem super pluribus querelis et petitionibus ac quibusdam iniuriis, quas sperabamus contra personas nostras ad inuicem et personas canonicorum nostrorum dicti prepositi fuisse factas, in tantum quod inter nos rancor et malliuolencia esse potius sperabatur quam dilectio, tandem, tractatu quorumdam amicorum nostrorum utriusque partis interueniente, ad pacem, concordiam et transactionem puram, perpetuam et validam super omnibus querelis, questionibus, petitionibus et controuersiis habitis hinc et inde usque ad diem presentem deuenimus pro nobis et nostris successoribus et canonicis nostris et consanguineis, choadiutoribus nostris tam clericis quam laicis, et qui nobis prestiterunt consilium, auxilium et juuamen in predictis et ordini Montis Jouis, prout inferius continetur. Et primo videlicet quod nos dictus episcopus omnem rancorem, si quem habebamus erga dictum prepositum et canonicos suos et personas superius nominatas, quecumque sint et cuiuscumque conditionis existant, et omnem iniuriam, si quam sperabamus aliqualiter de consensu ipsorum contra nos olim perpetratam fuisse, eidem preposito et dictis canonicis suis et personis superius declaratis remittimus quibuscumque et quictamus; quictamus eciam quicquid juris, actionis realis vel per-

sonalis habebamus in quodam debito quod nobis debebatur seu debebat dnus Willelmus prior Sancti Jacobi de Augusta, ita quod de cetero aliquid exigere seu recuperare non possimus ab eodem nec ab eius fideiussoribus ultra illud quod jam habebamus, sed omne jus et omnem actionem quod et quam habebamus contra dictum dnum Willelmum uel eius fideiussores, eidem preposito remittimus et quictamus. Volumus etiam et precipimus officiariis nostris quod si qui ipsorum aliquid acceperint nomine nostro vel alterius cuiuscumque persone de bonis quondam prioris de Lenz et dni Rodulphi Robellini, olim tenentis prioratum Martignyaci, et aliorum canonicorum Montis Jouis defunctorum, illud reddant et restituant preposito memorato. Item volumus et concedimus quod omnes conuentiones et pactiones hactenus habite inter predecessores nostros in ecclesia Sedun. et predecessores dicti prepositi in dicta prepositura remaneant in suo vigore, robore et valore, prout in litteris super hiis confectis plenius continetur. Item concedimus quod dictus prepositus habeat ex nunc prout ex tunc jus suum quod habebat et eius predecessores in prioratu et ecclesia Martignyaci et aliis ecclesiis existentibus in dyocesi Sedun., sine impedimento quocumque. Item concedimus quod super predictis et aliis juribus, vsagiis et dreturis nobis et ecclesie nostre uel dicto preposito et ordini Montisiouis competentibus, si aliqua sit dissentio seu discordia nunc vel in futurum, quod illud sedetur et declaretur ad arbitrium abbatis Sancti Mauricii Agan. et decani Valerie, qui nunc sunt, et post eorum decessum prepositus qui pro tempore fuerit eligere valeat vnum amicum qui non sit de episcopatu Sedun. ad ponendum cum amico quem ex parte nostra eligemus super sedandis questionibus memoratis. Si vero dicti duo amici jam electi vel in futurum eligendi non possent aut nollent super hiis concordare, volumus quod per nos et dictum prepositum vnus medius qui non sit de dicto

episcopatu no... ..., et quod duo ex eis fecerint seu ordinaverint, per nos et dictum prepositum inviolabiliter observetur. Item quod dicto preposito et domui Montisjovis in omnibus debitis et juribus suis recuperandis in terra nostra debemus esse favorabil... et benigni, justicia mediante. Et versavice nos dictus prepo... s volumus et concedimus quod omnes pactiones et conv... ntiones hactenus habite inter dnos nostros Sedun. et prepositos ...isionis remaneant in sua firmitate, ut superius est e... es... Item volumus quod si qua dissensio seu questio si... in ...im oriatur inter dictum dnum nostrum episcop... et successores suos in ecclesia Sedun. et nos et succ... res nostros in prepositura nostra, quod illa questio seu disse... sedetur et terminetur ad arbitrium amicorum jam su... electo... vel eligendorum, prout superius est pretac... n ...lictus prepositus pro bono pacis et concordie, n... ne n... o omnium canonicorum nostrorum et persor... ri... jam dictarum, similiter omnem rancorem et omnes i... ...rcumque passas in personis et rebus suis predicto... ep... opo et omnibus suis et aliis quibuscumque et qui co... lium vel auxilium dederat opere, facto vel juvamine quoquomodo in detentione seu captione dictorum canonicorum, pleno corde remittimus et quictamus. Item remittimus et quictamus dicto dno nostro episcopo nos dictus prepositus quicquid habuerit de bonis prepositi predecessoris nostri et nostris ac dicti prioris Sancti Jacobi vel predecessorum suorum seu aliorum canonicorum dicti ordinis quocumque modo, exceptis bonis, si qua habuerat, ut supra, familiares seu officiarii sui priorum et canonicorum superius nominatorum; quictamus eciam eidem dno nostro episcopo omnia debita in quibus nobis tenetur quoquomodo ecclesia Sedun. vel idem dnus episcopus. Item nos dictus prepositus quictamus et remittimus nobili viro et potenti Perrodo de Turre, dno Castellionis in Valesio, omnia

debita in quibus Petrus de Turre eius auus, dnus Johannes eius pater vel ipse, tam ex causa sui quam ex facto aui vel patris suis predictorum, nobis quoquomodo tenetur vel tenebatur usque ad confectionem presentium. Per predictam autem quictationem non remittimus dno episcopo predicto vel Perrodo de Turre redditus et alia vsagia in quibus reperirentur teneri domui nostre Montisiouis ex causa donationis, venditionis seu alia justa causa, sed ipsos redditus et alia vsagia nobis precipua specialiter retinemus. Item nos dictus prepositus debitam obedientiam dicto dno nostro episcopo facere tenemur et promittimus, prout predecessores nostri episcopis predecessoribus eiusdem dni episcopi in Sedun. ecclesia hactenus facere consueuerunt, et litteras seu titulum prouisionis nobis facte de prepositura predicta ipsi dno nostro episcopo tanquam dyocesano ostendere, ac eciam promittimus juramento nostro super sancta Dei evvangelia corporaliter prestito procurare et facere posse nostro quod dicti prior et dnus Franciscus rancorem et iniurias sibi factas remittent corde perfecto et omnia et singula ratifficabunt et laudabunt, vt superius sunt expressa, quam cito poterimus bona fide, et eodem modo capitulum nostrum in primo capitulo quod tenebimus per instrumentum publicum vel per literas eorum sigillis propriis vel sigillo capituli sigillatas de consensu et auctoritate nostra. Nos vero dicti episcopus et prepositus, nomine nostro et dicti prioris Sancti Jacobi, dni Francisci et aliorum canonicorum nostrorum et personarum predictarum, omnia et singula predicta, prout superius generaliter et singulariter sunt inserta, promittimus et juramus pro nobis et successoribus nostris bona fide firmiter attendere et inuiolabiliter obseruare et ad effectum perducere, prout quemlibet nostrum tangunt, et nuncquam contra facere, uel venire in aliqua machinatione seu aliquo quesito colore, nec alicui contrauenire volenti in aliquo consentire. In quorum omnium robur et testimonium

sos episcopus et prepositus prefati sigilla nostra presentibus literis duplicatis duximus apponenda. Datum XVI kl. septembris, anno Dni millesimo CCC° tricesimo quarto.

Fragment d'un sceau.

1670

Anselme de Châtillon est nommé curé d'Ardon et de Chamoson.

Valère, 1334, 14 septembre.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

* Anno Dni M°CCC°XXX°IIII°, ind. secunda, XVIII° kl. octobris, apud Valeriam. Cum ecclesia parochialis sancti Johannis evangeliste de Arduno et capella beati Andree de Chamoson annexa dicte ecclesie de Arduno vacent per obitum dni Ebali quondam curati dictarum ecclesie et capelle, Ebalus sacrista ecclesie Sedun., patronus dictarum ecclesie et capelle, presentavit Ansermum de Castellione in Aug., canonicum Sedun., ad curam et regimen earundem ecclesie et capelle dno Jacobo decano Sedun., vicario generali dni Aymonis episcopi Sedun., qui ipsum admisit. Testes : dnus Nycholaus curatus de Chouseo, dnus Jacobus de Aragnon rector altaris beatorum Johannis Bapt. et Marie Magd. in capella beati Theodoli Sedun., dnus Johannes de Vex vicarius in ecclesia Valerie, etc.

Postmodum XVII kl. octobris, in ecclesia de Arduno, circa horam primam, et in capella de Chamoson, circa horam tertiam, idem Ansermus missus est in possessionem dictarum ecclesie et capelle. Testes : Johannes de Morestello domicellus, etc.

1671

Richard et Martin Leffour reconnaissent tenir en fief du donzel Mermet d'Ollon la garde des vignes et des prés de Granges.

Sion, 1334, 2 octobre.

Arch. de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

* Anno Dni M°CCC°XXXIIII°, ind. III, VI nonas octobris, Seduni, Richardus et Martinus fratres, filii quondam Cristini quondam Leffour de Granges, recognouerunt se tenere in feudum a Mermeto de Olono domicello wardam de plantatis de Granges, tam vinearum quam pratorum, quam wardam predictus Cristinus Leffour emit a Jaqueto Contat de Granges quondam homine ligio talliabili dicti Mermeti, et erat dicta warda de feudo talliabili dicti Mermeti. Et confessi sunt dicti fratres se debere dicto Mermeto de dicta warda vnum sextarium vini redditus altero annorum et IIII^or^ den. seruicii similiter altero annorum et VIII den. placiti; de quo seruicio, quando soluitur, debet tradi solutori ipsius seruicii ad valorem II den. Maur. in cibo. Et dicti fratres asserunt quod possunt in quolibet anno dicte warde accipere in quolibet fossorato vinearum dicte warde, tanquam custodes ipsarum vinearum, III racemos, quos voluerint, antequam vindemientur ipse vinee; alioquin si vindemientur antequam dicti custodes accepissent dictos racemos, debent illi qui ipsas vineas vindemiarent LX sol. de banno. Et si ictus maliciose infra dictam wardam fieret, siue sanguis uel homicidium, idem Mermetus habet bannum LX sol. super offendentem et super homicidio plenum dominium et justisiam. Et si de aliquo in dicta warda aliquis conqueretur de ipsis custodibus, vel ipsi custodes de aliquo, confessi sunt dicti custodes quod debent jus facere et

capere coram dicto Mermeto uel nuncio suo apud Granges et non coram alio dno. Quibus actis dictus Mermetus inuestiuit dictos fratres de dicta warda, etc.

1672

Trois bourgeois de Berne invitent le prévôt d'Interlaken à rendre à Pierre de La Tour, donzel, une lettre de créance faisant en leur faveur contre le dit Pierre.

1334, 12 octobre.

Archives du canton de Berne.

Viro venerabili et discreto dno Johanni de Kopingen, preposito ecclesie Interlacensis, ordinis Sancti Augustini, Lausan. dyocesis, Bertholdus de Rumlingen, Otho Lombardus, domicelli, et Girardus Schovlant, burgensis de Berno, quicquid possunt reuerencie et honoris. Vos rogamus, in quantum possumus, quathenus tradatis et deliberatis Petro de Turre domicello, si ad vos venerit, vel Stephano de Prez domicello, familiari dicti Petri, latori presentium, ad opus ipsius Petri de Turre, litteras creditorum dicti Petri de Turre vobis dudum commissas per virum nobilem dnum Johannem de Bovbenberg militem, tunc scultetum Bernensem, ex parte eorumdem creditorum, vna cum litteris quitacionis ; quas litteras idem dnus Johannes de Bovbenberg sub sigillo suo et dni Johannis de Stretlingen signauit in scrinio, prout hec inter cetera in quadam littera sigillo vestro sigillata, data in octaua festi Omnium Sanctorum, anno Dni M°CCC° vicesimo quarto, quam dictam litteram sigillo vestro sigillatam lator presentium vna cum presenti littera vobis tradet, plenius continentur. Et nos super litteris predictis et redditione earumdem tenore presentium vos quitamus. In cuius rei testimonium nos Berthol-

dus, Otho et Girardus predicti sigilla nostra propria apposuimus huic scripto. Datum duodecima die mensis octobris, anno Dni M°CCC° tricesimo quarto.

Trois sceaux pendants.

1673

Les Bernois invitent le prévôt d'Interlaken à rendre à Perrod de La Tour, seigneur de Châtillon, une lettre de créance contre le dit Perrod, déposée en ses mains.

1334, 26 octobre.

Archives du canton de Berne.

Reuerendo in Christo dno Johanni preposito ecclesie Interlacensis, scultetus, consules, communitasque de Berno reuerenciam in omnibus cum noticia subscriptorum. Dixerunt nobis Berchtoldus de Rumlingen, Otho Lombardus, domicelli, et Gerhardus Schovwelant, burgenses nostri, quod nobilis vir Perrodus de Turri domicellus, dnus Castellionis in Vallesio, illas septem mille lb. sex lb. et XL sol. denariorum vsalium in Berno, in quibus ipse Perrodus ipsis tribus, nomine et ad opus nostrorum burgensium suorum tunc de villa nostra creditorum, fuerat obligatus et pro quibus littere ipsorum creditorum dicti debiti ad manus vestras in indeposito ad seruandum sunt commisse, ipsis soluerit et tradiderit integraliter et complete. Quare vos requirimus et volumus vt dicto Perrodo prefatas litteras dicti depositi reddatis et presentari non negetis, quia vos de dicto deposito et de dictis litteris pro nobis et nostris quitamus et liberos dicimus nunc et in futurum. In cuius rei testimonium nos scultetus, consules et communitas de Berno sigillum nostrum pro nobis et dictis tribus appendimus huic scripto, quo sigillo dicte communitatis de Berno nos

dicti tres Berchtoldus de Rumlingen, Otho Lombardus et Gerhardus Schowelant in hac parte vsi sumus plenius et contenti. Datum die mercurii proximo ante festum beatorum apostolorum Symonis et Jude, anno Dni M°CCC° tricesimo quarto.

Scrau pendant.

1674

Le chapitre de Sion accorde à Perrin de Rarogne, clerc, le droit de chancellerie dans plusieurs paroisses du Haut-Vallais.

Sion, 1334, 4 novembre.

Archives de Valère.

' Ego Perrinus clericus, filius quondam dni Vldrici de Raronia militis, notum facio quod ven. viri capitulum ecclesie Sedun. concesserunt michi auctoritatem tenendi per decennium, inceptum quinta die mensis februarii, anno Dni M°CCC°XXX°, cancellariam suam in parrochiis de Raronia, de Castellione, de Lyech, de Vesbia, de Chouson, de Pratoborno et de Sausa ; admodiauerunt insuper michi per dictum tempus fructus et emolumentum dicte cancellarie infra parrochias predictas pro tresdecim modiis frumenti ad mensuram Sedun. soluendis singulis annis, quos promitto soluere. Est autem conuentum quod ego possum registrare apud Raroniam uel Vesbiam omnes chartras et registrum dictarum chartrarum teneor apportare dicto capitulo in Valeria singulis annis. Sub sigillo dni Aymonis episcopi Sedun. Datum Seduni, die veneris post festum Omnium Sanctorum, anno Dni M°CCC°XXX° quarto.

1675

Pierre, vidomne de Sion, donne en fief tous ses droits sur la dîme de Fey à Ansermod de Fey.

Sion, 1334, 31 décembre.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

'Anno Dni M°CCC°XXXIIII°, ind. III^a^, II kl. januarii, in ciuitate Sedun., in glareto, ante magnum pontem, Petrus vicedominus Sedun. dedit et in planum feudum contulit Ansermodo de Fey quicquid juris habebat in tota decima de Fey, in blado, feno, nascentibus animalium, etc., pro quatuordecim fischil. siliginis annui redditus. Testes: dnus Boso curatus de Massungier, Johannes de Sallion domicellus, etc.

1676

Rodolphe, métral d'Ayent, vend la métralie d'Hérens à Ansermod des Verney.

Sion, 1335, 6 février.

Arch. du canton du Vallais, Liber deseni de Seduno, f. 324 verso.

'Anno Dni millesimo tercentesimo trigesimo quinto, sexta die mensis februarii, in ciuitate Seduni, infra capellam Sancti Theodoli, Rodolphus mistralis de Ayent vendidit pro nouem lb. Maur. Ansermodo deys Verney de Magy mistraliam suam de Herens cum officio eiusdem mistralie, exitibus, prouentibus, clamis et juribus vniuersis et jus quod idem Rodolphus percepit temporibus retroactis et percipere consueuit in tallia quam dictus Rodolphus recuperat apud Herens ex officio dicte mistralie, nomine viri nobilis et potentis Petri de Turre dni

Castellionis in Valesio, item partem suam deys ressats, item duos sol. cum dimidio seruicii cum placitis, que ante presentem venditionem debebantur dicto Rodolpho in valle de Hereatz, et quidquid ad ipsum Rodolphum pertinebat in tota valle de Herentz a ponte de Borny superius. Ipsam venditionem dictus Petrus laudauit pro tribus solidis grossis Tur. sibi solutis, tali modo quod dictus Ansermodus dictam mistraliam cum officio eiusdem et suis juribus recepit a dicto Petro de Turre in augmentum feudi homagii ligii in quo idem Ansermodus prefato Petro de Turre tenebatur. Testes: Vuillermodus Gimisx, Bastianus Lumbardus jurisperitus, tunc temporis existens de consilio et familia dicti Petri de Turre. Sub sigillo predicti Petri de Turre.

Perrodus Magy.

1677

Aymon, évêque de Sion, ordonne à tous les notaires de faire connaître au chapitre de Sion les donations et les legs faits entre leurs mains en faveur de ce dernier.

1335, 8 février.

Archives de Valère.

Aymo Dei gracia Sedun. episcopus curatis siue vicariis nostre ciuitatis et diocesis, ad quos presentes peruenerint, salutem in Dno sempiternam. Ex insinuatione dni Johannis de Orba canonici Sedun., procuratoris nostri ven. capituli Sedun., nobis innotuit quod quam plures subditi nostri et alii Christi fideles vtriusque sexus, tam in vita sua quam in suis vltimis voluntatibus, donauerunt, reliquerunt seu legauerunt predicto capitulo et ecclesie Sedun. nonnullas pecuniarum, bladi, vini seu rei alterius quantitates pro suarum remedio animarum, que tamen donata, relicta seu legata seu leuationes eorum penes notarios huiusmodi recipientes et cunscri-

bentes remanxerunt, absque eo quod deuenerint ad noticiam capituli supradicti, quod cedit in ipsius capituli et ecclesie preiudicium non modicum et grauamen, supplicans nobis idem procurator quatenus dignaremur super hoc eidem capitulo et ecclesie de oportuno remedio prouidere. Hinc est quod vobis et vestrum singulis districte precipiendo mandamus, quatenus moneatis generaliter et publice quoscumque notarios et leuatores seu scriptores huiusmodi donacionum, relictorum seu legatorum quorumcunque, vt ipsi et eorum quislibet, prout ipsum tangit et tangere potest, infra XV dies post monitionem vestram extrahant de suis protocollis seu scriptis quibuscunque omnes et singulas donationes, relicta seu legata quecunque factas seu facta prefato capitulo et ecclesie Sedun. cuiiunctim vel separatim a quibuscumque personis, ipsasque donationes, relicta et legata in formam publicam et alias, sicut expediens fuerit, ipsi capitulo reducant et conficiant ac deliberent et tradant prefato procuratori, ipsius tamen sumptibus et expensis, alioquin ipsos notarios negligentes, contradictores seu rebelles in premissis vel eorum aliquo, quos ex tunc vt ex nunc et ex nunc prout ex tunc excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatos publice nuncietis singulis diebus dominicis et festis. Datum VI idus februarii, anno Dni M°CCC°XXXV. Reddite litteras sigillatas.

Pas de sceaux.

1678

L'évêque de Sion excepte le recteur de Saint-Théodule de la défense qui a été faite à tous les chapelains de l'église de Sion de célébrer la messe avant la publication des annonces paroissiales.

Sion, 1335, 6 mars.

Archives de Valère, à Sion.

Nos Aymo Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopus

notum facimus quod cum quedam monicio processerit, tam a nobis quam etiam a quibusdam predecessoribus nostris, ad instanciam curati de Seduno, contra omnes generaliter capellanos beneficiatos Seduni et in ecclesia Sedun., inter cetera continentem quod nullus capellanus, excepto curato uel eius vicario, missam celebraret ibidem Seduni et in ecclesia Sedun. diebus dominicis, donec precepta et mandata parrochialia per curatum uel eius vicarium in missa matutinali seu parrochiali ibidem Seduni nunciata fuerint et completa, nos considerantes rectorem beati Theodoli singulis diebus dominicis missam cum nota et solempnitate celebraturum in altari predicto, et habeat memoriam facere defunctorum qui elemosinas dicto altari perpetuas concesserunt, dictam monicionem et sentenciam excommunicacionis subsequentem in eadem monicione quo ad dictum rectorem dicti altaris beati Theodoli et quo ad alium qui pro ipso celebrauerit ipsa die dominica penitus reuocamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Seduni, VI[a] die mensis marcii, anno Dni M°CCC° tricesimo quinto.

Expedita per dnum Ja. dec.

1679

Le curé Manegod de Lalden promet de réparer le tort qu'il a causé au chapitre de Sion en stipulant des actes perpétuels et promet que, à l'avenir, il n'en fera que selon la forme des chartes de la chancellerie.

Sion, 1335, 17 mars.

Archives de Valère, D, 37.

Nos officialis curie Sedun. notum facimus vniuersis quod in presencia nostra propter hoc personaliter constitutis dno Johanne de Orba canonico Sedun., procuratore et procuratorio

nomine ven. capituli Sedun., ex vna parte, et Manegodo de Laudona, parrochie de Vesbia, clerico, ex altera, cum dictum capitulum conquereretur de dicto Manegodo super eo quod confecerat aliqua instrumenta publica tabellionatus super testamentis et contractibus perpetuis in grauamen et preiudicium ipsius capituli et cancellarie Sedun. ad ipsum capitulum pertinentis, propter quod ipse Manegodus tractus fuit in judicium ad instanciam procuratoris predicti coram ven. viro officiali Augustensi, judice auctoritate apostolica in hac parte, dicto Manegodo aliquas excusationes super hiis pretendente; tandem dicte partes ad pacem, transactionem et concordiam venerunt super hiis in hunc modum, videlicet quod dictus Manegodus promisit fide prestita dicto procuratori, ad opus dicti capituli stipulanti, dicto capitulo ad suam bonam misericordiam satisfacere super omnibus illis in quibus reperietur grauasse ipsum capitulum seu eorum cancellariam per confectionem aliquorum instrumentorum tabellionatus super contractibus perpetuis factorum seu leuatorum per ipsum a tempore preterito usque in diem presentem. Item jurauit super sancta Dei evangelia quod ipse nunquam in perpetuum conficiet in toto districtu rev. in Christo patris ac dni dni episcopi et ecclesie Sedun. aliquod instrumentum publicum tabellionatus super testamentis uel contractibus perpetuis, sed tantum per chertras cancellarie Sedun. Predictus vero procurator de gracia speciali concessit predicto Manegodo quod ipse super confessionibus debitis et aliis contractibus temporalibus ultra octo annos minime duraturis possit conficere, si requisitus fuerit, publica instrumenta. In quorum testimonium nos officialis predictus, ad requisitionem et preces procuratoris et Manegodi predictorum, sigillum nostre curie duximus presentibus apponendum. Datum Seduni, XVI kl. aprilis, anno Dni millesimo CCC°XXX° quinto, presentibus ven. viris dnis Jacobo decano Sedun., Ansermo de Castellione, diocesis Au-

gustensis, canonico Sedun., Johanne Golere vicario Raronie et Willyo Aspere clerico, testibus ad premissa.

1680

François d'Ayent admet sa mère à la jouissance de la moitié de son héritage paternel.

Ayent, 1335, 23 avril.

Archives de la famille de Torrenté, Copia litterarum de Ayent, f. xii.

Notum, etc. quod ego Franciscus filius quondam Nantelmi de Ayent domicelli associo et pono in frareschiam pro medietate dnam Anfelisiam matrem meam, ad vitam eius tantum, in tota hereditate mea paternali et etiam in omnibus excheitis seu successionibus preteritis, presentibus et futuris que michi euenerunt et euenire possent in futurum a parte patris mei predicti, tali conditione quod dicta mater mea teneatur soluere medietatem dotis Margarete sororis mee. Item fuit actum quod ipsa mater mea de dote sua possit facere suam plenam voluntatem. Item volo quod dicta mater mea de tercia parte omnium acquisitorum suorum factorum per ipsam a morte dicti patris mei citra et etiam faciendorum possit facere quicquid sibi placuerit. Testes: Anthonius de Chapala, Vulhermus Pontex, Jacodus Costantius, Nantelmus Vuarda, etc., et Andreas clericus de Ayent, qui, etc. Actum apud plateam de Ayent, IX kl. maii, anno Dni M°XXX°XXXV, imperio vacante, Aymone episcopante.

1681

Johannod de Perinel vend un demi-muid de froment de cens à Perronet de Châtillon, vidomne de Leytron.

Leytron, 1335, 18 mai.

Archives du canton du Vallais.

* Nos Johannes de Montangio, iudex in Chablasio et Valesio pro dno Aymone comite Sabaudie, notum facimus quod sicut nobis constat relatione Anthonii Mugilii de Sallyone clerici, publici notarii et iurati curie dicti dni comitis, Johannodus de Perinel de Leytron, de laude Jacobe vxoris sue, vendidit Perroneto de Chastellyon domicello, vicedonno de Leytron, dimidium modium frumenti ad mensuram Sallyonis, soluendum dicto Perroneto apud Leytron infra domum dicti emptoris annis singulis, et hoc precio centum sol. bon. Maur. Testes: dnus Rodulphus dictus de Lugrin, nunc vicarius de Leytron, et Perronerius de Perinel frater dicti venditoris. Sub sigillo curie dicti comitis. Datum apud Leytron, XVIII die mensis maii, anno Dni millesimo CCC° trigesimo quinto. Preterea Perrodus Gauchier de Paterniaco, castellanus Sallyonis pro predicto dno comite, confessus est se habuisse a dicto emptore pro laudibus et vendis ad opus dicti dni comitis sexdecim sol. et octo den. Maur., pro quibus laudauit dictam venditionem. Actum ut supra.

1682

Les nobles et les syndics de Martigny s'engagent à ne faire stipuler aucune charte de la chancellerie de Sion jusqu'à ce que le chapitre révoque la

monition prononcée contre eux. Perrod Souter proteste contre cette décision en son nom et en celui du chapitre.

Martigny, 1335, 21 mai.

Archives de Valère.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XXXV°, inditione tercia, vicesimo primo die mensis maii, apud Martignyacum, in villa, infra ecclesiam, in mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum presencia, cum quedam ordinatio fuerit ordinata per nobiles dicti loci Martigniaci et per syndicos dicti loci, videlicet per Johannem vicednum, Willermum de la Planta, Johannodum de Combarassa, Amedeum de Fey, Johannetum lo Bochex, Vldriodum dou Borcar, Vassellinum Lombar et Jaquerium Farqueti et per consiliarios eorum, excepto Perrodo Soutery clerico, et in plena ecclesia, dum missa celebrabatur, per me notarium publicum infrascriptum ad instanciam dictorum nobilium et syndicorum seu concellorum vigata et publicata, prout in quadam cedula in scriptis continetur, cuius tenor dicte ordinationis talis est. Primo super questione quam mouerunt seu mouere intendunt dni capituli Sedun. contra communitatem dicti loci Martigniaci, videlicet super quadam monitione quam tramiserunt dicti dni capituli uel alter nomine ipsorum, prout asserunt prenominati nobiles et syndici, in quaquidem monitione continebatur quod nullus homo dicte communitatis faceret uel fieri faceret aliquod instrumentum seu aliquam litteram alicuius tenoris, que uel quod durare posset vel valere ultra octo annos a data dictorum instrumentorum uel litterarum factorum uel factarum seu faciendorum uel faciendarum. Quare dicti nobiles et syndici prenominati et eorum consiliarii dicti loci Martigniaci, excepto dicto Perrodo Suterii clerico, ordinauerunt, statuerunt et proposuerunt inter se, prout sibi et quemlibet ipsorum tangit factum, ac nomine dicte commu-

nitatis, quod nulla cherta cancellarie Sedun. fiat in districtu Martigniaci in casu testamenti, in casu matrimonii, in casu donationis, in casu escambii, in casu confessionis debiti, in casu manifestationis feudorum, in casu venditionis perpetue, uel aliquo alio contractu quoquo modo, donec dicta monitio sit penitus reuocata et anullata, et quod sint in bonis vsibus et consuetudinibus in quibus tempore preterito steterunt et in possessione fuerunt, primitus sint reducti et remissi, et maxime cum redditus dictarum chertarum, ut asserunt dicti nobiles et concelli, sit druplicatus, de quo, ut asserunt, dicta communitas est grauata. Qui syndici uel concelli fecerunt procuratores suos super predictis, nomine tocius communitatis, de personis infrascriptis, videlicet de Nantermo vicedno domicello, Girardo Bruneti, Willermodo de Lurtyer, Johanne Gotrat, Johannodo de Lurtyer, Anthonio Wichar, Roleto de Fonte, Vldriono Nycholet, Michelodo dou Closis, Michelodo de Prato, Brunerio de Laya, Perreto Chanaleir, Perrerio Guerset et de Aymone de Vyson. Qua dicta ordinatione et publicatione, ut supra, facta et publicata, publice dictus Perrodus Salterus clericus, in tantum quantum dictum factum ipsum tangit, ac nomine dictorum dnorum capituli, dictam ordinationem et publicationem incontinenti et in quantum potuit contradixit in plena perrochia, ne in sui preiudicium et dictorum dnorum capituli vlterius procedat. Et de predictis omnibus et singulis dictus Perrodus Souter clericus precepit michi notario publico infrascripto fieri sibi de verbo ad verbum vnum publicum instrumentum ad dictamen vnius uel plurium sapientum, etc. Ad hoc autem fuerunt testes vocati et rogati dnus Henricus vicarius dicti loci, frater Hugo monacus morans apud Martignyacum, dnus Petrus de Curia maiori, canonicus Montis Jouis, Johannes de Compesio domicellus, dictus Ergo de Capella, Geben. diocesis, clericus Castelli Martigniaci et plures alii fide digni.

Et ego Franciscus de Vileta de Bagnyes clericus, auctoritate sacri imperialis palacii publicus notarius, etc.

1683

Les représentants des communautés du Vallais épiscopal déclarent adhérer à l'engagement pris par ceux de Martigny au sujet des chartes de la chancellerie de Sion.

Tourbillon, 1335, 22 juin.

Archives de Valère, D, 20, et Prothocollum III Jo. Monmeliani.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XXX°V°, indictione tercia, die XXII mensis junii, in castro Turbilionis, in presencia reverendi in Christo patris et dni dni Aymonis Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopi ac mei notarii et testium subscriptorum, constitutis viris nobilibus et dnis Petro de Turre, dno Castellionis in Valesio, Francisco de Compesio, Gothefredo de Nons, militibus, nomine suo, hominum et subditorum suorum, ut dicebant, Willermo et Johanne vicednis Martigniaci fratribus, Nantermo eorum nepote, Willermo de Plantata, Johanne Gotrat, Roleto de Fonte, Amedeo de Feiz, Girardo Bruneti, Willermo de Lurtier, nomine suo et tocius communitatis Martigniaci, Jacodo de Aragnon, Antermodo Folli de Arduno, ipsi ambo nomine suo et tocius communitatis, ut dicebant, de Chamoson et de Arduno, Perrodo de Grimisua, Petro Barber, Giroldo de Gresier et pluribus aliis burgensibus et civibus Sedun., nomine suo et communitatis Sedun., dicto dno Gothefredo nomine suo et subditorum suorum ac illorum de Granges, Perrodo Dauz, castellano de Sirro, nomine suo et illorum de Sirro, Willermo Perroneti, Willermodo Freliz, Nycholeto Fabri et Perrucho lo Saap de Leucha, nomine suo et communitatis de Leucha, Jo-

hanne et Ruedino Esperlini de Rarognia, nomine suo et communitatis de Rarognia, Johanne de Platea, Willio de Platea, Petro de Holz, nomine suo et communitatis de Vespia, Jocermino de Ornavas, Aymone de Vineis, Anthonio de Curia, Franchodo Curti, Willio Brullyo, Petro Crucere, nomine suo et communitatis de Narres et de Briga, Jacobo Buos de Morgia, nomine suo et communitatis de Morgia. Cum predicti, nominibus quibus supra, ut dicebant, et quam plures alii ibi existentes requisiuissent dictum dnum episcopum ut ipse reuocare dignaretur quascunque monitiones, inhibitiones, edicta et processus factos hactenus tam per ipsum dnum episcopum quam eius predecessores contra confectionem et uirtutem cartarum tabellionum perpetualitatem continentium, cum ipsis monitionibus, inhibitionibus, processibus et edictis non consenserint, et facta forent predicta, ut dicebant, parte non vocata et in preiudicium eorum et tocius terre, nec intenderent, ut dicebant, aliquid fecisse uel fieri velle in preiudicium dicti dni episcopi et ecclesie Sedun., nisi ad defensionem juris eorum. Item requisierint ibidem dictum dnum episcopum ut ipse de cetero vti permitteret eos et pronunciare dignaretur ipsos uti posse et debere in quibuscumque contractibus illis instrumentis, siue chartris, siue cartis tabellionum, aut aliis quibus uti vellent, prout hactenus pacifice consueuerunt, et quod in premissis ipsos ulterius non molestaret nec permitteret molestari, alioquin ipsi, nominibus quibus supra, sentirent se multipliciter a dicto dno episcopo esse grauatos et quod inde remedium sibi procurarent quam cicius possent. Prefatus dnus episcopus ad predicta eis respondit quod non intendebat eos in aliquo pergrauasse, cum nichil aliud noui fecerit eis in premissis quam alias fecerint eis predecessores, a quibus reuocacio premissorum nulla fuit obtenta, et sic de jure non poterat reuocare. Quibus responsis per dictum dnum episcopum Willios de Platea, pro se et ce-

teris predictis presentibus et non contradicentibus, requisiuit expresse dictum dnum episcopum ut ipse monitionem que emanauit ab ipso dno episcopo contra illos de Martigniaco vellet reuocare, alioquin ipsi de terra statuto facto per illos de Martigniaco super impeditione confectionis chartrarum, siue ne chartre fierent uel facerent chartras, penitus adherebant, et quod illi de terra de cetero non facerent chartras, nisi dictus dnus episcopus dictam monicionem, edicta, inhibitiones et processus predictos reuocaret. Qui dnus episcopus, videns predicta proposita per dictum Willio tangere nouum edictum ibidem in sua presencia jam factum, requisiuit in mei notarii et testium subscriptorum presencia prenominatos et alios de contratis terre Valesii ibi existentes quod ipsi statutum quod fecerunt in ipsius dni episcopi presencia, videlicet quod nullus ipsarum contratarum ac ipsorum predictorum faceret chartras cancellarie Sedun., ipsum statutum reuocarent seu reuocare deberent, cum esset factum, ut asserebat dictus dnus episcopus, in ipsius preiudicium, ecclesie sue et capituli sui Sedun., et quod nollent adherere statuto illorum de Martigniaco, qui fecerunt statutum quod nullus faciat ipsas chartras, et inhibuit eisdem personis suprascriptis, hominibus quibus supra, ne dicto statuto per ipsos in sua presencia facto sub expositione predicta dicti Willio uterentur, nec dicto statuto de Martigniaco, ut supra, adhererent, sub pena commissionis feudorum que tenent ab ipso et ecclesia Sedun. et sub alia pena spirituali et temporali quam modo forciori eis imponere posset et cuilibet eorum, tamen justicia mediante, maxime cum huiusmodi tale statutum facere non possent, sine ipsius dni episcopi auctoritate et consensu. Quod statutum minime reuocare voluerunt ibidem, sed statim super hoc abierunt et recesserunt, asserentes quod statuto illorum de Martigniaco penitus adherebant. Et de hiis petiit dictus dnus episcopus a me notario infrascripto sibi fieri et tradi

publicum instrumentum. Ad premissa interfuerunt testes vocati et rogati vir nobilis Johannes dnus de Aniuesio, Henricus hospitalarius Sedun., Perrodus Rosserii dictus de Sancto Mauricio, Jaquinus de Chouson, Perrodus salterus de Martigniaco, clerici, publici notarii, et quam plures alii. Et ego Johannes Monmeliani de Bacio, clericus Sedun. dyoc., commorans Seduni, imperiali auctoritate publicus notarius, premissis interfui et requisitus, ut supra, a dicto dno episcopo hoc instrumentum publicum scripsi signoque meo solito signaui in testimonium veritatis.

1684

L'évêque de Sion prononce la sentence d'excommunication contre ceux qui ne renonceront pas à l'engagement de ne faire stipuler aucune charte de la chancellerie de Sion.

Sion, 1335, 23 juin.

Archives de Valère, D, 24 et 28.

Aymo Dei gracia Sedun. episcopus vniuersis curatis siue vicariis ciuitatis et dyocesis Sedun., ad quos presentes peruenerint, salutem in Dno sempiternam. Venientes ad nos nostrum ven. capitulum Sedun. nobis conquerendo monstrarunt quod syndici seu procuratores, ut dicebant, communitatum de Seduno, Martigniaco, Arduno et Chamoson, Grangiis, Sirro, Leucha, Raronia, Vesbia, de Narres et Brigo ac de Morgia, in grande preiudicium et vituperium nostrum et ecclesie nostre ac capituli predicti, in presencia nostra, die jouis nuper preterita, in octabis festi de Corpore Christi, in castro nostro Turbillionis, statuerunt et ordinauerunt quod nullus dictarum communitatum faciat fieri chertram seu chertras cancellarie Sedun., cum jus conficiendi et leuandi dictas cher-

tras ad predictum capitulum spectet et pertinuerit a tanto tempore et per tantum tempus de cuius contrario memoria non existit. Quam quidem cancellariam predictum capitulum a nobis et ecclesia nostra tenet in feudum homagii ligii et dignoscitur detinere. Quare nobis humiliter supplicarunt super hoc per nos ipsis de oportuno remedio prouideri, maxime cum ipsi nobis presentauerint stare ordinationi nostre et consilii nostri, si aliquis dictarum communitatum vellet conqueri de ipsis uel de tenentibus officium cancellarie supradicte. Hinc est quod nos, qui non debemus jus nostrum et ecclesie nostre negligere, nec alicui in justicia deesse, vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis precipiendo mandamus, quatenus moneatis dictas communitates et syndicos predictos, quorum nomina inferius scribuntur, ac ipsis adherere volentes, prout vobis subditi fuerint, in ecclesiis vestris publice et solempniter, quocienscunque super hoc requisiti fueritis, quatenus prefatum statutum et ordinacionem inconsulte et irrationabiliter factam et in grande preiudicium nostrum, ut supra, et contra libertatem ecclesie reuocent publice cum effectu, et de ipsa reuocacione nos et dictum capitulum certificent, et hec infra quindecim dies proximos, nec dicto statuto vtantur, alioquin ipsos statuentes ac syndicos subscriptos et quemlibet eorum nobis in hac parte non parentem et adherentes eisdem, necnon ipsis super hiis auxilium, consilium uel fauorem prebentes, quos ex tunc in antea predicta canonica monicione premissa in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis. Item notificetis eisdem communitatibus, sindicis et adherentibus seu adherere volentibus quod nos ex nunc imponimus eis et eorum cuilibet penam amissionis feudorum que tenent a nobis et ecclesia nostra, ac eciam decem lb. Maur., si predicta adimplere neglexerint et mandatis nostris predictis renuerint obedire; et nichilominus ad alias

penas spirituales et temporales contra eos et ipsorum quemlibet quantum rationis fuerit procedemus. Nomina vero dictorum syndicorum sunt hec. Primo de Seduno, Johannes de Orseres, Willermodus et Perrodus de Grimisua, Petrus Barber, Giroudot de Gresye. Item de Martigniaco, Willermus et Johannes vicedni, nepos eorum Nantermus, Willermus de Plantata, Johannes Gotrat, Roletus de Fonte, Amedeus de Fey, Girardus Bruneti, Willermus de Lurtyer. Item de Ardon et Chamoson, Jacodus de Aragnon et Ansermus Folli. Item de Granges, dnus Gothefredus de Nuns miles. Item de Sirro Perrodus Dauz, castellanus de Sirro. Item de Leucha, Willermus Perroneti, Willermodus Frederici, Nicolaus Fabri, Petrus Suap. Item de Raronia, Johannes et Rudinus Esperlin. Item de Vesbia, Johannes et Willermus de Platea, Petrus de Holz. Item de Narres et Brigo, Jocelinus de Orneuas, Aymo de Vineis, Anthonius de Curia, Franchodus Curto, Willermus Bruillio, Petrus Crucere. Item de Morgia, Jacobus Buons. Datum Seduni, IX kl. julii, anno Dni M°CCC°XXXV°, cum apposicione sigilli nostri. Reddite litteras sigillatas latori earum.

Sceau de l'évêque ; bandelettes sans sceau.

1685

L'évêque de Sion prononce la sentence d'excommunication contre les syndics de Martigny qui ne renonceront pas à l'engagement de ne faire stipuler aucune charte de la chancellerie de Sion.

Sion, 1335, 20 septembre.

Archives de Valère.

Aymo Dei gracia Sedun. episcopus curato siue vicario Martigniaci salutem in Dno sempiternam. Venientes ad nos nostrum ven. capitulum Sedun. nobis conquerendo monstrarunt

quod syndici seu procuratores, ut dicebant, communitatis de Martigniaco, in grande preiudicium et vituperium nostrum et ecclesie nostre ac capituli predicti, statuerunt et ordinauerunt quod nullus dicte communitatis faciat fieri chertram seu chertras cancellarie Sedun., cum jus conficiendi et leuandi dictas chertras ad predictum capitulum spectet et pertinuerit a tanto tempore de cuius contrario memoria non existit. Quam quidem cancellariam predictum capitulum a nobis et ecclesia nostra tenet in feudum homagii ligii et dinoscitur tenere. Quare nobis humiliter supplicarunt super hoc per nos ipsis de oportuno remedio prouideri, maxime cum ipsi nobis presentauerint stare ordinacioni nostre et consilii nostri, si aliquis dicte communitatis vellet conqueri de ipsis uel de tenente officium cancellarie supradicte. Hinc est quod nos qui non debemus jus nostrum et ecclesie nostre negligere, nec alicui in justicia deesse, vobis in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis precipiendo mandamus, quatenus moneatis syndicos et procuratores predictos, quorum nomina inferius scribuntur, in ecclesia vestra publice et solempniter, quocienscunque super hoc requisiti fueritis, quatenus prefatum statutum et ordinacionem factum inconsulte et irrationabiliter et in grande preiudicium nostrum, ut supra, et contra libertatem ecclesie reuocent publice cum effectu et in ecclesia dum populus ibi conuenerit ad diuina, et de ipsa reuocacione nos et dictum capitulum certificent, et hoc infra octo dies proximos, nec dicto statuto utantur post festum beati Michaelis, alioquin ipsos statuentes et sindicos subscriptos et quemlibet eorum nobis in hac parte non parentem et adherentes eisdem, quos ex tunc in antea predicta canonica monicione premissa in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis. Item notificetis eidem communitati, syndicis et procuratoribus ac adherentibus seu adherere volentibus quod nos ex nunc imponimus eis et eorum cuilibet penam

amissionis feudorum que tenent a nobis et ecclesia nostra ac eciam decem libras Maur., si predicta adimplere neglexerint et mandatis nostris predictis renuerint obedire; et nichilominus ad alias penas spirituales et temporales contra eos et eorum quemlibet quantum rationis fuerit procedemus. Nomina vero dictorum sindicorum sunt hec. Primo Willermus et Johannes vicedni, nepos eorum Nantermus, Willermus de Plantata, Johannes Gotrat, Roletus de Fonte, Amedeus de Fey, Girardus Bruneti, Willermus de Lurtier. Datum Seduni, XII kl. octobris, anno Dni millesimo CCC°XXX°V°, cum appositione sigilli nostri. Reddite litteras sigillatas latori earum.

1686

Etienne de Prez, donzel, dépose entre les mains du sacristain de l'église de Sion un acte qui doit être remis à l'évêque.

Valère, 1335, 27 septembre.

Arch. de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

Anno Dni M°CCC°XXXV°, ind. IIII[a], V kl. octobris, in ecclesia Valerie, Stephanus de Prez domicellus proposuit coram dno Ebalo sacrista ecclesie Sedun., gerente vices generales dni Aymonis episcopi Sedun., quod cum ipse habeat quamdam litteram in qua continetur quod dictus dnus episcopus sibi tenetur in sex viginti lb. Lausan., prout tenor dicte littere sequitur[1]. Dictusque dnus episcopus petierit a dicto Stephano sibi dictam litteram restitui ratione concessionis eidem Stephano per dictum dnum episcopum facte de sosta de Briga, et dictus Stephanus ad presens accessum habere nequeat ad personam dicti dni episcopi pro dicta littera sibi tradenda, ideo dictus Stephanus ipsam litteram tradidit dno

[1] Voyez tome III, pag. 478.

sacriste predicto, recipienti nomine dni episcopi predicti. Testes dnus Franciscus de Yporrigia, Johannes de Drona, canonici Sedun., etc.

1687

François de Compeys, chevalier, reconnaît devoir 10 livres au chapitre de Sion.

Sion, 1336, 9 mars.

Archives de Valère, copie.

Nos Aymo diuina gracia Sedun. episcopus notum facimus quod, sicut nobis constat per relacionem Mermeti de Antignye clerici, in ipsius presencia constitutis dno Francisco de Compesio milite, ex vna parte, et Johanne de Drona et Jacobo Bochar, canonicis et procuratoribus capituli Sedun., ex altera, dictus dnus Franciscus confessus fuit se debere dicto capitulo decem lb. bon. Maur. ex parte dni Thome cantoris Sedun., qui tenebatur dicto capitulo in eisdem. Quas decem lb. promisit soluere infra proximum festum beati Martini yemalis. Et si deficeret in solucione facienda dicto termino, dictus dnus Franciscus ex nunc vendit dicto capitulo viginti sol. annui redditus. Datum Seduni, nona die mensis marcii, anno Dni M°CCC° tricesimo sexto.

1688

Jean Gafrère reconnaît devoir annuellement cinq deniers à l'église de Naters.

1336, 1 mai.

Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, XX, 171.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Johannes

filius condam Petri dicti Gufrere de Govmon confiteor me debere ecclesie de Narres quinque denarios Maur. annuatim nomine elemosine, videlicet unum den. de uno frusto terre cui dicitur Mettenmos, sito supra terram et domum Johannis zem Stephe, et reliquos quatuor den. de duobus casalibus sitis apud Goumun, ubi dicitur zen Hosteten, que quondam fuerunt dicti Dyetrick, subtus viam publicam et supra terram Henrici Hanfgartere et iuxta terram Umberti Steyners. Quos quidem quinque den. predictos prefatus Dyetrick donaverat et ego et heredes mei tenemur et promitto ipsos annuatim in futurum reddere et soluere prefate ecclesie de bonis supradictis. Inde rogavi cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Johannes Blattere clericus, Willelmus in den Voluckern, dnus Penet de Hecdorne, Michael fron Agtun et Johannes matricularius de Narres clericus, qui juratus super hoc hanc cartam levavit vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Franciscus filius condam Petri de Lacx iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum in domo predicti Willermi in den Voluckern, kl. maii, anno Dni M°CCC°XXX° sexto, imperio vacante, Aymone de Turre episcopante.

1689

Le prévôt du Grand-Saint-Bernard prête serment d'obéissance à l'évêque de Sion.

Tourbillon, 1336, 12 mai.

Arch. de Valère, Prothocollum III Jo. Monmeliani.

* Anno Dni M°CCC°XXXVI, ind. IIII, IIII° idus maii, in castro Turbilionis, in camera dni Ay. de Turre Sedun. episcopi, dnus Guillelmus Pioleti prepositus Montisjouis fecit obedienciam dicto dno episcopo et juravit ad sancta Dei eu-

euangelia dicto dno episcopo tanquam dyocesano pro se et successoribus suis in ecclesia Sedun. esse fidelis et obediens in licitis et honestis eidem dno episcopo et ecclesie Sedun. Quo facto dictus dnus episcopus ad requisicionem dicti prepositi commisit eidem preposito curam omnium ecclesiarum parrochialium et prioratuum curatorum, quarum jus patronatus ad dictum prepositum pertinet uel dicitur pertinere; promisitque dictus prepositus dicto domino episcopo quod si reperiatur quod predecessores dicti prepositi predecessoribus dicti dni episcopi alia fecerint quam ipse prepositus fecerit, quod quocienscunque a dicto dno episcopo seu nuncio suo requisitus fuerit, consimilia ipse faciet, informatione super premissis summarie sibi facta. Testes: viri ven. dni Ja. decanus, Ebalus sacrista, Dyonisius de Thora, canonici Sedun., viri nobiles P. de Turre, dnus Castellionis in Valesio, dni Franciscus de Compesio, Henricus de Rarognia, Gothefredus de Nons, milites, et plures alii, et ego Jo. Monmeliani, etc.

1690

Echange de maisons entre Ruffin Lombard et Perronet de Châtillon, vidomne de Leytron.

Leytron, 1336, 13 mai.

Archives du canton du Vallais.

Anno Dni millesimo CCC°XXX°VI°, inditione IIII^a^, XIII die mensis maii, apud Leytron, ante ecclesiam, Ruffinus Lumbardus de Leytron dedit in escambium Perroneto de Chastellyon, vicedno de Leytron, duos chex cuiusdam domus siue grangie sitos apud Leytron; et versa vice dictus Perronetus dedit in escambium dictorum duorum chex predicto Ruffino

vnum chex grangie cum jure suo curtine eidem chex pertinenti, item frustrum cuiusdam parui viridarii situm iuxta grangiam dicti Ruffini. Testes: Aymonodus filius quondam Johannis Raymonde de Leytron domicellus et Berthodus filius quondam Johannodi Geneneys de Montagnon, et ego Anthonius Mugnerii de Sallyone notarius, etc.

1691

Perrod du Crêt prête hommage à François d'Ayent, donzel.

Ayent, 1336, 11 juin.

Arch. de Valère, Registrum E cancellarie Sedun., f. XLI.

Notum, etc., quod Perrodus alumpnus quondam Willelmi de Crista de Grimisua domicelli fecit fidelitatem pre omnibus aliis personis, flexis genibus, manu et ore Francisco de Ayent domicello, qui, ipsum in suum hominem inter suas manus recipiens, dedit in feudum dicti homagii eidem Perrodo et suis heredibus res et bona vniuersa Vldrici Azodi de Lux et Agnesole vxoris eius pro dicto homagio et pro duobus sol. nomine tallie annualis, sine plus facere, sub tali condicione quod dictus Perrodus teneatur et promisit per juramentum suum dicto Vldrico Azodi dum vixerit ac Agnesole uictum et vestitum et alia necessaria ministrare secundum facultatem rerum feudi supradicti. Quod feudum dictus Franciscus promisit per vim sui juramenti dicto Perrodo pro II sol. tallie et pro auxilio ad carcerem dni, ad nouam miliciam et ad filiam maritandam soluendo contra omnes garentire. Item dictus Franciscus eidem Perrodo dedit in augmentum feudi totalem mistraliam hominum quam olim tenebat Jo. Chaberti de Platea cum juribus mistralie predicte, pro duobus sol. seruicii et

IIII sol. placiti. Testes : Chabertus mistralis, etc. Apud Plateam, in domo quondam dicti Jo. Chaberti, III idus junii, anno Dni M°CCC°XXXVI°.

1692

Contrat de mariage entre Jacques, fils de Jean, seigneur d'Anniviers, et Marguerite d'Ayent.

Sion, 1336, 27 juin.

Archives de la ville de Sion.

Anno Dni millesimo CCC°XXX°VI°, in castro Turbillons, in presencia dni Aymonis de Turre episcopi Sedun., die jouis proxima post festum beati Johannis Bapt., in mei notarii et testium infrascriptorum presentia constituti Franciscus de Ayent domicellus, nomine suo et Margarethe sororis sue, ex vna parte, et vir nobilis Johannes dnus de Aniuesio, nomine suo et Jacobi filii sui, ex altera, cum de matrimonio contrahendo inter dictum Jacobum et dictam Margarethum tractaretur, dictus Franciscus promisit dare dictam Margarethum dicto Jacobo in legitimam vxorem; et dictus nobilis promisit esse facturum quod dictus Jacobus ipsam Margarethum in suam legitimam vxorem accipiet. In quoquidem matrimonii tractatu dictus Franciscus promisit pro se et Amphelisia matre sua dare dicte sorori sue in dotem trescentas lb. bonorum Maur. et ipsam sororem suam reddere munitam secundum decenciam persone sue. Item vir nobilis Petrus vicednus Sedun., aununculus dicte Margarete, dedit dictis coniugibus futuris ducentas lb. Maur. semel, uel viginti lb. in redditibus annualibus post decessum suum. Dedit autem post suum decessum dictus Petrus vicednus dictis coniugibus futuris vicedominatum de Narres, tali conditione

quod si contingeret quod dicti coniuges non haberent heredes a suis corporibus legitime procreatos, quod eo casu dictus vicedominatus post eorum decessum ad dictum Petrum, heredes et assignandos suos deuoluatur. Quamquidem donationem dicti vicedominatus dnus Aymo episcopus Sedun. laudauit. Testes: vir nobilis dnus Franciscus de Compesio miles, dnus Willelmus curatus Sancti Germani, Aymo de Sancto Mauricio clericus, jurisperitus, Jacodus de Aragnon clericus, Johannes de Platea de Vespia, Jacobus de Mulinbach, domicelli, Rœdinus filius quondam Petri Esperlini, aliique quam plures. Item anno et die quibus supra, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, dictus Franciscus de Ayent pro dictis trescentis lb. dandis et soluendis dicto nobili, nomine quo supra, dedit fideiussores vt sequitur. Ad cuiusquidem Francisci requisicionem et preces nobilis vir Petrus vicednus Sedun., Mermetus Huboldi, Anthonius Huboldi, Aymonodus Alamant, Jacodus de Aragnon, Johannodus dYuorna, domicelli, et octodecim alii se constituerunt fideiussores, etc. Testes: dnus Willelmus curatus Sancti Germani, Martinus de Ayent canonicus Montis Jouis, jurisperiti, dnus Uldrichus de Leucha sacerdox, Aymo salterus Sedun., Johannes de Columberio, Gothefreydus de Larchet, domicelli, et plures alii. Et Ego Jacobus de Chouson notarius, etc.

1693

Statut capitulaire au sujet de la collation des bénéfices.

Valère, 1336, 5 juillet.

Archives de Valère, G, 18.

In nomine Dni, Amen. Anno natiuitatis eiusdem M°CCC° trigesimo sexto, indictione quarta, quinta die mensis jullii, in

ecclesia Vallerie, in kl., in presencia mei infrascripti notarii et testium infrascriptorum, nouerint vniuersi presens instrumentum inspecturi quod congregatis in choro ecclesie Vallerie Sedun. predicte per sonum campane, vt moris est, ven. viris dnis Girardo decano Vallerie, Ebalo sacrista Sedun., Francisco de Yporrigia, Nycolao de Clarens, Willermo de Clarens, Dyonisio de Thora, Willermo de Mallio, Petro Wyfredi, Johanne de Drona, Jacobo Boccardi, Jaquemeto de Chesal, Christoforo de Preda, Johanne de Aniuesio, Anselmo de Castellione, Johanne de Orba, Nycolao Bynfa, canonicis Sedun., ibidem capitulantibus, capitulum facientibus et vt capitulum celebrantibus, vt omnes prenominati firmiter asserebant, considerantibus, vt dicebant, quod multotiens hactenus ad preces et instancias importunas aliquorum aliqua beneficia curata et non curata contulerant aliquibus personis forsitan minus dignis, quia nonnunquam propter importunitatem petentium non concedenda conceduntur, et interdum si precibus predictis non annuebatur, incurrebat ipsum capitulum et incurrit inimicitias, odia et rancores, ipsique capitulo dampna, et ex hiis scandala periculosa ecclesie et personis ipsius ecclesie et dissensiones subsequenter oriebantur et dudum sunt orta, et sepe inter canonicos ipsius ecclesie caritas propter eadem extitit vulnerata et nononquam propter votorum et voluntatum diuersitatem canonicorum ipsius ecclesie discordantium collatio beneficii vacantis spectantis ad ipsum capitulum plus debito prorogabatur, in grande preiudicium beneficii ac vacantis, patientis in spiritualibus et temporalibus lesionem, idcirco predicti canonici omnes capitulantes et capitulum celebrantes et vt capitulum volentes emendare preterita et quantum poterunt futura cauere odiis, rancoribus, dissensionibus, scandalis et periculis imposterum euitandis et diuturnis beneficiorum vacationibus amputandis, vt in pacis vinculo possint viuere, et ecclesiam predictam regere, cum nonnisi pacis

tempore bene colatur pacis auctor, ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie Virginis et omnium Sanctorum et bonum statum ipsius ecclesie, communiter et concorditer statuerunt et ordinauerunt et voluerunt imposterum inrefragabiliter obseruari, quod beneficia cum cura vel sine cura, seu officia et regimina, seu gubernacula quecunque hospitalium seu senodochiorum, leprosariarum vel maladeriarum, spectantia in presenti vel in futuro ad collationem vel presentationem vel quamcunque dispositionem ipsius capituli, in ecclesia, ciuitate seu dyocesi Sedun., canonicis, prebendis canonicorum, personatibus et dignitatibus ipsius ecclesie dumtaxat exceptis, de cetero vice et nomine dicti capituli per canonicos singulares prebendatos in ipsa ecclesia Sedun. in sacris ordinibus constitutos et qui fecerunt suam residentiam personalem in ipsa ecclesia per sexdecim ebdomadas in anno precedenti ipsum annum in quo vacabunt dicta beneficia, seu qui erunt in faciendo primam residentiam, conferantur, siue ad ea presententur seu quecunque regimina seu gubernacula committantur, quilibet canonicus predictus in ebdomada sua secundum ordinem infrascriptum. Alii vero canonici, licet sint prebendati et in sacris ordinibus constituti, qui dictam residentiam in dicta ecclesia non fecerint in anno precedenti ipsum annum in quo vacabunt dicta beneficia, si personaliter veniant ad dictam ecclesiam tali tempore quod possint complere dictam residentiam suam vsque ad subsequens festum beate Marie Magdalene, antequam sint collata ipsa beneficia vacantia seu ad ea presentatum, et jurent presente capitulo seu maiori parte capituli quod intencionis sue est complere suam residentiam et ad ipsam faciendam et complendam venerunt ad dictam ecclesiam, in eo casu collationem, presentationem et quamcunque aliam dispositionem dictorum beneficiorum vacantium habeant in ebdomada sua, secundum ordinem ebdomadarum infrascriptarum et non aliter. Si vero

dicta beneficia collata essent siue ad ea presentatum per subsequentem canonicum in ebdomada, antequam veniret ad dictam ecclesiam ad residentiam suam predictam faciendam, collatio, presentatio de dictis beneficiis sic facta per subsequentem canonicum in ebdomada plenam habeat roboris firmitatem, pro eo quod verisimiliter presumitur quod ad dictam ecclesiam venire non debeat ad suam residentiam faciendam, ex eo quod in anno precedenti ipsum annum in quo vacabunt dicta beneficia residentiam non fecerat in ecclesia antedicta. Hoc ordinato et adiuncto quod si quis canonicus, vt suprà, conferret forsitan huiusmodi tale beneficium aut ad ipsum presentaret vel regimen seu regimina committeret, sua residentia non completa et eam non compleret, et puniatur in quo deliquit, sit priuatus prima collatione, presentatione aut commissione regiminis sibi competenti prima vice in consimili beneficio prius vacaturo aut commissione regiminis sibi competenti in tali hospitali aut maladeria vel leproseria seu officio prius vacaturo, ita tamen quod canonicus prebendatus qui ipsum beneficium vacans seu beneficia vacantia seu officium habebit conferre vel ad ipsam seu ad ipsum presentare seu regimen committere, aut gubernacula quecunque conferat vel presentet, aut regimen committat vice, nomine predicti capituli infra mensem incipiendum a die vacationis per obitum vel alium quemcunque modum publice note in ecclesia in qua ipsum beneficium siue beneficia, officia seu hospitalia vel leprosaria continget vacare. Si vero ipse canonicus prebendatus, vt supra, non conferret aut presentaret aut regimen non committeret infra dictum mensem, canonicus prebendatus sequens secundum ordinem infrascriptum collationem, presentationem vel commissionem regiminis huiusmodi beneficii vel beneficiorum seu hospitalium aut maladeriarum vel officiorum vacantium habeat infra alium mensem subsequentem, et sic deinceps et gradatim vsque ad tempus prefinitum a

jure obseruetur juxta ordinationem supra et infra contentam. Hoc in premissis ordinato quod prima ebdomada conferendi dicta beneficia seu ad ea presentandi seu regimen committendi incipiet sabbato proximo octabarum proximorum beatorum Petri et Pauli, hora vesperarum, qua vespere die in ecclesia Vallerie incohabuntur ad cantandum secundum cursum temporis in ipsa ecclesia Vallerie consuetum[1], omni dolo et fraude postpositis et remotis. Hoc etiam ordinato in premissis et circa premissa quod in beneficiis sine cura, officiis aut hospitalibus, leprosariis vel maladeriis canonicis Sedun. juxta ordinationem premissam conferens imposterum seu de regimine ipsorum ordinans, idem collator siue ordinator de dictis beneficiis sine cura vel hospitalibus siue leprosariis siue officiis inuestiat vice et nomine capituli memorati, et personam cui dicta beneficia seu beneficium sine cura contulerit vel regimen seu regimina commiserit et illam personam vice et nomine capituli memorati quibus supra inducat in possessionem corporalem huiusmodi beneficii seu beneficiorum cum cura vel sine cura siue regiminis hospitalium, officiorum, leprosariarum vel maladeriarum predictarum vacantium imposterum, prout supra. Quibus sic ordinatis Jacobus Boccardi canonicus Sedun., procurator et procuratorio nomine ipsius capituli, de mandato speciali omnium canonicorum predictorum capitulum facientium, in animas eorumdem canonicorum super sancta Dei euangelia tactis sacrosanctis euuangeliorum scripturis juranit predictum statutum siue presentem ordinationem inuiolabiliter et imperpetuum obseruare et non contravenire per se vel per alium et volenti contravenire non aliqualiter consentire. Et nichilominus omnes predicti canonici et singuli jurauerunt eodem modo

[1] Hoc est hora 3 post meridiem in quocunque etiam tempore anni fuerit.

quo Boccardus eorum procurator predictus de jam dicto statuto seruando et non contraueniendo et de non consentiendo alicui qui vellet contra huiusmodi statutum opponere vel venire. Et in ipso instanti jurauit ven. vir dnus Jacobus decanus Sedun. ibidem presens de ipso statuto seruando per modum quo juraverunt canonici supradicti. Ordo canonicorum prebendatorum in ipsa ecclesia Sedun. prout dicti canonici capitulum facientes, vt supra dicebant et asserebant, sequitur in hunc modum. Primo Thomas de Vespia, secundo Petrus de Lacrey, tercio Ebalus de Gresie, quarto Girardus de Bosmey, quinto Rodulphus de Verretio, sexto Franciscus de Porrigia, septimo Petrus de Claromonte, octauo Johannes de Drona, nono Jacobus Boccardi, decimo Nycolaus de Clarens, vndecimo Dyonisius de Thoura, duodecimo Petrus Sanodi, 3° decimo Ansermus de Castellione, quartodecimo Willelmus de Clarens, quintodecimo Theobaldus de Brusatis, sextodecimo Christoforus de Preda, decimo septimo Willelmus de Champyon, XVIII Jacobus de Chesal, decimonono Willelmus de Mallio, vicesimo Petrus de Challant, vicesimo primo Johannes de Anniuesio, vicesimo secundo Johannes de Orba, vicesimo tercio Reymondus Lombardus, vicesimo quarto Petrus Wyfredy, vicesimo quinto Nycolaus Bynfa. Et de predictis singulis instrumentum, etc. Ad premissa fuerunt testes vocati et rogati qui sic vocantur: Vir ven. dnus decanus Sedun., dnus Willermus nunc rector capelle B. Theoduli Sedun., dnus Johannes dictus Poleyn canonicus Montisiouis. Henriodus dictus deys Plans clericus Sedun., et ego Girardus Maior de Balloos, Sedun. dyocesis, clericus, auctoritate imperiali publicus notarius, etc.

1694

Convention conclue entre les frères Ulric et Nicolas d'Ayent et le procure des marchands de Milan au sujet de la construction d'une souste Louèche, et ratification de l'évêque de Sion.

Louèche, 1336, 10 août.

Arch. de Valère, Liber instrumentorum de Leuca, f. 27.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCCXX sexto, indictione IIII, idus augusti, Leuce, in domo quonda Stephani de Ayent, in presentia mei notarii infrascripti testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitut Vdrico et Nycolodo filiis dicti quondam Stephani de Ayent, (vna parte, et Bartolomeo de Salario, procuratore, ambass tore et sindico omnium mercatorum comitatus et commun tatis Mediolanensis, prout de dicto procuratorio mihi Joan infra scripto notario constat per publicum instrumentu leuatum in palatio nouo Mediolanensi, die lune sexto mens maii, indictione IIII, anno Dni currente, vt supra, per Are minum Bugiam filium Pagani publicum notarium, ex alter dicte partes nomine transactionis, pacti et concordie et vtil tate ac commodo vtriusque partis fecerunt inter se vicissi infra scripta pacta et conuentiones, que et quas predicti ambassator et procurator, nomine ac vice dictorum mercat rum Mediolan. ac totius societatis Mediolan., et predicti V dricus et Nycolodus fratres conuenerunt et promiserunt n mine suo et heredum suorum dicto Bartholomeo ambassato nomine quo supra recipienti, facere et ædifficare domu vnam seu sustam [1].... et sufficientem in loco suste, que no domus seu susta distet ab omnibus aliis edificiis factis et fie

[1] Mots en blanc, comme plus bas.

dis quatuor teisarum seu teses spacio cuiusquaque et etiam ab alia priori susta. Quequidem domus seu susta esse debet murata tota, videlicet muro, calce et arena mistis cuiusquaque vsque ad tectum, et ipsum tectum dicte suste copertum lapibus qui vulgo vocantur less. In qua domo seu susta esse debent due porte ad intrandum et exeundum cum ballis et cum clauibus et clausuris sufficientibus et spectantibus ad dictam sustam. In qua noua domo seu susta possunt (l. possunt) poni et gubernari commode et apte ducente balle lane. Item predicti fratres et eorum heredes tenentur et debent restituere et emendare dictis mercatoribus sustentia aliqua damna in dicta susta sine aliqua dilatione et mora et strepitu judicii, secundum vsus et bonas consuetudines terre Vallesii et secundum ordinationem dni episcopi Sedun. Pro qua suste edificatione dictus ambassator voluit et ordinavit, nomine quo supra, dictos fratres et eorum heredes percipere et exigere a quolibet mercatore Mediolan. et communitatis eiusdem transeunte per dictum locum suste predicte pro qualibet balla tam a partibus inferioribus quam superioribus veniente vnum obolum Maur. et etiam pro fardellis vbi vnum aut duo fardelli vnam ballam ponderarent et consequenter quotquot fardelli vnam ballam ponderarent vnum obolum pro dicta susta noua, et hoc quotiescumque (l. quando) dicta susta perfecta fuerit cum muro, tecto et clausuris, vt superius est expressum et non ante..... Manutenebunt imposterum ipsi fratres aut eorum heredes dictam domum seu sustam clausam et copertam, vt supra dictum est et non aliter. Insuper dicti fratres Vldricus et Nycolodus promiserunt et tenentur dicto ambassatori, stipulanti et recipienti nomine quo supra, procurare quod dnus episcopus Sedun. predicta confirmabit et hoc presens instrumentum vel simile sigillo aut decreto suo muniri faciet, ipsorum fratrum propriis sumptibus et expensis. Item cum dicti fratres teneant in feudum homagii ligii a mensa episcopali

Sedun. vnum denar. Maur. pro qualibet balla et pondere ballarum prioris suste de Ayent, videlicet pro pondere unum obolum et pro susta vnum aliud obolum, prout ipsi fratres asserebant in quadam charta cancellarie Sedun. inde confecta..... prenominati Vdricus et Nycolodus fratres predictum obolum percipiendum pro dicta domo et susta noua edificanda, ut supra, recipere promiserunt et recipiunt nunc prout ex tunc in feudum homagii ligii a dicta mensa episcopali quo cito edifficabitur, vt superius est expressum, videlicet in augmentum feudi primi supradicti. Que omnia predicta attendere promiserunt..... Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati Thomassinus Lunbardus, Willermus et Fredericus filii quondam Aymonis Lauban de Leuca, Stephanus Nebulator de Leuca et ego Joannes filius quondam Martini Fabri de Leuca clericus, etc.

Et nos Aymo Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopus omnes conuentiones predictas ac omnia et singula contenta in presenti instrumento laudamus, ratificamus et approbamus pro nobis et successoribus nostris, ita tamen quod dictus obulus quem dicti fratres Vldricus et Nycolodus dicti de Ayent percipient in futurum de qualibet balla pro constructione et edifficatione suste predicte, sit et perpetue remaneat de feudo homagii ligii in quo dicti fratres nobis et mense nostre episcopali tenentur. Quem obulum volumus quod dicti fratres teneant et habeant in augmentum feudi homagii ligii supradicti. Et pro confirmatione premissorum confitemur habuisse et recepisse a dictis fratribus decem solidos..... semel in bona pecunia numerata ; et nobis et mense nostre episcopali dicti fratres et eorum heredes dare et soluere tenentur in perpetuum singulis annis, in festo beati Martini hiemalis, decem sol. Maur. annui redditus pro confirmatione predicta. Et nos ad maiorem roboris firmitatem sigillum nostrum huic presenti publico instrumento duximus apponendum. Datum die

veneris, in ecclesia beati Andree apost., anno Dni millesimo CCC° tricesimo sexto.

1695

Pierre Murmant, curé d'Ernen, vend des terres et une maison aux Chartreux de Géronde.

Sierre, 1336, 12 août.

Archives de Géronde, au séminaire de Sion.

' Notum sit quod ego Petrus Murmant, curatus de Aragnon, vendidi et finaui perpetue pro quinquaginta quinque lb. Maur. michi solutis et pro vsagiis dnorum faciendis, de quibus quinquaginta quinque lb. dedi conuentui infrascripto decem lb. pro vna cella facienda, dno Thome priori ordinis Carthusiensis et conuentui de Gironda vnam peciam terre, prati et vinee cum vna domo infra sita et cum stabulis, torculari, celario et appenditiis suis vniuersis, sitam supra stratam publicam prope Crucem de Sirro, cum viis, aquis, pascuis, nemoribus, insulis et pertinenciis suis omnibus. Que omnia acquisiui ab Aymone de Cruce et Ysabella eius vxore. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Nicholaus curatus de Chouson, etc. et dnus Martinus curatus de Uila, qui juratus, etc. Actum apud Crucem de Sirro, pridie idus augusti, anno Dni M°CCC°XXXVI, imperio vacante, Aymone episcopante.

1696

Testament de Nicolas Binfa, chanoine de Sion.

Sion, 1336, 24 septembre.

Archives de Valère, F, 229.

' Ego Nycholaus Binfa, canonicus Sedun., facio meum testa

mentum in hunc modum. Eligo sepulturam meam in claustro beate Marie Sedun., in tumba in qua Willelmus frater meus fuit sepultus. Item lego capitulo Sedun. domum meam in qua habito, sitam Seduni, juxta bastimentum ciuitatis a parte occidentali et juxta domum cure et tangit capellam beati Theodoli et iuxta ortum domus Montis jouis. Que domus vendatur precio XX lb. implicandarum in ornamentis et fabrica magni altaris ecclesie inferioris. Item lego sexaginta sol. Maur. per annum pro vno refectorio canonicis sacerdotibus et seruitoribus ecclesie Sedun. die anniuersarii mei faciendo. Item ordino et instituo vnum seruitorem perpetuum, qui horis canonicis in ecclesia beate Marie inferiori seruire teneatur et se ad sacros ordines subdiaconatus faciat promoueri, cui seruitori lego ea que sequuntur : viginti sol. Maur. redditus annui, vnum modium frumenti redditus annui, vineam meam de Lator, tres sol. seruicii, decem nouem den. seruicii, IIII^{or} sextaria vini albi redditus, tres fichilinos siliginis redditus, etc. Quem seruitorem instituo Jorium, filium quondam Syoneti medici, clericum; post cuius decessum do prenominato capitulo jus instituendi seruitorem predictum. Item lego pro anniuersario meo XXII sol. Maur. census. Item lego pro anniuersario Johannete sororis mee XXVIII sol census. Item instituo heredem meum vniuersalem Willermodum Talant ciuem Sedun. Exequutores meos instituo dnum Ebalum sacristam Sedun., dnum Ansermum canonicum Sedun., Johannem de Venthona domicellum et Petrum Barberium ciuem Sedun. Testes : dnus Jacobus decanus Sedun., Jacobus de Chesauz canonicus Sedun., dnus Petrus uicarius de Sancto Germano, et ego Willermus de Ayent clericus juratus, etc. Actum Seduni, in domo dicti testatoris, VIII kl. octobris, anno Dni M°CCC°XXXVI°, imperio vacante, Aymone episcopante.

1697

Pierre Bernard est admis comme chanoine de Sion en vertu de lettres apostoliques.

Valère, 1296, 6 novembre.

Registrum Perrodi de Stᵒ Mauricio.

Anno Dni M°CCC°XXX° sexto, ind. quinta, die mercurii post festum Omnium Sanctorum, in choro ecclesie Valerie, in presentia capituli, videlicet Jacobi decani, Ebali sacriste, Dionisii de Thoura, Nycholai de Clarens, Francisci de Yporrigia, Petri Wiffredi, Willermi de Marlio, Anselmi de Castellione, Johannis de Orba, Petri Grandis de Sancto Dionisio, Jaqueti Bochardi, Jaqueti de Chesalz, et Christofori de Modoecia, canonicorum Sedun., Willermus Bernardi de Viniaco clericus, jurisperitus, procurator Petri Bernardi canonici Sedun., presentauit prefato capitulo et subexecutori infrascripto quasdam litteras apostolicas dicto Petro Bernardi concessas super gratia sibi facta de canonicatu et prebenda ecclesie Sedun. per Benedictum papam duodecimum. Quibus lectis prefati canonici predictum Petrum Bernardi in canonicum dicte ecclesie Sedun. et in fratrem receperunt, et predicto suo procuratori stallum in choro et locum in capitulo cum plenitudine juris canonici assignauerunt. Que omnia facta sunt in presentia dni Willermi de Clarens, canonici et officialis Sedun., subexecutoris ad omnia suprascripta. Et insuper dictus procurator juranit super sancta Dei euuangelia statuta et consuetudines dicte Sedun. ecclesie fideliter obseruare. Testes: Girodus filius quondam dni Henrici de Columberio militis, Guillermus de Columberio, Jacodus de Aragnon, Aymo de Otono, Anthonius Hubodi, Mermetus Hubodi, Mermetus Fromentini, domicelli.

1698

Précautions à prendre pour conduire l'eau du Seys dans la ville de Saint-Maurice à travers le fossé.

Saint-Maurice, 1336. 20 novembre.

A.-J. de Rivaz, Opera hist. XIII, 51, arch. de la ville de Saint-Maurice.

Ego Guillelmus de Castellione, miles, castellanus Monthec et Sancti Mauricii Agaunensis pro illustribus dno Amedeo dna Maria de Brabancia comitissa Sabaudie, notum facio un versis quod cum rivus qui vocatur aqua de Seys ab antiqu consuetus fuerit adduci et dirigi per burgenses ville Sanc Mauricii ad ipsam villam Sancti Mauricii ad providendum supe succursu ignis cum casu aliquo insurgit in villa predicta, ips que rivus consueverit transportari per canales existent supra fossatum magnum dicte ville a parte loci dicti de Ch blo et interdum propter putredinem dictorum canalium inundationem dicti rivi aliqua massa lapidum et arene decl nabat infra dictum fossatum, ego videns dictum fossatu posse propter hoc cumulari, vice et nomine dictorum dnoru comitis et comitisse die presenti ordinavi cum Johanne Ray mondini et Petro Corderii burgensibus et procuratoribus syndicis dicte ville hoc volentibus et concedentibus nomi suo et communitatis dicte ville, quod dicta communitas a expensas suas communes construere teneatur et construct perpetue manutenere duas calciatas muri, videlicet unam i qualibet parte dicti fossati pro alveis dicti rivi adducendi unum canalem ab una calciata usque in aliam pro transi dicti rivi. In cujus rei testimonium sigillum meum presen littere duxi apponendum. Datum et actum apud Sanctu Mauricium, die XX mensis novembris, anno Dni millesim CCC° tricesimo sexto.

1699

Perrod Reymondi, comme procureur de François de Thoeri, chevalier, vend pour dix ans les revenus que ce dernier possède dans la paroisse de Châtillon.

Sion, 1336, 21 novembre.

Archives de Valère, Registrum Fr. Lombardi.

* Anno natiuitatis Dni M°CCC°XXXVI°, inditione V, XI kl. decembris, in ciuitate Sedun., infra ecclesiam beate Marie, constituti vir nobilis P. de Turre, dnus Castellionis in Valesio, ac Perrodus Reymondi de Contegio domicellus, ex vna parte, et Willermus de Brunon de Oysol, perrochie de Castellione, ex altera, dictus Perrodus Reymondi, tanquam procurator nobilis viri dni Francisci de Thoeri militis, vendidit predicto Willermo redditus, tallias, seruicia, placita, vsa omnia, fructus, etc., que dictus dnus Franciscus milex habet infra castellaniam et perrochiam Castellionis in Valesio, cum omni dominio et jurisdicione dicto dno Francisco pertinentibus, per spacium decem annorum proxime continuorum, et hoc pro quinquaginta lb. Maur. Testes: dnus P. de Sallione milex, Ja. de Gissiney, P. de Grimissua, domicelli, Henricus de Campomunito hospitallarius Sedun., etc.

1700

Institution d'un notaire soit tabellion.

Sion, 1336, 21 novembre.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

Carta Henrici filii quondam Perroneti Magni de Chillion clerici super innestitura tabellionatus.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XXX° sexto, indicione quinta, XXI[a] die mensis nouembris, in ciuitate Sedun., in vico Prati, in domo quondam Johannis Tauchii Lumbardi, ciuis Sedun., in presentia mei notarii et testium subscriptorum propter hoc specialiter constitutis nobili viro dno Hughelino de Mede, comite palatino de Lumello, filio quondam dni Guiffredi de Mede, comitis palatini de Lumello, ex vna parte, et Henrico filio quondam Perroneti Grandis de Chillione, clerico, Lausan. dioc., ex altera, idem dnus Hughelinus comes palatinus de Lumello, ob imperiale beneficium hanc nactus dignitatem, inuestiuit dictum Henricum presentem de officio et arte tabellionatus et notarie per traditionem pugilaris et calami, vt libere et sine alicuius persone contradictione deinceps vbicunque locorum per totum Romanum imperium publice possit et ei liceat conficere instrumenta publica et omnia alia facere que ad ipsum officium et artem notarie pertinere noscuntur. Et dictus Henricus jurauit ad sancta Dei euuangelia fide corporaliter prestita esse fidelis Romano imperio contra omnes personas et etiam predicto dno Hughelino comiti palatino de Lumello et omnibus aliis comitibus illius loci supradicti, auctoritatibus dominorum, si quos uel quem habet, semper saluis, et quod non erit in loco uel in parte vbi Romanum imperium uel ipse comes seu aliquis de domo sua vitam amittat uel membrum, uel vbi honor ipsorum minuatur. Et si in parte fuerit vbi predicta uel aliqua predictorum tractarentur, bona fide, si poterit, prohibebit; et si prohibere non poterit, predicto dno comiti, quando citius poterit, per se uel per suum nuncium aut suis litteris nunciabit. Et in suo addidit juramento quod non faciet aliquas cartas nec sententias falsas, nec aliquod scriptum seu instrumentum falsum quod ad hanc artem notarie pertineat, nec attestationes testium uel sententias ante publicationem diuulgabit, et secreta sibi commissa in suo officio non diuulgabit contra voluntatem

illius qui commisit, donec diuulgata erunt, nec in cartis rasis veteris scripture seu papiri cartas faciet attestatas, in contractibus quos scribet nichil addet uel minuet nec secundum quod fuerit in concordia perlocutum. De rebus pontium, hospitalium, pupillorum, orfanorum, viduarum atque ecclesiarum instrumentum non faciet vbi dolum uel fraudem esse noverit, et omnia pertinentia ad ipsum officium notarie siue tabellionatus legaliter geret et faciet bona fide et sine fraude, si Deus eum adiuuet et Dei euuangelia. In cuius rei testimonium predictus dnus Hughelinus comes palatinus de Lumello hoc presens priuilegium jussit et fecit suo principali sigillo muniri et roborari. Testes ad hec fuerunt vocati specialiter et rogati Perrodus de Albignon de Allio notarius publicus, Johannodus de Yvolna domicellus, etc., et ego Perrodus de Sancto Mauricio, etc.

Item anno, indicione, die et loco quibus supra prefatus dnus comes simili modo inuestiuit Johannodum Bonier de Seduno clericum et Roletum dictum Alamant, filium quondam Johannis dicti Alamant de Grimisua.

1701

Redevance due au chapitre de Sion pour un aqueduc.

Naters, 1336, 15 décembre.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Petrus dictus Simpillere de Holtz confiteor me debere nomine meo et comparticipum meorum ven. capitulo Sedun. sex den. Maur. seruicii et duodecim den. placiti de aqueductu inferiori tendente de Saltennon foras per feuda predicti capituli versus Holtz. Testes : dnus Rodolphus

de Narres sacerdos, Walterus de Zvrick mercator, Johannes eius filius, Johannes mistralis dni sacriste Sedun. et Johannes matricularius de Narres clericus, qui hanc cartam leuaui vice capituli Sedun. Actum apud Narres, XVIII kl. januarii, anno Dni M°CCC°XXX° sexto, imperio vacante, Aymone de Turre episcopante.

1702

Règlement du chapitre de Sion au sujet de la chancellerie.

Valère (1329-1337), 1er février.

Archives de Valère.

Nos G. decanus Valerie in ecclesia Sedun., Ebalus sacrista, Thomas cantor dicte ecclesie, Jo. Boneti et ceteri dicte ecclesie canonici notum facimus vniuersis quod, nobis pro capitulo dicte ecclesie faciendo conuenientibus in vnum in ecclesia Valerie Sedun. ac nobis ibidem capitulum facientibus et tenentibus, diligenti deliberacione prehabita et tractatu sepius inter nos repetito super infrascriptis, attendentes reipublice vtilitatem pocius quam priuatam, statuimus super emolumentis ex chertris cancellarie nostre nobis prouenientibus ac super aliis certis prouisionibus pro dicta cancellaria nostra faciendis ac ordinamus quod cancellarius seu cancellarii nostri in leuacione testamentorum et scripturarum et perfectione eorundem de valore bonorum que in quolibet testamento continebuntur in forma institucionis legati uel cuiuslibet ordinacionis sint contenti X sol., si bona in testamento contenta valorem XXV lb. non excedant, et si excedant sint contenti XX sol., si bona in ipso testamento contenta valorem C lb. semel non excedant, et si excedant dictam summan sint contenti pro quolibet testamento XXX sol., cuiuscumque summe uel valoris sint bona in ipso testamento contenta. Et si contingat aliquem re-

uocare seu mutare testamentum suum sub chertra dicte cancellarie, cancellarius non exigat ab eodem ultra VII sol. pro qualibet reuocacione seu mutacione testamenti. Item statuimus quod de chertris permutacionum, infeudacionum uel assignacionum dotum uel dotaliciorum non exigant seu levent cancellarii nostri ultra VI den. pro qualibet lb. valoris bonorum contentorum in ipsa chertra. In ceteris autem contractibus non exigant ultra VI den. pro qualibet libra valoris bonorum contentorum in ipsa chertra, exceptis chertris continentibus valorem LX sol. uel una, in quibus exigere possunt pro qualibet lb. XII den. Item statuimus quod chertre testamenti seu ultime voluntatis cuiuscumque persone nullam contradictionem ex nunc in antea recipiant, sed statim postquam scripte fuerint reddantur uicuique cuius interierit, non obstante contradictione cuiuscumque. Saluum tamen remaneat jus agendi et deffendendi uicuique persone super bonis et rebus in ipso testamento contentis, lapsu anni non obstante. Item statuimus quod omnes jurati cancellarie nostre teneantur per juramentum suum dicere et reuelare procuratori reuerendi in Christo patris dni episcopi Sedun. quicquid sciuerint donatum uel legatum in aliqua chertra dno episcopo prefato uel mense episcopali infra quatuor menses post leuacionem ipsius chertre. Actum in kalenda, in choro ecclesie Valerie, prima die mensis februarii, in presencia dnorum canonicorum infra scriptorum, videlicet dni G. decani Valerie, Ebaldi sacriste, Nicholai et Willelmi de Clarens, Willelmi de Mallio, Francisci de Yporrigia, Anselmi de Castellione, Martini de Castellione, Jacobi de Chesal, presentibus testibus dnis Jacobo decano Sedun., Jo. Ves presbitero, Petro de Porta de Yporrigia, etc., et ego Franciscus leuator, etc.

Ce règlement a dû être fait entre les années 1329 et 1337 ; le doyen Jacques de Billens a été nommé en 1329 et le chantre Thomas de Blandrate est mort le 24 septembre 1337.

1703

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, donne une compensation à Guillaume d'Arbignon, qui avait dû payer un cautionnement pour lui.

1337, 10 avril.

Archives de Valère, Registrum Francisci Lombardi.

'Anno dni M°CCC°XXX°VII°, indicione V, X die mensis aprilis, in ciuitate Sedun., constitutis egregio viro et potente P. de Turre dno Castellionis in Valesio, ex I parte, et viro nobili dno Guillelmo dArbignon milite, ex altera. Cum pro quadam fideiussione in qua se obligauerat dictus dnus Guillelmus, de mandato et requisicione dicti Petri de Turre, pro ipso Petro de Turre, quantitatis quaterviginti lb. grossorum Turon. erga Lombardos casanarios Sancti Mauricii Agaun., ipse dnus Guillelmus compulsus per curiam dni Ay. comitis Sabbaudie de propria terra sua impignorasset predictam fideiussionem vsque ad valorem XL lb. gross. Turon., de quibus petebat per ipsum Petrum de Turre sibi fieri restitutionem; idem Petrus de Turre assignauit dicto dno Guillelmo pro dictis XL lb. emendatis trescentas lb. Maur. percipiendas super tallias, seruicia et prouentus placitorum generalium dicti Petri de Turre in castellania Contegii infra sex annos continue futuros, vsque ad complementum solucionis dictarum trescentum lb. Precipiens, etc. Testibus Mermeto de Olono, Ja. de Gissinez, domicellis, etc.

Postmodum anno quo supra, XI die aprilis, apud Moniot, in domo que fuit quondam Willermi maioris de Leuca, nobilis mulier Agnes de Grandiszono, vxor prefati Pe. de Turre, premissa omnia laudauit. Que tallie, seruicia et placita supradicta cum prius essent assignata dicte Agneti vna cum ceteris bonis

dicto nobili spectantibus in dicta castellania Contegii pro dote ipsius Agnetis, idem nobilis eidem vxori sue assignauit tallias, seruicia et vsagia debita apud Lyech et in tota castellania Castellionis per dictos sex annos. Testes : Ja. de Gissinez, Boletus mistralis predicti dni Guillelmi de Arbignon.

1704

Reconnaissance en faveur du chapitre de Sion pour le fief du Verney.

Valère. 1337, 23 avril.

Archives de Valère.

* Notum sit quod Perronerius dou Chastelar de Neynda, pro se et participibus suis tenentibus feudum dou Verney, recognouit se esse hominem talliabilem et ligium, salua fidelitate dni comitis Sabaudie, vener. capituli Sedun. pro feudo predicto dou Verney. Testes : dnus Jacobus decanus Sedun., Anthonius rector capelle beati Theodoli, Vicencius rector scolarum Sedun., frater Petrus de Aniuesio. Actum in castro Valerie, in garita, in festo beati Georgii, anno Dni M°CCC°XXXVII°, imperio vacante, Aymone episcopante.

1705

Tenue du plaict-général à Saint-Léonard.

Saint-Léonard, 1337, 27 mai.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

* Anno Dni M°CCC°XXXVII°, indicione quinta, XX^a^ septima die mensis maii, in villa de Sancto Leonardo, prope Sedunum, in cimiterio, ante ecclesiam dicti loci, constitutis Aymo-

nodo de Portis de Sancto Leonardo, mistrale confratrie Sancti Spiritus dicti loci et nomine ipsius confratrie, ex vna parte, et Johanne Romani de Ayent, Roleto Muris et Johannodo de Portis de Sancto Leonardo, ex altera; cum, prout moris est, ibidem teneretur placitum generale mensis maii per me notarium publicum ex parte dni Petri de Sallione, filii quondam Jaquemeti de Sallione domicelli, dni temporalis dicti loci de Sancto Leonardo, in quo quidem placito consuetum est jura communitatis ac confratrie sancti Spiritus eiusdem loci recordari, idcirco prenominati Jo. Romani, Roletus Muris et J. de Portis dixerunt per juramenta sua, ad instantiam dicti Aymonodi de Porta mistralis confratrie predicte, quod ipsi audierunt et sciunt quod Arnaldus mistralis de Ayent legauit in sua vltima voluntate confratrie predicte vnam confratriam integram, videlicet vnum sextarium vini, vnum fischil. siliginis ad mensuram Sedun. et duos grossos Turon. Testes: Johannodus de Columberio domicellus, etc.

Anno die et loco quibus supra, vbi placitum generale tenebatur per me notarium gerentem vices in eodem loco dni Petri de Sallione, curati de Gissiney, dni dicti loci, Johannes de la Lex de Grimisua, Aymonetus de Ecclesia, Perretus Bruni ejusdem loci et Johannes Romani de Ayent sedentes in ipso placito et omnes alii ibidem existentes, ad instantiam Johannodi de Portis de Sancto Leonardo et fratrum suorum, per juramenta sua dixerunt quod ipsi viderunt per multos annos, jam sunt triginta anni elapsi et vltra, quod tam ipsi fratres quam eorum predecessores, videlicet Agnes de Portis mater ipsorum fratrum, Antonius de Portis pater eorundem et Johannes Bru pater dicti Anthonii petebant quolibet quarto anno custodiam vinearum dicti loci de Sancto Leonardo, et quod dicta custodia ad ipsos pertinebat jure hereditario.

1706

Jean, vidomne d'Orsières, assigne un cens de quatre fichelins de seigle en faveur du curé et de la confrérie du Saint-Esprit de Sierre.

Sion, 1337, 30 mai.

Archives de Géronde, au séminaire de Sion.

* Notum sit quod ego Johannes vicednus de Orseres, domicellus, morans apud Siroz, in rectam pensacionem duorum fichilinorum siliginis quos quondam dederat Blanchia de Siroz ad rachat pro remedio anime sue super mareschiam suam sitam subtus cristam de Gironda, et aliorum duorum fichil. silliginis quos dicta Blanchia dederat ad rachat confratrie Sancti Spiritus dicti loci super dictam mareschiam, pono et assigno dno Columbo curato de Siro, ad opus ecclesie predicte, percipiendos sine rachat super quatuor fichil. silliginis quos debet michi Anthonius dou Pasquier redditus annui. Testis, Johannes de Paterniaco presbiter vicarius de Sirro. Vincentius rector altaris Sancte Crucis chartam leuauit. Actum Seduni, tercio kl. junii, anno Dni millesimo trecentesimo trigesimo septimo, imperio vacante, Aymone episcopante.

1707

Legs d'Isabelle de Viège, veuve de Jacques de Boza, en faveur de l'église de Viège et de la confrérie de la sainte Vierge du même lieu.

Viège, 1337, 4 juillet.

Arch. de Valère, Cartularium ecclesie de Vespia, pag. 98, N° lxxxii.

* Anno incarnacionis Dni M°CCC°XXXVII, indicione V, IIII°

nonas julii, in villa de Vespia, infra stupam Agnetis conuerse, filie quondam Rykardi de Vespia domicelli, Ysabella filia quondam Francisci domicelli, relicta Jacobi de Boza domicelli, infirma corpore, dedit ecclesie beate Marie de Vespia dimidium modium malte seu vini seruicii, quem sibi debebant heredes Petri filii quondam Nicolai de Vespia domicelli, hiis condicionibus quod curatus faciat anniuersarium suum, Jacobi mariti sui, dni Jacobi de Vespia militis aui sui, Pessonethe vxoris dicti dni Jacobi. Item dedit confratrie beate Marie Virg. de Vespia viginti solidos semel, quod luminare fiat pro ipsa, prout moris est, per vnum annum. Item dedit ecclesie de Vespia decem sol. Maur. semel propter obitum Jacobi de Boza viri sui. Testes : Johannes Esperlini de Ponczierro, etc.

1708

Aymon, évêque de Sion, charge Pierre Willen de percevoir les redevances dues par ses hommes de Nax et de Vernamiège et de payer 20 L. annuellement au chapitre.

Tourbillon, 1337, 15 juillet.

Archives de Valère.

Aymo Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun. dilectis nostris in Christo curato et vicario parrochialis ecclesie de Nas ac aliis vniuersis et singulis ad quos presentes peruenerint salutem in Dno sempiternam. Cum Johannes senior maior noster de Vernamesia jam dudum ad opus capituli nostri Sedun. recuperauerit et receperit ab hominibus nostris de Vernamesia et de Nas viginti lb. Maur. annui redditus, quas de mandato predecessorum nostrorum atque nostro assignare debuit singulis annis in festo beati Martini capitulo pre-

dicto, invenerimusque per fide dignos ac per confessionem ipsius maioris quod idem maior dictum redditum annuum per ipsum recuperatum et exactum a prefatis hominibus dicto capitulo integre minime assignauit pluribus annis elapsis, sed in vsus suos proprios maiorem dicti redditus quantitatem expendit uel consumpsit. Nos super hoc dicto capitulo de remedio opportuno prouidere volentes, inhibuimus et inhibemus dicto maiori ne dictos redditus de Vernamesia et de Nas de cetero recuperet uel exigat a prefatis hominibus, sed ad dictos redditus colligendos et recuperandos ac ad satisfaciendum de eisdem prefato capitulo et soluendum singulis annis in dicto festo eidem capitulo dictas viginti lb. annui redditus Petrum Willen de Nas, hominem nostrum, ad opus dicti capituli specialem nuntium deputamus, precipimusque tenore presentium eidem Petro Willen vt prefatum onus colligendi, recuperandi dictos redditus de Nas et de Vernamesia ac soluendi prefato capitulo singulis annis dictas viginti lb. Maur. annui redditus assumat, omni occasione postposita et remota. Precipimusque vobis curato et vicario quatinus prefatam ordinationem nostram notificetis et intimetis personaliter prefatis Johanni maiori et Petro Willen, et nichilominus in ecclesia vestra presentibus parrochianis vestris alta voce et intelligibili publicetis, precipiatisque parte nostra omnibus hominibus nostris de Nas et de Vernamesia ut prefato Petro Willen et non dicto maiori omnes redditus, tallias et seruicia soluant integre ex nunc in antea, nullo alio mandato a nobis expectato. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus sigilli nostri appensione munitas. Datum in castro nostro Turbillionis, XV die mensis julii, anno Dni millesimo CCC°XXX°VII°. Reddite litteras sigillatas in signum huius nostri mandati veraciter, fideliterque exequti.

Sceaux tombés.

1709

Testament de Thomas de Blandrate, chantre de l'église de Sion.

Plan-Champ sous Valère, 1337, 8 septembre.

Arch. de Valère, X, 123. — *De Gingins*, Documents pour servir à l'histoire des comtes de Blandrate, 54. — *Furrer*, III, 115.

In nomine Dni, Amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus quod anno Dni M°CCC°XXXVII°, indicione V, die tercia mensis septembris, in presencia mei notarii et testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitutus vir nobilis ac venerabilis dnus Thomas cantor ecclesie Sedun., filius quondam Jocelmi de Vespia, comitis de Blandrate, sanus mente per Dei graciam licet infirmus corpore, considerans quod nichil est cercius morte et nichil est incercius hora mortis, et quod nichil est quod magis debeatur hominibus quam ut supreme voluntatis liber sit stilus et liberum quod iterum non reddit arbitrium, idcirco ipse volens de bonis, juribus et actionibus suis disponere, testamentum suum nuncupatiuum sine juris solempnitate, ordinacionemque condidit in hunc modum. In primis animam suam commendauit altissimo Creatori et beate Marie Uirgini, totique curie celesti. Item sepulturam suo corpori elegit in claustro ecclesie Sedun. inferioris. Item patronatum seu jus patronatus capelle sue de Plano campo subtus castrum Valerie donauit et concessit ex nunc in antea venerabili capitulo Sedun., in qua tamen capella instituit capellanum dnum Johannem de Holtz, presbiterum dilectum suum, ita tamen quod ipse capellanus et quilibet successor suus in ipsa capella, quamdiu uixerit, deseruire in ecclesia Valerie in horis canonicis et in dicta capella celebrare ter aut quater in ebdomada teneatur, sicut ceteri capellani Valerie

consueuerunt hactenus deseruire. Cui siquidem et eius seruitori, qui pro tempore fuerit, dedit et concessit perpetue pro dote dicte capelle octo lb. Maur. annui redditus, percipiendas et habendas super bonis suis et debitis patrimonii ipsius testatoris. Item vineam suam cum suis pertinenciis, sitam subtus castrum Turbillionis, iuxta vineam dni episcopi Sedun., prope putheum. Item domum suam contiguam capelle predicte cum suis pertinenciis vniuersis. Item breuiarium suum cum missali eciam suo. Item duos fischilinos siliginis, in quibus sibi tenetur annis singulis Jacobus de Cruce ciuis Sedun. Item debita sua de bonis suis ipsius testatoris et clamores suos emendari per exequutores suos infrascriptos voluit ac precepit. Item dedit et legauit prefato capitulo Sedun. pro faciendo anniuersarium eiusdem cantoris perpetue in ecclesia Sedun. quadraginta sol. annui redditus, in quibus ipsi cantori tenetur nobilis vir Petrus vicednus Sedun., de quibus voluit et iussit offerri singulis annis decem sol. in altaribus ecclesie superioris et inferioris die anniuersarii sui in panibus et candelis. Item legauit et dedit Anthonie filiole sue, ad uitam dicte Anthonie, quatuor lb. annui redditus, percipiendas super et de redditibus ipsius testatoris. Post decessum uero dicte Anthonie voluit et precepit quod dictum capitulum habeat et percipiat singulis annis sexaginta sol. de dictis quatuor lb. pro uno refectorio annis singulis faciendo canonicis et seruitoribus ecclesie Sedun., ut moris est. Reliquos XX sol. de dictis IIII^or lb. habeant et percipiant liberi legitimi dicte Anthonie imperpetuum, libere et quiete. Item legauit et dedit curato Sedun. viginti sol. semel. Item dno Columbo curato de Sirro viginti sol. semel. Item Elique filie dicte Anthonie quadraginta sol. semel. Item Guillelmo de Columberio legauit mastram[1] suam quam habet in ecclesia Valerie. Item tribus exequutoribus suis subscriptis quadraginta sol. semel pro labore suo

[1] Coffre.

exequutionis presentis testamenti et ordinationis. In omnibus autem bonis, juribus et actionibus suis, vbicumque sint et quocumque nomine censeantur, tam citra montes quam ultra, in Valesio et Lumbardia et alibi vbicumque, instituit sibi heredem vniuersalem prefatum capitulum Sedun., tam in recompensationem male et indebite perceptorum, quam beneficiorum et seruitiorum ipsi testatori per prefatum capitulum impensorum. Exequutores uero suos fecit et instituit venerabiles viros dnum Dyonisium de Thora, Petrum de Claromonte, canonicos Sedun., et nobilem virum Guillelminum de Columberio supradictum et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed quod vnus incepit, alter possit insequi et finire; in quorum manibus reliquit omnia bona sua, dans eis ex nunc in antea potestatem plenariam et omnimodam ea propria auctoritate apprehendendi et distrahendi et etiam defalcandi de legatis per eum factis uel mutandi uel etiam augmentandi, si sibi uideretur expedire, et quicquid sibi placuerit faciendi pro predictis exequuendis. Presentem autem ordinationem seu vltimam voluntatem suam valere voluit jure testamenti nuncupatiui, et si eo jure non valeret, voluit eam valere jure codicillorum seu eo jure quo melius valere poterit secundum canonicas sanctiones. Intendens et volens per hanc ultimam voluntatem suam omnia alia testamenta sua, donationes uel ordinationes, si que aut quas fecit, totaliter reuocare. Et super hiis omnibus rogauit et precepit michi notario infrascripto facere chartram cancellarie Sedun. et instrumentum publicum, vnum uel plura, prout dicto capitulo placuerit, ad dictamen peritorum. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati, videlicet dnus Johannes de Yuerduno curatus Sedun., dnus Columbus curatus de Sirro, dnus Wibertus de Lauota rector altaris beati Bartholomei in ecclesia Sedun., Johannodus de Pratis sartor, janitor Valerie, Perrodus de Lanna de Vex sartor, Johannodus de Hormonna

famulus dni sacriste Sedun., Jaquemodus de Prez sartor, Johannodus filius Vldrici Malicuchet et ego Vicencius de Vallye rector altaris Sancte Crucis in ecclesia Sedun., auctoritate imperiali publicus notarius, juratusque cancellarie Sedun., hanc cartam leuaui uice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Wilhermus de Ayent clericus juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum in Plano campo, in domo dicti testatoris, anno et inditione quibus supra, imperio vacante, Aymone episcopante.

Le chantre Thomas de Blandrate est mort le 24 septembre de la même année.

1710

Jean d'Anniviers, chantre de l'église de Sion, reconnaît que la chancellerie appartient au chapitre.

Valère, 1337, 14 octobre.

Archives de Valère, D, 18.

* Anno Dni millesimo CCCXXXVII°, inditione VI^a^, die XIIII^a^ mensis octobris, in choro Valerie, dnus Johannes de Anivisio, canonicus et cantor Sedun. ecclesie, coram canonicis Sedun. ecclesie publice recognouit cancellariam Sedun. et prouentus eiusdem pertinere pleno jure ab antiquo tempore ad capitulum ecclesie Sedun. predicte, et ipsum cantorem et cantoriam nullum jus habere in cancellaria supradicta. Et promisit dictus dnus Jo. cantor se nulli dare jus seu actiones, si que forsitan competerent eidem ex aliqua causa in dicta cancellaria. Presentibus testibus nobilibus viris Petro vicedno Sedun., Aymone de Olono, Melmeto Hubodi, domicellis. Et ego Gonterus Fortis clericus, etc.

1711

L'évêque de Sion révoque l'ordre qu'il avait donné aux chanceliers du chapitre de lui payer les émoluments de la chancellerie pendant une année après la mort du chantre Thomas.

Sion, 1338, 18 février.

Archives de Valère, D, 35.

Aymo Dei gratia episcopus Sedun. vniuersis et singulis cancellariis tenentibus cancellariam capituli Sedun. in nostra dyocesi Sedun., ad quos presentes littere peruenerint, salutem in Dno sempiternam. Cum nos sasiri fecerimus seu sasiuerimus in manibus vestris et vestrum omnium omnes fructus ét prouentus dicte cancellarie per vnum annum inceptum in obitu ven. viri dni Thome, quondam cantoris nostri Sedun., et in eodem termino finiendum, precipiendo vobis omnibus et singulis ne de dictis fructibus et prouentibus satisfaceretis capitulo nostro Sedun., sed in manibus nostris seu nunciorum nostrorum, vobis omnibus et singulis precipimus et mandamus, quathenus, non obstante barra seu sasina nostris predictis, de predictis fructibus et prouentibus satisfaciatis dicto capitulo nostro seu eorum mandato, nullo alio a nobis mandato super hoc expectato, et omnem barram seu sasinam vobis factam de fructibus et prouentibus predictis anni memorati tollimus ac etiam remouemus. Datum Seduni sub sigillo nostro, die XIII mensis februarii, anno Dni M°CCC°XXXVIII°.

Sceau endommagé. Evêque assis bénissant de la main droite et tenant la crosse de la gauche. A sa droite l'écusson des La Tour.

1712

Le pape Benoît XII charge l'abbé de Saint-Maurice de juger le différent qui existe entre l'évêque et le chapitre de Sion.

Avignon, 1338, 7 mars.

Archives de Valère.

Benedictus episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio abbati monasterii Sancti Mauricii Agaun., Sedun. diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilecti filii capitulum ecclesie Sedun. quod ven. frater noster Aymo episcopus Sedun. super quibusdam annuis redditibus, terris, possessionibus et rebus aliis mi(n)atur [1] eisdem, ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus partibus conuocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreueris auctoritate nostra firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione, nonas martii, pontificatus nostri anno quarto.

Au dos : Remigius Varenna.

Au haut du parchemin :

Preposito et cantori
ac Berardo de Yporrigia canonico ecclesie Lausanen.

[1] Déchirure.

1713

Donations faites par Aymon de Châtillon, évêque de Sion, à ses familiers.

(Tourbillon), 1338, 20 avril.

Archives de Valère.

Nos Aymo Dei et sedis apostolice gracia Sedun. episcopus notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos, donatione facta solempniter et irreuocabiliter inter viuos, largimur familiaribus nostris infrascriptis tanquam benemeritis ea que sequuntur. Primo Perrodo de Columberio domicello palafrenum nostrum. Item dno Martino curato de Villa, capellano nostro, quinquaginta quinque sol. Maur. semel. Item Anthonio de Castellione domicello talem excheytam que nobis accidit per mortem Nycholodi filii quondam Franchini de Crest, excepto quod volumus quôd ipse det querelantibus in dicta excheyta viginti quinque lb. Maur. semel, uel quod recipiat ab eis illas XX^{ti} quinque lb. et pro tanto quittet eis dictam excheytam. Item Jorio elemosinario nostro decem sol. grossorum Turon. pro calciamentis suis, quia stetit nobiscum per duos annos et bene et libere nobis seruiuit. Item largimur, ut supra, Vllino coco nostro quatuor lb. Maur. semel, quia pluries fuit nobiscum, nec habuit calciamenta. Item dicto Willio viginti sol. Maur. semel. Item Nycholao fratri suo quadraginta sol. Maur. semel. Item paruo Johanni quinque sol. grossorum Turon. Item Peterlino de Tillia janitori nostro viginti sol. Maur. semel et ensem et cutellum nostrum cum zona. Item paruo fratri Aymonis palafrenarii nostri dicto Michat decem sol. Maur. semel. Item dicto Aymonodo palafrenario nostro roncinum nostrum qui dicitur Bracolet. Item Rolerio Brignon decem sol. Maur. semel. Item Margarete

sorori dicti Willio decem sol. Maur. semel. Item paruo Pecquino LX sol. Maur. semel. Item Anthonio nepoti dicti dni Martini curati de Villa, janitori porte curie nostre Sedun., decem sol. Maur. semel. Item Walnero olim famulo dni Ebali sacriste ecclesie Sedun. quadraginta sol. Maur. semel. Item Cristino preceptori nostro Sedun. sexaginta sol. Maur. semel. Que omnia legata suprascripta facta in pecunia volumus quod soluantur super vino nostro magni dolii nostri statim et incontinenti in vita nostra. Et si in dicto dolio plus reperiretur de vino vltra legata predicta, tunc detur fratribus Predicatoribus et conuentui eorum de Lausanna vnus modius vini ad mensuram Sedun., item fratribus Minoribus Lausan. vnus modius vini mensure predicte. Item damus dno Nicholao curato de Rarogya septem vlnas panni de quo vestimus capellanos nostros. Item ecclesie parrochiali de Bacio lumbardicam nostram. Item ecclesie de Leucha biblotam nostram. Item altari beate Katerine in ecclesia de Leucha paruum breuiarium nostrum. Item damus fratribus domus Catursiensis de Gironda sex ciffos argenti et ciffum dictum tripeir, duos bancinos argenti et vnam eygueyeri flore[1] . . . . . et coclearia nostra . . . . pro vna cella pro remedio anime nostre in dicta domo construenda. Item damus eisdem fratribus predicte domus Cartusiensis de Gironda . . . . . et eciam fenum nostrum uel precium ipsius feni de Leucha, si venditum est, excepto quod volumus quod si . . . . . Vldricus de Castellione mistralis noster de Leucha accipiat centum sol. Maur. . . . . quos . . . . . tamquam bene merito et redditus et census et omnia alia predicta reddantur predictis fratribus domus Cartusiensis, nichil . . . . pro operibus. Item volumus quod Thomassinus Lumbardus ciuis noster Sedun. et Jaquinus de Che . . . . clericus, sigillifer offi-

[1] Parchemin endommagé.

cialie nostre Sedun., recuperent illud quod nobis debetur apud Vercorens et apud Chaler et illud quod nobis debet castellanus de Sirro, exceptis viginti quinque lb. de tallia facta in castris. Item recuperent banna marciata apud Sirro, que non sunt soluta. Item decem lb. marciatas apud Granges similiter recuperent. Item partem nostram illarum quatuordecim lb. Maur. quas debet Willelma relicta Rodulphi de Mulignon. Item septem lb. Maur. que debentur de feno nostro grangie nostre de Campo Sico. Item fenum nostrum de Seyta vendatur per Thomassinum et Jaquinum predictos et recupetur per eosdem. Item recuperent predicti Thomassinus et Jaquinus a viro nobili dno Francisco de Compesio milite, maiore de Vespia, quatuor lb. et quindecim sol. Maur., quos nobis debet ex remanencia tallie nostre de Vespia ; et de predictis retineant tantum dicti Thomassinus et Jaquinus quod de eo possit emi redditus olei pro duabus lampadibus ardendis perpetue die noctuque coram sanctis de nouo releuatis apud Syons, in dyoc. Gebenn. Item soluant, empto dicto redditu, ven. viro et discreto Johanni cantori ecclesie Sedun. duodecim lb. Maur. quas sibi refundimus de taxacione fructuum cantorie sue, quos habuimus per mortem dni Thome quondam cantoris ecclesie Sedun., et residuum tradant fratribus predicte domus Cartusiensis de Gironda. Item volumus, quod dictus Thomassinus habeat pro salario suo quicquid habuit uel recuperauit de pedagio nostro Sedun. a festo beati Yllarii citra vsque ad tempus obitus nostri. Item damus Girardino Bremo pedagiatori nostro de Brigo quicquid recuperauit uel habuit de pedagio nostro de Brigo a dicto festo beati Yllarii citra vsque ad tempus obitus nostri. Item volumus quod de blado quod habemus apud Vespiam dentur dno Humberto vicario dicti loci duo modia ad mensuram de Vespia pro labore suo recuperationis ipsius bladi,

residuum vero ponatur in manibus dni Nycholai curati de Rarognia qui illud distribuat inter pauperes et debiles prout ei videbitur expedire. Et bladum nostrum de Narres similiter tradatur eidem dno Nycholao distribuendum, vt supra. Item damus Burquino mistrali nostro de Narres illud in quo nobis remanet debens, excepto blado. Item damus viro ven. et discreto dno Ebalo de Grisiacho sacriste ecclesie Sedun. sallam nostram que est in grenario nostro, duo paria cutellorum ad mensam et vnum anulum, vt magis sit diligens in sepultura nostra. Item volumus et ordinamus quod predicti dnus sacrista et Thomassinus recuperent totum illud quod nobis debetur vsque ad valorem viginti lb. Maur. tam in pecunia quam in blado apud Nas et apud Vernamisiam pro suplemento sepulture nostre. Ad predicta autem sic per nos ordinata adimplenda et exercenda elegimus prefatos Thomassinum et Jaquinum, etc. In quorum omnium robur et testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, presentibus dnis Nycholao de Chouson curato de Rarognia, Uldrico de Leucha capellano nostro, etc. Datum et actum in castro nostro . . . . . in curia nostra, XX die mensis aprilis, anno Dni M°CCC° tricesimo octauo.

1714

Mort de l'évêque Aymon III de La Tour.

1338, 24 ou 25 ou 26 avril.

Nécrologe de l'église de Sion, ap. M. D. R. XVIII, 264.

VIII kl. maii... maii, sub anno Dni M°CCC°XXXVIII, obiit pater... Aymo, qui fuit de nobilibus de Turre in (Valle)sio, episcopus Sedun.... ecclesiam Sedun.... suis pacifice et.... spacium sui

regiminis.... XIIII annorum et V (mensi)um et vnius ebdoma-(dis).... diebus.

Autre nécrologe, ap. M. D. R. XXX, 570.

VII *vel* VI kl. maii. Ob. episcopus Aymo de Turre, etc.

1715

Legs d'Agnès et de Françoise Rodiers en faveur de l'église de Naters.

Naters, 1338, 10 mai.

Archives de la paroisse de Naters, copie de M. Ferd. Schmid.

* Notum quod nos Agnes et Francesia, filie quondam Johannis Roders de Narres domicelli, laudacione Nanthelmi de Vineis domicelli mariti mei Agnetis, legauimus XXX duos den. Maur. annui redditus ecclesie beati Mauricii de Narres, recuperandos super Waltero Russener apud Brucco superiorem de possessione que fuit olim Michahelis Tabernarii, pro remedio animarum dni Walteri Roders militis, dni Petri filii sui militis, Walteri, Johannis et Margarete, liberorum predicti Petri militis, animarum nostrarum Agnetis et Francesie ac Margarete, Mathelde et Ysabelle filiarum predicti Johannis Roders domicelli. Testes : Petrus Roders domicellus, Th. Hubilo, Johannes Matricularius de Narres clericus qui, etc. Actum apud Narres, anno Dni, M°CCC°XXX° octauo, die sexta idus maji.

1716

Accommodement entre les syndics de l'église de Sion et Perrod de Nax au sujet d'un homicide.

Sion, 1338, 16 mai et 11 juin.

Archives de Valère, B, 27.

* Nos Ebalus de Greysyez sacrista Sedun., Rodulphus de Verretio, Anselmus de Castellione, dyoc. Augusten., canonici Sedun., sindici in temporalibus deputati per ven. capitulum Sedun., sede mense episcopalis vacante per mortem rev. dni Aymonis de Turre episcopi Sedun., notum facimus quod cum Perrodus de Nas clericus, ciuis Sedun., extitisset inculpatus de morte Bolerii de Mulignon ciuis Sedun., et dedisse fauorem in dicta morte indebite, et super hoc facta diligenti inquisitione per dnum Willelmum de Clareyns canonicum Sedun., tempore dicte mortis officialem curie Sedun., dictus Perrodus secundum tenorem dicte inquisitionis non fuerit repertus in tali culpa quod corporale deberet recipere punimentum, licet puniri debeat in pena pecuniaria, ac bona ipsius Perrodi propter inculpationem predictam barrata et sasita fuissent omnia quecumque haberet tempore dicte mortis per dictum dnum episcopum uel eius mandatum, ac tractatum fuisset cum dicto dno episcopo de reconciliando et concordando dictum Perrodum pro quater viginti flor. boni auri de Florencia et legitimi ponderis, soluendis ipsi dno episcopo, ipso dno ad hoc consenciente expresse, venerunt ad nos dna Francza relicta Johannis Curti ciuis Sedun. et plures consanguinei et amici dicti Perrodi nobis humiliter supplicando exponentes quod dictus Perrodus secundum tractatum predictum per nos reconciliaretur, et nobis nomine mense episcopalis predicte

de bonis suis saisitis misericorditer concordaret per manus dicte dne France et amicorum predictorum. Cui expositioni nos volentes annuere concordauimus per modum qui sequitur, videlicet quod dicta dna Francza nomine dicti Perrodi soluat nobis pro omnibus juribus dicte mense episcopali competentibus quater viginti flor. predictos, pro quibus dictum Perrodum, eius res et bona omnia ab omnibus rationibus, juribus et actionibus dicte mense episcopali competentibus ex causa mortis predicte quittamus et soluimus, predicta bona eius desasiendo et deliberando, ipsam dnam Franczam nomine dicti Perrodi ponendo in veram possessionem ipsorum bonorum, tali condicione apposita quod dicta dna Francza bona prefati Perrodi teneat quousque sibi sit satisfactum de flor. quatervigiuti antedictis, fructus suos vt proprios faciendo. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus sigilli curie regalie appensione munitas. Datum et actum Seduni, in curia episcopali, die XVI[a] mensis maii, anno Dni M°CCC°XXXVIII°.

Ad maioris autem roboris firmitatem ego Jacobus de Pontallyz, clericus, Bysuntin. dyoc., Seduni commorans, not., etc.

Ebalus de Gresyaco sacrista, Rodulphus de Verreto et Anselmus de Castellione, canonici Sedun., sindici in temporalibus sede episcopali Sedun. vacante, curatis uel vicariis de Seduno salutem in Dno. Vobis ex parte nostra et dni Willelmi de Clarens canonici Sedun., vicarii generalis in spiritualibus sede vacante a capitulo deputati mandamus quathenus litteras nostras huic cedule adnessas, quociens et quando per dnam Franczam in dictis litteris contentam seu per eius certum nuncium super hoc fueritis requisiti, in ecclesia vestra publicetis alta voce palam omnibus parrochianis vestris prout in ipsis litteris plenius poteritis intueri. Datum Seduni, sub si-

gille curie regalie, XI die junii, anno Dni M°CCC°XXX°VIII°. Reddite litteras sigillatas in signum nostri mandati firmiter exequti.

1717

Le pape Benoît XII nomme Philippe de Chamberlhac, évêque de Sion.

Avignon, 1338, 22 mai.

Archives de Valère, copie vidimée du 27 juin 1338, en très mauvais état, et en partie illisible.

B(enedictus episcopus) seruus seruorum Dei dilecto filio Philippo electo Sedun. salutem et apostolicam benedictionem. Regimini vniuersalis ecclesie quamuis, etc. Olim si quidem bone memorie Aymone episcopo Sedun. regimini uestre Sedun. ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie uestre, cum ipsam quouis modo vacare contingeret, per apostolice sedis prouidenciam vtilem et ydoneam presidere personam, prouisionem eiusdem ecclesie dispositioni et ordinationi nostre ac sedis eiusdem ea vice duximus specialiter reseruandam, decernendo ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque, quauis auctoritate, scienter uel ignoranter, contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia uestra per obitum predicti Aymonis, qui in illis partibus debitum nature persoluit, pastoris solatio destituta, nos vacatione huiusmodi ipsius ecclesie fide dignis relationibus intellecta . . . . . ad te archidiaconum Gandeu. in ecclesia Tornacensi, legum professorem, in sacerdotio constitutum, quem decorum elegantia morum, discretionis et consilii maturitate conspicuum, conuersacionis honestate placidum, in spiritualibus prouidum et in temporalibus circumspectum, aliisque plurimis . . . . . fide dignis testimoniis accepimus insignitum, direximus aciem

nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus ob huiusmodi tuorum exigentiam meritorum accepta prefate Sedun. ecclesie, de eorumdem fratrum consilio, apostolica . . . . . teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Sedun. ecclesie tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo. Etc.

Datum Auinione, XI kl. junii, pontificatus nostri anno quarto.

Suivent les copies de :

1° La bulle par laquelle le pape annonce cette nomination au chapitre de Sion.

2° L'acte par lequel l'évêque élu établit pour ses vicaires « in spiritualibus et temporalibus » Barthélemy, abbé de S^t^. Maurice d'Agaune, Hélie de Sendrens licencié ès lois et prieur de Saint-Etienne, et Hélie de Chambarlhaco, recteur de l'église de Savignac, au diocèse de Périgueux. « Actum in prioratu Coste Sancti Andree, Viennensis dioc., quo tunc dictus dnus electus inhabitabat, presentibus dno Jacobo de Crista, priore dicti prioratus, etc., anno natiuitatis Dni millesimo trecentesimo tricesimo octauo, die vicesima mensis junii, pontificatus dni Benedicti pape XII anno quarto. »

3° L'acte, sous la même date, par lequel Philippe établit des procureurs pour aller prendre possession, en son nom, de l'évêché de Sion.

Les témoins du Vidimus sont : « Bartholomeus abbas Sancti Mauricii Agganen., Henricus de Chastonay et Geroldus de Lustriaco, canonici monasterii Sancti Mauricii, Columbus curatus de Sirro, Guillelmus de Athime, curatus de Grimisoa. »

Le vrai nom de famille de l'évêque Philippe est resté inconnu jusqu'à présent. Les catalogues modernes des évêques de Sion l'appellent Philippe de

Gastons; le premier qui lui a donné ce nom est le chanoine Briguet, dans son *Vallesia christiana*, publié en 1744. Les catalogues antérieurs le désignent sous le nom *de Gasconia* ou *de Gastonia*, ou aussi *Gasconius* ou *Gastonius*. C'est à la suite d'altérations successives qu'on est arrivé à l'appeler *de Castens*; par la confusion du c avec le *t*, confusion facile dans les lettres dites gothiques, de *Gasconia* on a fait *Gastonia*, de *Gasconius*, *Gastonius* et enfin *de Castens*. La première forme est la vraie, car, comme nous allons le voir, l'évêque Philippe était originaire du Périgord, qui autrefois faisait partie de la Gascogne, et ce nom *de Gasconia* indiquait sa patrie, mais non sa famille.

Dans les différents actes relatifs à son épiscopat, Philippe n'est jamais désigné par son nom de famille, ni même de pays; son nom de baptême est seul employé. Cependant dans ces mêmes actes nous voyons souvent paraître son frère sous le nom d'Hélie de *Chamberlhaco, Chambalhaco, Chambellhaco*; ce frère était curé de Savignac, dans le diocèse de Périgueux, et, lors de sa nomination à l'évêché de Sion, Philippe l'envoya dans cette ville avec les pouvoirs de vicaire général. Hélie est dit positivement frère de l'évêque Philippe dans des actes du 16, 25 et 28 mai 1339. Il existait, en effet, dans le Périgord une famille noble qui portait le nom de Chamberlhac [1], lieu situé dans la commune d'Agonac et mouvant de la châtellenie de Bourdeille (département de la Dordogne). Cette famille a joui d'une certaine illustration; un neveu de l'évêque Philippe, Pierre de Chamberlhac a été premier général des galères de France, en 1410, dans une guerre contre les Génois; il fut aussi gouverneur de la bastide Saint-Antoine à Paris.

Avant sa nomination à l'évêché de Sion, Philippe de Chamberlhac portait les titres de docteur ès lois, chapelain du pape, chanoine de la basilique du prince des apôtres à Rome et archidiacre de Gand dans l'église de Tournay. De 1323 à 1335 il remplit les fonctions de recteur soit gouverneur du patrimoine de saint Pierre en Toscane, au nom des papes Jean XXII et Benoît XII. (Voy. le *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, publié par A. Theiner, tom. I et II.)

L'évêque Philippe a été transféré d'abord à l'évêché de Nice, et plus tard à l'archevêché de Nicosie, dans l'île de Chypre. La première translation est connue depuis longtemps; nous avons la preuve de la seconde dans un extrait d'acte publié dans nos *Documents sur le Vallais*, tom. II, pag. 577, ainsi que dans une notice de M. H. de Montégut, qui a paru dernièrement dans

[1] En Périgord *lh* se prononce mouillé, ainsi, Chamberlhac se prononce Chamberliac.

la première livraison du tome VIe du *Bulletin de la Société historique et archéologique du Périgord*. Dans cette notice le nom de famille de l'évêque Philippe est clairement indiqué.

Je dois les renseignements sur la famille de Chamberlhac à M. Villepelet, archiviste départemental à Périgueux, à qui j'exprime mes remerciements.

1718

Ulric et Nicolas d'Ayent donnent à ferme à Jean Crecho, pour quatre ans, leurs maisons et prés situés près de la souste de Louèche, avec leur souste et leur droit de péage.

Sion, 1338, 2 juillet.

Registrum Perrodi de S[to] Mauricio.

* Anno Dni M°CCC°XXXVIII°, ind. VI[a], II[a] die mensis julii, in ciuitate Sedun., in vico prati, Vldricus et Nycholodus filii quondam Stephani de Ayent de Leucha domicelli, laudatione dni Johannis de Ayent sacerdotis fratris eorum, locauerunt Johanni Crecho de Canturio, ciui Mediolanensi, Lumbardo, per quatuor annos incipiendos in festo beati Michaelis arch., omnes domos suas sitas juxta sustam ipsorum de ponte de Leucha, in territorio de Ayert, cum dicta susta et omnibus aliis edificiis circa dictam sustam, item omnia prata ipsorum ibidem apud Ayert circa sustam, et domos predictas, cum aqueductibus, item totale pedagium quale ipsi fratres percipiunt in dicto loco de susta, videlicet tres obolos Maur. pro qualibet balla transeunte per sustam a Lumbardia versus Franciam seu ad partes inferiores, vel a partibus inferioribus versus Lumbardiam, item vnum den. quem percipiunt ibidem de pedagio pro quolibet somario transeunte, item sex lectos et omnia vtensilia coquine dicte suste, pro XL lb. Maur. annue pensionis.

1719

Libertés et franchises de Louèche, accordées par l'évêque Philippe de Chamberlhac et confirmées par les évêques Edouard de Savoie et André de Gualdo.

Sion, 1338, 3 juillet.

Archives de Valère, Liber instrumentorum de Leuca, f. 110 verso.

Nos Andreas Dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Collocensis, generalis et perpetuus administrator in spiritualibus et temporalibus ecclesie Sedun. per sedem apostolicam specialiter deputatus, comes et prefectus Vallesii, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod ad nos venientes sindici et procuratores communitatis et ville et totius perrochie de Leuca ac vniuersitas hominum ville et totius perrochie dicti loci de Leuca nobis obtulerunt et presentauerunt franchesias eorum et libertates, descriptas et declaratas in quibusdam publicis et autenticis litteris et instrumentis, sanis et integris, non viciatis, non cancellatis, non abolitis, non suspectis, non in aliqua sui parte corruptis, sed omni vicio et suspicione carentibus, sigillisque regalie Sedun. ecclesie et bone memorie dni Edduardi Dei gratia quondam episcopi Sedun., comitis Vallesii et prefecti, in pendenti cera rubea cum cordonibus cyricis rubee sigillatis, signisque et subscriptionibus trium notariorum publicorum in ipsis publicis instrumentis et autenticis litteris descriptorum vnacum dictis sigillis signatis et roboratis, et quarum litterarum seu franchesiarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba:

Nos Edduardus de Sabaudia, Dei et apostolice sedis gratia episcopus Sedun., comes Vallesii et prefectus, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod ad nos venientes syndici et procuratores communitatis ville et totius perrochie

de Leuca ac vniuersitas hominum ville et totius perrochie dicti loci de Leuca nobis obtulerunt et presentauerunt franchesias eorum et libertates, descriptas et declaratas in quibusdam publicis et autenticis litteris et instrumentis, sanis et integris, non viciatis, non cancellatis, non abolitis, non suspectis, nec in aliqua sui parte corruptis, sed omni vicio et suspicione carentibus, sigillisque regalie Sedun. ecclesie et dni Helie de Surdiens licentiati in legibus, prioris quondam Sancti Stephani de Baldunesio, Mimatensis diocesis, in spiritualibus vicarii generalis simul et temporalibus reuer. in Christo patris et dni Philippi quondam electi Sedun. impendenti cera viridi cum cordonobus cericis rubee sigillatis, signis et subscriptionibus trium notariarum publicorum in ipsis publicis instrumentis et autenticis litteris descriptorum vnacum dictis duobus sigillis signatis et roboratis, et quarum litterarum seu franchesiarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba :

In nomine Domini, Amen. Anno eiusdem millesimo tercentesimo trigesimo octauo, indicione sexta, tercia die mensis julii, in ciuitate Seduni, in domo venerabilis viri dni Petri Grandis canonici Sedun., que quondam fuit Nycolai Bynfa canonici Sedun., sita prope ecclesiam Beate Marie Virginis Sedun., in presentia nostrum notariorum infrascriptorum, constitutis viro venerabili et discreto dno Helia de Surdiens, licentiato in legibus, priore Sancti Stephani de Baldunesio, Mimatensis diocesis; vicario generali in spiritualibus et temporalibus reuer. in Christo patris et dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia electi Sedunensis, de cuius vicariatu constat nobis notariis et testibus infrascriptis per quoddam publicum instrumentum manu Johannis Busuum precentoris maioris ecclesie Aptensis, publici authoritate apostolica notarii, et factum anno et indicione quibus supra, vigesima die mensis junii, ac sigillo pendenti sano et integro dicti dni electi sigil-

latum, non viciatum, non cancellatum, non abrasum, nec in aliqua sui parte corruptum vel suspectum, sed sanum et integrum et omni suspicione carens, prout prima facie apparebat, ex vna parte, ac viris discretis magistro Willermo Perroneti, Nycolao Fabri et Petro Snap de Leuca, dicte diocesis Sedun., procuratoribus seu sindicis communitatis, ville et totius perrochie de Leuca, de cuius procuratorio constat nobis notariis et testibus infrascriptis per patentes litteras sigillo pendenti dicte communitatis sigillatas, ex altera, prefati procuratores et syndici, nominibus suis et nominibus totius communitatis, ville et perrochie dicti loci de Leuca, supplicarunt quod cum persone singulares totius communitatis predicte ac etiam ipsa communitas sint et fuerint ab antiquo in pacifica possessione vel quasi consuetudinum infra scriptarum, prout in articulis infrascriptis continetur, et singulares persone ipsius communitatis vse sint omnibus et singulis articulis infra scriptis, nomine consuetudinis et immunitatis communitatis predicte, decem, viginti, triginta vel quasi quadraginta annis, et etiam tanto tempore de cuius contrario memoria non existit, tam in judicio quam extra, scientibus, patientibus vel non contradicentibus reuerendis in Christo patribus bone memorie dnis episcopis Sedun., de quibus consuetudinibus et immunitatibus dicta communitas quondam asserebat instrumenta seu litteras habuisse, que perdita fuerunt in villa de Leuca per incendium generale quod fuit ibidem, et per quod incendium tota villa de Leuca combusta extitit tempore guerre ecclesie Sedun., quod ipsas consuetudines et immunitates eidem communitati de Leuca in (l. et) singularibus personis eiusdem dictus dnus vicarius confirmare dignaretur, et ne propter obliuionem et discursum temporis in futurum possent deperire, quia propter vite hominum breuitatem et labilem memoriam interdum venit in dubium quod non est in litteris seu scriptis reductum, idcirco iterum supplicauerunt dicti

procuratores et sindici, nominibus quibus supra, dicto dno vicario de confirmatione libertatum, consuetudinum et immunitatum infrascriptarum, instrumentum publicum, sigillo regalie Sedun. ecclesie sigillatum, eisdem procuratoribus et syndicis per predictum dnum vicarium ad perpetuam rei memoriam concedatur. Quorum articulorum, consuetudinum et libertatum tenor sequitur in hunc modum:

1. Primo quod singuli homines et persone communitatis et perrochie de Leuca et eorum antecessores sunt et fuerunt in possessione pacifica non soluendi alicui dno vel persone clamam seu clamas super aliquo contractu, negocio vel aliis rebus quibuscumque de ipsis depositas, exceptis aliquibus locis et personis habitantibus in dictis locis, et qui vel que clamam deponit juste vel iniuste, ad aliquam clamam soluendam non tenetur.

2. Item quod nulli persone dicte perrochie siue communitatis de Leuca potest imponi aliquod bannum in tota perrochia de Leuca per officiarios dni episcopi Sedun. siue per ipsum dnum episcopum nec alibi, nisi si et prout hactenus extitit consuetum.

3. Item quod dictus dnus episcopus, vel alius quicumque sit, non potest nec debet imponere aliquod bannum aut penam in homines et personas dicte perrochie de Leuca infra dictam perrochiam vel in quascumque alias personas dum fuerint infra limites perrochie predicte; sed si inobedientes fuerint infra limites perrochie predicte pignorentur vel alias compellantur obedire, prout hactenus extitit consuetum.

4. Item quod aliqua persona dicte perrochie non debet dno aut alterius persone aliquam frelveriam ratione emissionis vel effusionis sanguinis, nisi cum manu armata dicta effusio vel emissio fuerit perpetrata, sed tantum ad emendam faciendam iniuriam (passo), sed hoc obseruetur prout ab antiquo extitit consuetum.

5. Item quod dnus episcopus debet mandare aut alter pro eo burgensibus de Leuca caualcatam et ipsi burgenses debent mandare illis de perrochia de Leuca pro caualcatis, et sunt sine impositione banni et penarum, sed dicti probi homines postea libertatem et potestatem imponendi penas super personas dicte perrochie ad sequendum vexilla siue banderias ville de Leuca, vt (l. ad) honorem dni episcopi et ecclesie Sedun., et penas sic impositas debent habere dicti probi homines, si venerint ad recuperandum, et dnus episcopus aut alter pro eo non potest nec debet excusare aliquem dicte perrochie de personis qui sequatur dictas banderias vel vexilla, nisi probi homines de Leuca, nec ipsi possunt aliquem sufficientem ad arma excusare, nisi de expressa voluntate dicti dni episcopi, nisi pro custodia loci necessaria, exceptis clericis, et hoc etiam obseruetur, prout hactenus ab antiquo obseruatum extitit in pena et in bannis.

6. Item dnus episcopus non potest nec debet cogere personas dicte perrochie de Leuca ad eundum ad caualcatas, nisi ad deffensionem patrie vel terrarum ecclesie Sedun., nec extra patriam ipsis inuitis duci, nisi vt supra continetur.

7. Item dnus episcopus aut alter pro eo non debet capere bona alicuius persone de perrochia de Leuca post mortem ipsius persone, nisi forsan sit spurius non relinquens aliquem heredem legitimum de suo corpore procreatum, vel non fecit testamentum seu ordinationem de bonis suis, quod et quam facere possit perpetue valituras.

8. Item dicti probi homines de Leuca habent custodire nundinas beati Nycolai in dicto loco, pro eo quod denariate possint venire et duci infra confines consuetos dicti loci, tamen gentes dni episcopi possunt interesse cum eisdem.

9. Item dnus episcopus aut alter pro eo nullam habet legem seu jurisdictionem in causa appellationis verborum iniuriosorum, vbi ille qui appellauit se dedicit vel dedicere seu ne-

gare voluerit quod asseritur dixisse, nisi fuerit in presentia dni vel officiariorum suorum, in quo obseruetur quod hactenus ab antiquo extitit obseruatum.

10. Item in ripagio aquarum vel fluuiorum habentium pisces in contracta de Leuca nullus habet aliquam authoritatem piscandi, nisi ipsa communitas de Leuca et dnus episcopus, si sue fuerit voluntatis.

11. Item de heriis seu nidis falconum et exparuerioru m nullus habet rationem aut autoritatem, nisi ipsa contracta, nisi ipsa communitas de Leuca, excepto in monte de Corbex.

12. Item nobilis homo, qualiscumque sit, teneatur et debeat in missionibus et aliis expensis ordinandis in dicta contracta contribuere, si possessionem habeat in dicta contracta, et si contribuere recusauerit, non debet gaudere aquis, pascuis, nemoribus et aliis spectantibus ad dictam communitatem.

13. Item nullus malefactor debet poni per officiarios dni episcopi ad tormentum seu questionem, nisi presentibus burgensibus de Leuca vel aliquibus ipsorum discretorum, et si videtur ipsis quod satis sit questionatus, possunt dicere quod cessetur vel dicere quod plus torqueatur, prout eis videbitur faciendum.

14. Item quod nullus malefactor captus in dicto loco seu contracta possit judicari vel condemnari ad penam corporalem vel ad mortem per aliquem judicem, nisi prius habito consilio proborum hominum de Leuca vel aliquorum de eisdem discretorum.

15. Item quod dicta communitas et vniuersitas perrochie de Leuca possint et debent facere procuratores et syndicos constituere et communem habere, consules et administratores ipsius communitatis atque communitatem et vniuersitatem facere, qui procuratores et syndici res pro dicta vniuersitate, rationes administrare valeant et ordinare, necnon statuta circa res predictas et ipsa statuta reuocare, quotienscumque opus

esset et videbitur expedire, et hec omnia sine autoritate superioris vel mandato super hoc requisito vel requirendo, prout hactenus et ab antiquo extitit obseruatum.

16. Item quicumque de dicta vniuersitate tenuerit ab aliquo aliquod feudum sub homagio ligio vel aliquo quocumque, et heres eius post obitum ipsius hominis ligii noluerit dictum feudum sub dicta seruitute recipere vel habere, tum dnus feudi feudum suum recipere tenetur, et etiam dictus heres relinquere posset, si velit, absque eo quod ipse heres super dicto homagio in aliquo remaneat obligatus.

17. Item si aliquis de perrochia de Leuca vel alius quicumque sit aliquid forefecerit vel delinquerit, ita quod bona ipsius cadere debeant in commissum, ille dnus cui committuntur, super ipsis bonis teneatur creditoribus quibus delinquens antea tenebatur.

18. Item si deponitur clama vel querela de aliqua persona populari, cuiuscumque dominii vel conditionis existat, exceptis clericis et nobilibus, peperta infra limites perrochie de Leuca, coram dno seu curia dicti loci tenetur ibidem facere justicie complementum, fiat prout alias extitit consuetum.

19. Item si aliquis aliquo casu fortuito se refugerit infra limites perrochie de Leuca et tuta misericordia dicti loci petierit, cuiuscumque dominii sit, non potest detineri vel capi nisi per dictum dnum de Leuca vel eius mandatum, pariterque per dnum episcopum vel eius familiares, qui ipsum refugientem detinere possunt, sed non fit remissio de ipso detento, nisi prius habita cognitione proborum hominum de Leuca discretorum.

Quibus consuetudinibus et immunitatibus visis, auditis et diligenter inspectis, ac deliberatione plena super ipsis omnibus et singulis habita diligenti cum canonicis capituli ecclesie Sedun. et aliis viris probis, dictus dnus vicarius, nomine dicti dni electi, predictis procuratoribus et sindicis, nomine quo supra, confirmauit omnes et singulos articulos suprascriptos,

prout ab antiquo fuerunt obseruati et vt superius in dictis articulis continetur. Et promisit bona fide sua omnia et singula predicta custodire et obseruare pro posse, prout superius sunt expressa, et non contrafacere per se vel alium vel venire in futurum, ac procurare et curare quod dictus dnus electus nomine suo et ecclesie Sedun. confirmabit omnia et singula predicta et de confirmatione quam faciet de predictis pro dictis procuratoribus et sindicis communitatis predicte, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, dabit instrumentum publicum sufficiens, sigillo suo pendente sigillatum. Et de predictis omnibus jussit dictus dnus vicarius fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum ac sigilli regalie Sedun. ecclesie appensione muniri. Datum et actum, vt supra, presentibus venerabili viro dno Petro Grandis predicto, dno Joanne de Yuerduno curato Sedun., Hugone rectore hospitalis beate Marie Virg. Sedun., Jacobo de Chouson, Perrodo Barber, clericis Sedun. diocesis, et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis. Et ego Petrus Ruffi de Sancto Mauricio Agaunensi clericus, ciuis Sedun., auctoritate imperiali publicus notarius, predictis omnibus et singulis confirmationi et promissioni factis per dictum dnum vicarium vnacum dictis testibus et Joanne Busurini, precentore maioris ecclesie Aptensis, auctoritate apostolica, et Girardo Maiore de Dallyon, clerico Sedun. diocesis, auctoritate imperiali notariis publicis infrascriptis, presens fui, etc. Ego autem Gyrardus Maior de Dallyon, etc. Et ego Joannes Busurini, etc. Et nos Helias de Surdrens vicarius predictus sigillum regalie ecclesie Sedun. et sigillum nostrum proprium quo vtimur presentibus litteris seu presenti instrumento duximus apponendum in fidem et testimonium premissorum. Quasquidem eorum franchesias et libertates declaratas in articulis descriptis in ipsis litteris per nos confirmari et roborari humiliter petierunt.

Nos itaque Edduardus episcopus predictus, visis prius per

nos dictis franchesiis et articulis singulis libertatum et litteris predictarum, ac ipsis cum matura deliberatione cum sapientibus, virisque prouidis et peritis preaduisis et diligenter ruminatis, quia dictarum franchesiarum litteras veras esse reperimus, in aliquo non suspectas, sed ita esse et fuisse prout describitur in eisdem, propterea nos attendentes sicut ipsa communitas ville et perrochie de Leuca singulariter et in generali per experimentum factum nobis et mense episcopali Sedun. nostre exhibuit fide oculata ipsam communitatem et singulares personas dicte communitatis plusquam et vltra omnes alias communitates villarum et perrochiarum terre nostre Vallesii esse et fuisse die noctuque magis promptas et fideles nobis et mense nostre episcopali Sedun. ad honorem et commodum dicte nostre Sedun. ecclesie perquirendum et seruandum feruentiores extitisse, ipsisdare materiam cupientes, vt tenemur, eosque volentes viuere prout decet in eorum bono et assueto proposito, fideli corde apud nos et dictam Sedun. nostram ecclesiam persistendo, ex nostra liberalitate scientiaque et voluntate spontanea pro nostroque et successorum nostrorum in episcopatu predicto honore et commodo euidentibus, et de plurimorum proborum hominum seu virorum tam peritorum quam laycorum consilio diligenter super hiis prehabito cum eisdem, dictas litteras, franchesias, libertates et articulos descriptos superius in eisdem ipsis et vt in eis legitur datas et concessas fuisse veraciter attestantes, laudamus, approbamus et de nouo concedimus eisdem, ratifficamus pariter et confirmamus pro nobis et in episcopatu nostro predicto successoribus quibuscumque, mandantes tenore presentium ballino, judici, castellano, maiori, vicedomino, salthero et aliis officiariis nostris de Leuca quibuscumque presentibus et futuris et eorum et cuilibet eorum locumtenentibus, quatenus predictas franchesias, libertates et articulos declaratos superius in eisdem, nostrasque ratifficationem et confirmationem ac de

nouo concessionem presentes prefate vniuersitati et communitati de Leuca et perrochie dicti loci et posteritati eorum in omnibus et singulis punctis et articulis franchesiarum et libertatum predictarum, quotiens casus contingerit, obseruent inuiolabiliter et attendant et in nullo contrafaciant vel opponent, imo ipsos omnes et singulos de vniuersitate communitatis predicte tanquam fideles et veros, probos et legales subditos et a nobis super quascumque alias communitates terre nostre Vallesii dilectos fide cordiali nutriant, custodiant, deffendant et obseruent, in nulloque contrafaciant quomodolibet vel opponant. De quibus per notarios publicos infrascriptos nostre curie vnum vel plura et quod voluerint fieri jussimus publica instrumenta ad opus totius vniuersitatis ville et perrochie de Leuca, que nostri sigilli munimine roborentur. Datum die vigesima mensis martii, in camera castri de Sirro, anno Dni millesimo CCC°LXXVI°, indicione decima quarta, presentibus prouidis et nobilibus viris dno Perrodo Fabri de Sancto Mauricio Agaun., jurisperito, judice nostro generali, Aymone Poypone domicello, Philippo eius fratre et pluribus aliis pro testibus vocatis et rogatis ad premissa. Et ego Mermetus Rongeti, etc. Et ego Joannes Panisii de Sancto Ragneberto Jurensi, etc. Et ego Guillermus de Bossonens, Lausan. diocesis, etc.

Nos itaque Andreas archiepiscopus et administrator supradictus, visis per nos prius dictis franchesiis, etc. (iisdem verbis quibus in precedenti confirmatione usus est episcopus Edduardus). Die XXVI[a] mensis februarii, in domibus nostre solite residentie in Leuca, nostre Sedun. diocesis, sitis in Leuca juxta vias publicas a duobus et alio latere, millesimo quatercentesimo decimo nono, indicione duodecima, presentibus prouidis et honorabilibus viris magistro Hugoneto Richardi ciue Sedun., dno Vngadono preposito Vaciensi et canon. Sedun., dno Henrico Episcopi cappellano ecclesie Sancti Stephani de

Leuca, Petro de Vallibus de Tugurio et Corando Sancti Thome de Gualdo, Micerine diocesis, et aliis pluribus testibus vocatis et ad predicta habitis et rogatis. Et ego Rauerius Conradini de Gualdo, Micerine diocesis, publicus sacra et imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius, et nunc notarius curie dicti dni archiepiscopi et eius curie Sedun., etc. Et ego Henricus Bode clericus Osnaburgensis, etc. Et ego Baronus Joannes clericus Perusinus, etc.

Extracta est presens suprascripta copia ab alia papirea copia, quam nos notarii publici subsignati vidimus, tenuimus et palpauimus. nihil addito neque remoto, factique substancia in nullo mutata, quam concordantem et conformem eidem reputauimus, facta prius vt decet diligenti collatione ac lectura de verbo ad verbum, et in nullo discrepantem, prout ita fore attestamur propriis nostris manualibus subsignationibus.

Jo^es^ Columbinus, not.
Berodi, not.
Petrus Mercerus notar.

1720

Libertés et franchises de la ville de Sion.

Sion, 1338, 4 juillet.

Archives de Valère, E, 45.

Il existe deux rédactions successives de la charte des libertés et franchises de Sion. La première fut faite peu de temps après la nomination de Philippe de Chamberlhac à l'évêché de Sion et avant son arrivée dans cette ville, c'est celle du 4 juillet 1338. L'évêque y est représenté par un vicaire général et un procureur spécial. Lorsque Philippe fut venu prendre possession de son siége, les bourgeois de Sion le prièrent de leur confirmer leurs libertés, ce que l'évêque fit, le 12 mars 1339, par une nouvelle charte, dans laquelle les articles de ces mêmes libertés sont reproduits avec quelques

adjonctions et variantes. Pour ne pas publier deux fois ces textes presque identiques et faire connaître cependant les variantes et les adjonctions, nous avons employé le moyen suivant. Nous plaçons entre parenthèses les mots de de la première charte qui ne se trouvent pas dans la seconde et nous imprimons en *caractères italiques* les mots et les phrases qui ont été modifiés ou ajoutés dans cette dernière. Les deux textes sont ainsi reproduits fidèlement et intégralement, et d'un coup d'œil on verra les différences qui existent entre les deux rédactions. La seconde, qui comprend tout le texte non entre parenthèses et les mots en italiques, est la plus importante, parce qu'elle est la rédaction définitive et qu'elle n'a pas subi de modifications depuis lors. C'est celle qui est reproduite intégralement dans les confirmations postérieures faites par les successeurs de Philippe de Chamberlhac.

Nous avons numéroté les différents articles et en tête de chacun d'eux, nous avons placé les titres ou sommaires qui se trouvent dans une copie de 1498, conservée dans les archives de la ville de Sion. Ces titres faciliteront les recherches.

Comme le commencement et la fin de la charte du 12 mars 1339 sont différents de ceux de la charte du 4 juillet 1338, nous les reproduirons à leur date, sous le N° 1741.

In nomine Dni, Amen. Anno incarnationis eiusdem M°CCC° XXX° octauo, indictione VI^a^, quarta die julii, Seduni, in domo quondam viri venerabilis dni Nycolai Bynfa canonici Sedun., prope palacium magne ecclesie Sedun., in presencia viri venerabilis et discreti dni Helie de Sendrens, prioris Sancti Stephani de Valdunesio, dyocesis Mimaten., vicarii generalis reuerendi in Christo patris et dni Philippi Dei et apostolice sedis gracia electi et episcopi Sedun., ac in presentia mei infrascripti notarii et testium infrascriptorum, constitutis dno Petro Trenchapodii, procuratore et nomine procuratorio dicti dni electi et episcopi Sedun., ex vna parte, et Aymone de Olono, Anthonio Hubodi, domicellis, Johanne de Orseriis, Nicholao de Valeria, Rodolfo donne Blanchie, Perreto Bachelar, Amedeo Cheurillodi, Hugoneto de Drona, Giroldo de Gresiaco, et pluribus aliis ciuibus et burgensibus ciuitatis Sedun., nominibus suis et omnium aliorum ciuium et burgensium Sedun.

presentium et futurorum, necnon Perreto Barber, Perrodo Magi, procuratoribus et sindicis et nomine procuratorio totius ciuitatis Sedun. et vniuersitatis ciuium et burgensium ciuitatis eiusdem, ex altera. Cum in jocunda receptione et publicatione litterarum papalium super prouisione dicti dni episcopi de episcopatu Sedun. factarum, mandatum et recommandationem continentium nobilibus, vassallis, ciuibus, burgensibus ac alii populo terre et ecclesie Sedun. directarum, item et litterarum vicariatus ac potestatis ipsius dni vicarii, eciam et instrumenti procuratorii dicti procuratoris dni electi, per eundem dnum electum constitutarum et factarum, sigilli eiusdem dni electi munimine roboratarum, consilio generali totius terre ecclesie Sedun., vt moris est, in dicta publicatione conuocato, inter alia, ad instanciam et requisitionem totius dicti consilii et populi dicte terre tunc ibidem presentis foret per ipsum dnum vicarium specialiter et expresse ordinatum et concessum quod omnes boni vsus, consuetudines, libertates, immunitates vel franchesie in ciuitate et terra ecclesie Sedun. firmiter teneantur et obseruentur, prout hactenus ab antiquo obseruati fuerunt vel obseruari deberent legitime aut teneri, necnon per eundem dnum vicarium fuerit ordinatum et concessum quod quicunque ipsum dnum vicarium posset in speciali informare super jam dictis bonis vsibus, consuetudinibus, libertatibus, immunitatibus et franchesiis, quod paratus erat ipsos et ipsas, vt promisit, audire, confirmare et obseruare, si et prout ab antiquo extitit obseruatum vel obseruari deberet legitime aut teneri. Idcirco dicti ciues et procuratores dicte ciuitatis, nominibus quibus supra, attendentes quod consuetudinis vsusque longeui non est leuis auctoritas et quod plerumque discordiam pariunt nouitates, dicto dno vicario humiliter supplicarunt quod cum ipsi ciues parati sint in continenti eundem dnum vicarium super bonis vsibus, statutis, libertatibus, immunitatibus et franchesiis dicte ciuitatis et ci-

uium eiusdem diutius statutis et ab antiquo obseruatis per tantum tempus quod de contrario memoria hominum non existit, seu qui et que obseruari et teneri debent, ad honorem et vtilitatem dni episcopi et ecclesie Sedun. et vtilitatem subditorum, bene et legitime informare, ipsosque vsus, statuta, libertates, immunitates et franchesias juxta consilium et discretionem ipsius dni vicarii declarare, eundem dnum requirentes ut circa audientiam et declarationem huiusmodi vsuum, statutorum, libertatum, immunitatum et franchesiarum vacare dignaretur, et ipsis auditis et declaratis eos et eas vellet vtiliter et efficaciter confirmare et tenere vna cum procuratore dni electi antedicto. Qui quidem dnus vicarius peticioni dictorum supplicantium, ut decuit, annuendo, ad tollendum omnia scandala et vt malefactores et scelerati animauersione debita puniantur et tollantur, presumptionis via nocendi precludatur, ceterique corrigantur, pacifici vero et justi libertatibus, immunitatibus et ceteris bonis vsibus et statutis consolidati libere perfruantur, ad audientiam et declarationem premissorum processit vt inferius continetur. Qui boni vsus, statuta, libertates, immunitates, franchesie dicte ciuitatis articulatim sequuntur in hec verba :

1. Quando aliquis vulnerat aliquem qualiter est securus in ciuitate.

Et primo (quod) si aliquis percuciat, vulneret vel eciam morti tradat aliquem extra ciuitatem vel banna eiusdem ciuitatis, et ipse possit fugere infra ciuitatem siue eius banna, antequam capiatur, ibidem securus persistat et bona eius justicia mediante, *scilicet vt fideiubere teneatur, vel remittatur, si de jure remittendus extiterit, aut puniatur, prout justicia suadebit, seu justicia mediante.*

2. Qualiter dnus episcopus debet prouidere de consilio appellato.

Item *quod* si aliquis par vel potencior dixerit alicui : Tu es fur vel proditor, specificata aliqua specie furti vel proditionis,

et appellatus velit se deffendere, nec possit inuenire consilium pro pecunia sua vel amore, quod dnus episcopus debeat sibi prouidere de consilio sufficienti, expensis ipsius appellati, nec propter hoc capiatur siue detineatur, *dum tamen fideiubeat posse suo*, nisi alias super hoc esset publice diffamatus.

2. Qualiter si quis alium percutiat et moriatur, seruetur jus. Si vero non moriatur percussus mortaliter, tenetur ad LX lb. cum aureo obolo.

Item (quod) si aliquis percusserit aliquem infra ciuitatem siue eius banna et exinde mors sequatur, (sine misericordia) rigor juris obseruetur, *nisi fieret gracia per dnum ad requisitionem ciuium*. Si ex ictu mortali judicato percussus euaserit, percussor teneatur in sexaginta lb. Maur. ad misericordiam dni et obolum aureum soluat vel manum perdat, et fiat emenda *iniuriato seu* iniuriam passo.

4. Qualiter qui manu armata percutit, licet non mortaliter, tenetur ad XX lb.

Item *quod* si aliquis aliquem percusserit manu armata, licet non mortaliter, videlicet gladio acuto, teneatur dno *episcopo Sedun.* ad (sui) *suam* misericordiam in viginti lb. Maur., et iniuriato fiat emenda. Et nisi possit soluere dictas viginti lb., corporaliter puniatur, (detinendus in carcere) *detrudendus in carcerem* et sustinendus *ibidem* pane et aqua vsque ad requisitionem ciuium vel (vsque) ad misericordiam dni (episcopi Sedun.). Si vero membri mutilatio interuenerit, ad punitionem membri similis teneatur, *vel aliter ad misericordiam dicti dni episcopi Sedun.* Si autem baculo vel aliorum armorum genere quibus non apparet tanta malicia, in sexaginta sol. Maur. tantum (modo) *dicto* dno *episcopo* teneatur ad sui misericordiam, nisi inde enormis lesio sequeretur (et), *quo casu* si intra vel extra banna, secundum antiquam consuetudinem puniatur.

5. Qualiter inuasor tenetur ad penam.

Item si aliquis percuciat aliquem infra cuitatem vel eius

banna deffendendo corpus suum, ille qui primo inuasit teneatur ad bannum et percuciens sit immunis *se defendendo.*

6. Quales ciues, si steterint in ciuitate per annum et diem, non possunt repeti a dno suo lapso anno.

Item si aliquis habitauerit per annum et diem infra ciuitatem tenens focum et locum, soluendo vsagia ciuitatis, receptus ab aliis ciuibus in ciuem et villam jurauerit, ciuis siue burgensis esse debeat dicte ciuitatis nec ab alio aliquo repeti valeat in futurum, si non fuerit a dno suo infra annum requisitus.

7. Qualiter consanguinei succedunt ciuibus.

Item si aliquis ciuis siue burgensis decedat sine patre, sine matre, sine nepotibus, sine neptibus, dnus non apponat manum super eius bona quecumque, dum tamen habeat alios proximos vsque ad quartum gradum ascendendo seu descendendo *sive collateraliter.*

8. Qualiter dnus non procedit contra vsurarios et adulteros.

Item quod dnus episcopus (non possit) *non debeat seu ei non liceat* procedere contra aliquem ciuem *Sedun.* tanquam contra vsurarium siue adulterum, nisi forent notorii, vtpote *dando* denarios pro denariis (mutuantem publice), et adulter tali modo publicus vt nulla possit tergiuersatione celari, *reseruata tamen ipsi dno episcopo omni correctione contra tales vsurarios et adulteros et alios aliter vsurarios vel adulteros secundum quod jura canonica volunt quoad forum anime, omni tamen pecuniaria exactione cessante.*

9. Qualiter non est procedendum contra vsurarios prestita cautione.

Item si vsurarius notorius, ut premittitur, denarios pro denariis mutuans, moriatur sine emendatione, *vt inferius declaratur,* mobilia (sint) *sunt* in misericordia dni episcopi (Sedun.), si notorius fuerit, ut premittitur, immobilia remaneant proxi-

mis suis, nisi alias ordinauerit de eisdem *immobilibus bonis et mobilibus quibuscunque*.

10. Qualiter aliquis non debet capi si possit cauere ydonee, nisi in tribus casibus.

Item quod aliquis non capiatur infra ciuitatem siue banna eiusdem per personam quamdiu paratus fuerit cauere ydonee de stando juri, nisi cum consilio *ipsorum* ciuium (predictorum), nisi esset fur *notorius* inuentus in furto, proditor manifestus vel homicida infra ciuitatem vel banna, quantumcunque alias enorme deliquerit. Et si alias caperetur, ciues Sedun. possint ipsum deffendere ne captus deduceretur. Hoc (adiecto) *adicto* quod dnus cum adiutorio ciuium, si indigeat, ipsum infra ciuitatem detineat, donec (per ciues) *de consilio ipsorum ciuium per ipsum dnum* cognoscatur vtrum sit incarcerandus vel non.

11. Qualiter venit puniendus qui de pugno percusserit.

Item si aliquis percusserit de pugno aliquem sine sanguine, teneatur dno *episcopo* in quatuordecim sol. ad misericordiam et ad emendam iniuriam passo, siue cum sanguine (nisi) *si* leuiter, sicut per nares et per os. Si cum sanguine, debeat sexaginta sol. Maur. ad misericordiam dni.

12. Qualiter puniuntur percussores per pedes et palmas.

Item qui percusserit de pede, debeat pro banno viginti sol., qui percusserit de (palma) *parma*, debeat (pro) *de* banno quinque sol. si sine sanguine. Si cum sanguine debeat sexaginta sol., nisi leuiter, *vt* per nares (et) *vel* per os, vt superius est expressum.

13. Qualiter honestior persona percutiens sibi contumelias dicentem est liber.

Item si (aliquis) *aliqua* vilis persona dixerit alicui persone honestiori verba contumeliosa et illa persona honestior de

pugno vel de palma illam vilem personam percusserit, sine sanguinis tamen effusione, nisi leuiter per nares vel per os, vt superius dictum est, ad bannum vel penam minime teneatur. In omnibus autem predictis in quibus infertur iniuria, emenda fiat iniuriam passo, considerata tamen qualitate et conditione personarum.

14. Qualiter dnus non habet bannum contra dicentes alicui iniuriam in absentia dni.

Item de verbis iniuriosis dictis non in presencia judicum vel officialium, si iniuriam passus sibi emendam adiudicari (peciit) *pecierit*, nullum bannum dno debeatur, et si non petat multo minus.

15. Qualiter omnes ciuium ordinationes et testamenta debent inconcussa teneri.

Item quicumque ciuium dicte ciuitatis decesserit sine testamento vel alia ordinatione, bona ipsius decedentis mobilia et immobilia primo perueniant ad liberos et *ad* vxorem nomine vsufructus, si quos habuerit; alioquin ad proximos vsque ad quartum gradum consanguinitatis inclusiue, gradibus computatis secundum canonicam equitatem. Et si decedens bastardus fuerit seu vsurarius notorius et de bonis suis ordinauerit vel inter viuos per (donationes) *ordinationes* vel alio modo aut in vltima voluntate testando, codicillando, legando, donando causa mortis, ordinatio eius valeat et inconcussa teneatur, cuiuscunque conditionis existat, siue legitimus fuerit siue bastardus seu eciam vsurarius notorius, primo prestita cautione seu satisdatione per vsurarium de emendando *vsuras* secundum jura (vsuras).

16. Qualiter nullus potest vendere tabernam nisi ciues, clerici et nobiles.

Item quod nullus possit vendere vinum ad tabernam infra dictam ciuitatem vel banna eiusdem, nisi fuerit ciuis seu bur-

gensis Sedun., aut clericus beneficiatus (in ecclesia Sedun.), *vel alibi habitantes infra banna*, aut nobilis ciuitatis.

17. Qualiter omnes qui acquisierint de bonis ciuium tenentur participare in vangiis.

Item quod quicunque adquisierit de bonis et rebus ciuium Sedun. *existentibus infra dominium ciuitatis Sedun.*, teneatur contribuere (et ponere) in missionibus et expensis dicte ciuitatis secundum modum et qualitatem rerum adquisitarum, sine preiudicio clericorum *ecclesiarum* et nobilium.

18. Qualiter dnus non debet capere aquam nisi in turno suo, excepto pro prato fori.

Item quod dnus episcopus non debeat *seu ei non liceat* accipere aquam ad (ir)rigandum terram *suam* nisi quando sibi veniet li tors, excepto prato de foro.

19. Qualiter debeat puniri ille qui tulit falsum testimonium.

Item (quod) si aliquis falsum testimonium contra aliquem protulerit, (et) publice detineatur et demonstretur per spacium vnius diei in loco publico in ciuitate et puniatur secundum consuetudinem Sedun.

20. Qualiter dnus non debet inquirere contra aliquem si bene jurauerit vel male.

Item si aliquis jnrauerit delato sibi juramento *a parte tantum non a judice*, non debeat fieri inquisitio per dnum quemcunque vtrum bene jurauerit vel male.

21. Qualiter dnus debet facere et patefieri cognitionem per homines terre Vallesii.

Item si aliquis ciuium haberet causam contra dnum episcopum vel coram dno episcopo contra quemcunque alium vel coram alio quocunque judice, et petat sibi fieri cognitionem proborum hominum de terra Valesii, digna cognitio debeat sibi reddi, nisi manifeste constaret ipsum calumpnicse petere

cognitionem predictam, dum *tamen* causa fuerit super hereditate inter dnum et priuatum, et si coram alio judice, appelletur ad dnum *episcopum*, (et) eciam si inter alias personas causa sit, *et ad consilium dictorum proborum hominum, reddatur cognitio per dictum dnum episcopum vel curiam suam.*

22. Qualiter dni non possunt habere commissionem super bonis pupillorum et viduarum.

Item si aliquis fuerit homo dni episcopi vel alterius cuiuscumque et moriatur relicta vxore vel liberis non habentibus etatem *XIIII annorum*, quod ipsa vxor et eius liberi non amittant nec amittere debeant feudum, quamuis steterint quod non fecerint fidelitatem dictis dnis, quousque mulier alium maritum acceperit, (et) *vel* liberi ipsius (descreti) *mariti defuncti* ad etatem legitimam peruenerint, dum tamen soluant alia vsagia que de feudis *debentur* et alia que de consuetudine ciuitatis *Sedun.* debentur *vel consueuerunt persolui*, videlicet (quod ad etatem vsque quatordecim annorum dicti liberi) *quousque dicti liberi ad etatem legitimam scilicet XIIII annorum peruenerint et* existant.

23. Qualiter dnus debet soluere debita super bonis sibi confiscatis.

Item si aliquis ciuis seu burgensis aliquid forefecerit seu deliquerit, ita quod bona eius cadere debeant in commissum, ille dnus cui committuntur super ipsis bonis satisfacere teneatur creditoribus quibus ille qui deliquerit antea tenebatur.

24. Qualiter dnus et sui officiari debent primo satisfieri facere creditoribus quam clamas recipere.

Item si clama (facta) fuerit de aliqua persona et illa persona bona sua ponat in manu curie (pro clamis), quod aliquis dnus vel curia nichil percipere debeat de bonis ipsius pro clamis vel pro alio, donec satisfactum fuerit creditoribus qui querimoniam (deposuerant) *deposuerint.*

26. Qualiter spurii seu bastardi possunt de eorum bonis ordinare.

Item *quod* si aliquis spurius moriatur relictis liberis (ex) *et* vxore propria, res ipsius spurii sint liberorum eiusdem (et) *vel* vxoris *sue* vsufructuario nomine. Si vero nec vxorem nec liberos habuerit, de bonis suis ordinare valeat et testari si et in quantum (est consuetum et de jure) *jura canonica permittunt*, saluo feudo homagii ligii. Et si forsan moreretur sine testamento et ordinatione alia, res et bona ipsius sint dni episcopi, ita quod (de) ipsis bonis satisfacere teneatur creditoribus decedentis, aut deueniant cui (aliter pertinere) *alias deuenire* debebunt quo ad spurios nobilium hominum.

27. Qualiter ciues possunt facere commune et statuta sine auctoritate superioris.

Item dicti ciues possint habere commune, administratores et consules ipsius communis, communitatem et vniuersitatem facere, procuratores et syndicos constituere, qui rem communem ipsius ciuitatis administrare et ordinare valeant, statuta facere circa rem communem et ipsa statuta (renouare) *renocare* quociens eis videbitur expedire, auctoritate superioris, si eis non placuerit, minime requisita vel requirenda, modo et forma hactenus consuetis.

27. Qualiter ciues debent dno caualcatas pro defensione ecclesie.

Item debet villa siue ciuitas dno episcopo per totam suam dyocesim caualcatas propter necessitatem mense episcopalis Sedun., quociens(cunque) necesse fuerit, et eciam extra pro deffensione terre ecclesie Sedun. tantum. *Super autem auxilio prestando cuicunque persone per dnum episcopum Sedun. prouidere teneantur ipsi ciues Sedun., sicut est consuetum, et dare ipsi dno episcopo auxilium et juuamen, requisito prius consilio generali patrie.*

28. Qualiter ciues et habitantes Sedun. possunt capere delinquentes et dare curie.

Item si aliquis, cuiuscunque status et conditionis existat, percusserit mortaliter aliquem infra ciuitatem siue banna eiusdem, quod possit (retineri et detineri vel a quocunque) *detineri vel retineri a quocunque* ipsius ciuitatis, tradendus curie. Et si fugiens se ipsum deffenderet cum armis, ita quod sine lesione detineri nequiret, de vulnere aut de morte ipsius, si inde sequeretur, dicti ciues ad penam minime teneantur, vel alii quicunque (ipsum) detinentes, *omni fraude et dolo cessantibus, et saluo semper ordine episcopali et alio quocumque ordine clericali, cum non intendat ipse dnus episcopus nec intendere debeat nec etiam alius ecclesiasticus ad penam sanguinis alicui irrogandam seu ad vindictam, nisi quathenus hoc fieret jure permittente et absque periculo ordinis clericalis.*

29. Qualiter ciues possunt resistere familiaribus dni se indebite inuadentibus sine pena.

Item si aliquis familiaris dni episcopi aliquem ciuem Sedun. siue extraneum infra ciuitatem vel banna inuaderet manu armata siue causa rationabili, quod inuasus possit resistere dicto familiari cum (aliorum ciuium adiutorio) *auxilio ciuium moderato*, sine pena.

30. Qualiter dnus nec sui officiarii non possunt taxare mensuras sine ciuibus.

Item quod dnus episcopus siue eius officiales non (possint nec) debeant *nec eis liceat* mensuras bladi (et) *vel* vini vel alias quascunque in dicta ciuitate taxare siue (changnar) *channar*, nisi vocatis discretioribus (aliquibus) ipsius ciuitatis, et si aliqua mensura inueniatur habens signum antiquum sine aliqua machinatione, quamuiscunque esset debilior, tenens ipsam mensuram ad aliquam penam minime teneatur, nisi post prohibitionem ipsa mensura vsus fuerit.

31. Qualiter si aliquis ciuium aliquid in judicio confiteatur aliis non preiudicat.

Item si aliquis ciuium predictorum coram dno episcopo vel coram officialibus suis siue judicibus quibuscunque confessionem *fecerit non in modum testis sed aliter*, transactionem siue pactionem faciat, aliis ciuibus minime nocere (debeant) *debeat*, sed eis legitima sit reseruata deffensio. Nec dnus episcopus siue eius officiales vel judices predicti ad consequenciam illud trahere *habeant vel* ualeant in preiudicium aliorum, nisi nomine vniuersitatis haberet in (mandato) *mandatis*.

32. Qualiter non debent molestari ciues qui fecerint debitum suum in insequendo malefactores.

Item *quod* si dnus episcopus vel alius judex quicunque molestaret siue inquietaret aliquem ciuem Sedun. siue aliquem in dicta ciuitate morantem super eo quod dicti ciues vel morans infra ciuitatem non (fecissent) *fecisset* debitum suum in sequendo vel retinendo aliquem malefactorem delinquentem infra ciuitatem vel eius banna, et dictus ciuis vel morans paratus fuerit prestare juramentum debitum suum fecisse in (retinendo vel sequendo) *sequendo vel retinendo*, vlterius minime super hiis debeant molestari, nisi foret manifestum ipsos negligentes extitisse.

33. Qualiter omnes tenentur sequi vexillum ciuitatis qui sunt ciues.

Item quicunque moratus fuerit infra ciuitatem Sedun. per annum et diem tenens focum et locum, receptus ab aliis ciuibus in ciuem, qui (et) voluerit esse ciuis et vti libertate et immunitate aliorum, teneatur sequi vexilla ciuitatis predicte, quociens necesse fuerit, cuiuscunque condicionis et status existat, alias priuetur omni communitate et libertate ciuitatis predicte, clericis *tamen* exceptis.

34. Qualiter dnus nec eius officiarii non debent capere panem pistorum sine presencia sindicorum.

Item quod dnus episcopus (et) *vel* eius officiales siue judi-

ces inferiores non (possint nec) debeant *nec eis liceat* accipere panem pistricum (siue deys boleyngieris) *seu bolengiarum* et frangere, vt maliciose consueuerunt aliquando, nisi vocatis administratoribus siue procuratoribus dicte ciuitatis et de consilio eorumdem.

35. Qualiter quelibet mulier potest legitime contrahere sine auctoritate superiorum.

Item quod quecunque mulier possit contrahere matrimonium cum quocunque voluerit (sine licencia dni, dum tamen legitime contrahat) *legitime tamen sine licencia dni.*

36. Qualiter ciues, etiamsi non fideiusserint in trina impositione, ad solum bannum teneantur.

Item si alicui *ciui* impositum fuerit bannum per dnos pro primo, secundo et tercio die, vt moris est ciuibus *banna* imponere, et infra tres dies predictos minime fideiusserit, in solo banno sexaginta sol. tantum teneatur ad misericordiam dni.

37. Qualiter non debet questionari nisi vocatis aliquibus ciuibus.

Item si aliquis ob aliquod maleficium detineatur, non judicetur siue ponatur questioni uel torture, nisi (presentibus aliquibus ciuibus ad hoc vocatis et) *legitime requisitis seu ad hoc vocatis aliquibus ciuibus seu* deputatis per alios ciues (et juxta judicium ipsorum) *iuxta ipsorum ciuium consilium* deputatorum, si et prout alias extitit observatum ab antiquo.

38. Qualiter super causa regalie examinatio fiat per nobiles et ciues Sedun. et alios de terra ecclesie.

Item si causa aliqua regalie (moueatur) *sit* super qua fiat (cognitio) *examinatio, collatio vel consilium,* fieri debet per nobiles et ciues Sedun. et alios de terra ecclesie Sedun. secundum consuetudinem terre et non per alias personas.

39. Qualiter qui a culpa absoluitur non tenetur ad penam uel pastum.

Item si aliquis ob causam aliquam detentus fuerit secundum modum vel distinctionem predictam et aliquis (inde) *sic* captus vel detentus absoluatur a culpa per cognitionem, per consequens aliquam penam siue pastum minime soluere teneatur, sed ille qui ipsum accusauit siue denunciauit contra eum, ad penam et pastum teneatur et ad emendam iniuriam passo.

40. Qualiter dnus nec eius judices non debent facere inquisitionem contra ciues.

Item quod dnus episcopus uel aliquis suorum officialium seu iudicum aliquam inquestam contra aliquem ciuem seu burgensem Sedun. super aliquo crimine (facere non possit) non *faciant nec eis hoc liceat*, nisi ille contra quem inquirere intenditur, prius super illo crimine fuerit diffamatus.

41. Qualiter incole Sedun. gaudent priuilegiis ciuium.

Item quod omnes habitantes et incole morantes infra ciuitatem Sedun. et banna dicte ciuitatis et parochiani Sedun., siue clerici aut layci sint, et cuiuscunque status et condicionis existant, presentes et futuri, vtantur libertatibus et franchesiis et immunitatibus ciuitatis predicte.

Quibus omnibus et singulis, vt supra, intellectis et auditis per dictos dnum vicarium et procuratorem dicti dni episcopi, prefati dnus vicarius et dnus Petrus procuratorio nomine dni episcopi predicti dictos bonos vsus, libertates, immunitates et franchesias ac statuta, habito consilio capituli Sedun. et nobilium et proborum virorum terre, confirmauerunt, ac ipsos vsus, statuta, libertates, immunitates et franchesias manutenere et obseruare promiserunt, eciam sub juramento et promissione alias per eosdem dnos vicarium et procuratorem nobilibus, ciuibus, burgenssibus et ceteris popularibus ac gentibus terre et ecclesie Sedun. in predicto consilio generali presentibus et stipulantibus ac in manu mei notarii infrascripti

stipulantis et recipientis nomine et ad opus quorum interest et intererit in futurum, factis, habitis et promissis nomine et ex parte dicti dni episcopi et in animam eiusdem dni electi et episcopi Sedun., et non contra predicta vel aliquid predictorum per se vel per alium de cetero venire, nec alicui contraire volenti in aliquo consentire, insuper et procurare pro posse quod dnus electus et episcopus Sedun. omnia et singula premissa confirmabit pro se suisque successoribus et obseruabit. Et de predictis singulis et vniuersis dicti ciues et procuratores dicte ciuitatis de consensu procuratoris et dni vicarii dicti dni electi et episcopi Sedun. predictorum, nomine quo supra, preceperunt michi notario infrascripto facere publicum instrumentum, quod sigillari possit sigillo dicti dni vicarii et eciam duplicari et scribi, eadem substancia semper seruata, ad opus ciuitatis et illorum de ciuitate quorum interest uel intererit in futurum, quociens opus fuerit et necesse. Ad premissa fuerunt testes vocati et rogati qui sic vocantur : Perrodus dictus de Lator de Columberio, gener quondam Johannis de Crista de Grimisua, Johannes de Vineis, gener Johannis Anthonii de Vespia, domicellus, Aymo Mariete de Sancto Brancherio, clericus et jurisperitus, Franciscus de Curtinali, Johannes frater eius, Franciscus de Curiis de Grimisua, Symondus nepos quondam Franchodi Curti Lumbardi et plures alii. Johannes Buxurni precentor maioris ecclesie Aptensis, auctoritate apostolica publicus notarius, et ego Girardus Maior de Dallon, dyocesis Sedun., clericus, auctoritate imperii publicus notarius, qui in premissis omnibus coram prefatis dno vicario generāli tam in spiritualibus quam in temporalibus pro dicto dno electo et episcopo Sedun., et dno Petro procuratore dicti dni episcopi Sedun., de quorum vicariatu et procuratorio mihi Girardo notario predicto ad plenum constat, tam ex parte dictorum ciuium quam ex parte dictorum dni vicarii et procuratoris nomine dicti dni electi et episcopi Se-

dun., prout superius dictum est, actitatis, factis, dictis et concessis vna cum dictis testibus presens fui et ea scripsi rogatus in formam publicam ad instanciam et requisitionem dictorum ciuium, fideliter redegi, signoque meo solito signaui in testimonium veritatis. Ego Johannes Buxurni precentor maioris ecclesie Apten., publicus apostolica auctoritate notarius, supradictus, omnibus per dictum dnum vicarium et procuratorem confirmatis et obseruare promissis vna cum prenominatis testibus et notario presens interfui, et hic manu mea propria me subscripsi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum et signum meum apposui consuetum. Actum et datum ut supra.

Et nos Helias de Sendrens vicarius supradictus sigillum regalie ecclesie Sedun. ac sigillum nostrum proprium quo vtimur presentibus litteris seu huic presenti instrumento duximus apponendum in fidem et testimonium omnium premissorum.

Les deux sceaux sont suspendus par des cordons de soie rouge. Le sceau de la régalie porte la légende suivante: † S REGALIE SEDVNENSIS ECCLESIE, autour d'une main tenant un glaive, avec une couronne à droite et une étoile à gauche.

1721

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Cristin du Châtelard.

Sion, 1338, 5 juillet.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. v.

Anno Dni M°CCC°XXX°VIII°, indicione V, die V mensis julii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, in presencia ven. viri dni Helye de Sindrens, doctoris legum, vicarii dni episcopi (Sedun.), constitutus Christinus filius quondam Martini dou

Chastelar de Vex, dictus Christinus recognouit per juramentum suum pro se et suis heredibus in recta linea descendentibus se et dictos suos heredes in recta linea descendentes esse homines ligios dicti dni episcopi, etc., et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo, etc., jussiones ciuitatis Sedun. et excubiarum eiusdem ciuitatis faciendarum, et debet et tenetur collectas Montis ordei recolligere, ita quod idem Cristinus et eius heredes predicti post eius decessum debent esse perpetue de familia dni et habere victum et vestitum in curia, secundum statum suum, et eadem immunitate gaudere qua gaudent alii familiares dni a curia antiquitus affeudati, debent etiam opera dni secundum mandatum dni uel mistralis sui pro posse suo curare et omnia bona ipsius dni episcopi suo posse fideliter custodire, deffendere et inutilia precauere et turbare. De hiis vero recognouit se debere dicto dno episcopo, etc. homagium ligium per ipsum dicto dno vicario ad opus dicti dni episcopi more solito iam factum, item vnam lb. piperis ad magnum pondus annuatim, item vnam lb. cere et duos sol. Maur. seruicii annui in natiuitate Dni et decem sol. placiti. Ad hec fuerunt testes rogati vir nobilis Petrus vicednus Sedun., etc. et Jacobus de Chouson, clericus quondam, notarius publicus, qui hanc recognitionem recepit.

1722

Le vicaire général de l'évêque de Sion confirme les libertés et les franchises de Martigny.

Sion, 1338, 10 juillet.

Archives de Martigny.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo trecentesimo tricesimo octauo, indiccione sexta, die decima

mensis julii, pontificatus dni Benedicti pape XII anno quarto, in presencia mei notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, ven. et discretus vir dnus Helias de Sendrens, licentiatus in legibus, vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus reuerendi in Christo patris et dni dni Philippi Dei et sedis apostolice gracia electi Sedun., confirmauit Nantermo vicedno Martigniaci et Perrodo saltero eiusdem loci et Willermo de Lurthier, nominibus suis et nomine tocius communitatis proborum hominum et personarum de Martigniaco, omnimodas et singulas libertates, franchesias, bonos vsus et consuetudines quibus usi sunt acthenus et uti consueuerunt et fuit prout ab antiquo fuerunt per predecessores episcopos prefati dni electi obseruate, et promisit idem dnus vicarius bona fide ipsos et ipsas eis conseruare et pro posse facere obseruari. Actum in curia episcopali Sedun., presentibus ven. et discretis viris dno Rodulpho de Verrenco canonico Sedun., Petro Maioris de Chamoson, Aymone filio Nantermi de Columberio domicelli, Jacodo Varisini clerico, notario publico, Perrodo Mora fabro, ciue Sedun., et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Johannes Buxurin, precentor Apten., publicus apostolica auctoritate notarius, etc.

Signet du notaire.

1723

Reconnaissance de Johannod Seler en faveur de l'évêque de Sion.

Sion, 1338, 16 juillet.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xxvii.

* Anno dni M°CCC°XXX°VIII, indicione VI, XVI die mensis julii, Seduni, in curia episcopali, Johannodus Seler recogno-

uit se tenere in planum feudum a dno episcopo quoddam stadium seu tabulam situm seu sitam supra magnum pontem et supra cursum aque Sedune, et inter domum Amedei Cheuryllout de magno ponte et cameratam quondam Danyseti Coci, et se inde debere dicto dno episcopo vnam lb. piperis ad magnum pondus annui redditus, item XII den. seruicii annui et II sol. placiti. Et Ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1724

Reconnaissance de Guillaume Mugners en faveur de l'évêque de Sion.

Sion, 1338, 27 juillet.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun, f. XXV.

* Anno Dni M°CCC°XXX°VIII, indicione VI, XXVII die mensis julii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Willermodus filius quondam Willermi Mugners de Vico prati recognouit per juramentum suum se debere preparare de seruicio perpetue pro uno hospite cubando vnum lectum ad requisicionem dni episcopi et vicedni, quando idem dnus episcopus uel vicednus tenent curiam, et quis ipsorum dictum lectum prius pecierit illud habeat, et hoc super quadam domo sita Seduni, in Vico prati, que domus, vt asseruit dictus confitens, est de feudo homagii dicti vicedni. Et pro dicto lecto liberatus est de clamis et excubiis. Testes : Perrodus de Bacio jurisperitus, etc. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

Le même livre contient plusieurs autres reconnaissances semblables.

1725

L'évêque de Sion défend aux notaires d'empiéter sur les droits de la chancellerie du chapitre.

Meras, 1338, 6 août. — Sion, 1340, 2 mars.

Archives de Valère, D, 8.

Philippus Dei et apostolice sedis gratia electus Sedun. omnibus et singulis subditis nostris et aliis quorum interest uel interesse poterit in futurum, salutem in Dno sempiternam. Conquestione et querimonia per ven. nostrum capitulum Sedun. nobis facta accepimus quod a tempore obitus bone memorie dni Eymonis episcopi Sedun., predecessoris nostri, aliqui qui se tabelliones asserunt, sub forma instrumentorum que de noe consueuerunt nuncupari, usurpant jus cancellarie et per consequens capituli prelibati, sibi applicant utilitatem et emolumentum que ratione contractuum imperpetuum rerum existentium in nostro dominio terre Vallesii et cartarum cancellarie et registri consueuerunt prouenire, cum, ut dicit dictum capitulum, ius non habeant talia in eorum et etiam nostrum preiudicium attemptandi, ad quod capitulum, prout ipsum asserit, ius cancellarie pertinet et iuratorum cancellarie creatio sub certis modis et conditionibus nobis per iddem capitulum promittendis et etiam obseruandis. Quo circa nos, volentes ad requisitionem prelibati capituli eidem capitulo de remedio oportuno prouidere, prohibemus dictis notariis qui nunc sunt aut qui pro tempore fuerint in nostro dominio terre Vallesii et sub pena excommunicacionis in eos ferenda, ne predicta presumant in preiudicium nostrum et dicti capituli aliqualiter de cetero attemptare, alioquin ad interesse nostrum et dicti capituli condempnabuntur ac etiam alias pu-

nientur, prout fuerit rationis et iuris. Inhibentes tenore presentium officialibus nostris et aliis iurisdictionem habentibus, ne in iudiciis vel extra talibus instrumentis confectis uel conficiendis per dictos notarios fidem adhibeant super testamentis et contractibus perpetuis rerum et bonorum existentium in dominio nostro et terra Vallesii predicta. Et si prefati tales notarii aliquam causam iustam in contrarium habeant, volumus quod eam coram nobis uel vicariis nostris proponant, recepturi ibi quod fuerit rationis et iuris. Hanc autem inhibitionem nostram per omnes ecclesias terre Vallesii precipimus publicari. Mandantes et precipientes prioribus, curatis siue vicariis ad quos presentes littere peruenerint, vt ipsas publicent in suis ecclesiis presente populo, et reddant huiusmodi litteras suis sigillis sigillatas presentium portatori in signum precepti nostri seu mandati executi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris iussimus apponi. Datum apud Morasium in Wenesio [1], die sexta mensis augusti, anno Dni millesimo trecentesimo tricesimo octauo.

Sceau pendant en mauvais état.

Jacobus decanus Sedun. et Dyonisius de Thora, canonici Sedun., vicarii in spiritualibus rev. in Christo patris ac dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopi, vniuersis et singulis prioribus, curatis, vicariis et aliis ecclesiarum rectoribus ciuitatis et diocesis Sedun. ad quos presentes peruenerint, salutem in omnium saluatore. In virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis ac supensionis ab officio pena vobis et vestrum cuilibet precipiendo mandamus quatenus litteras predicti dni nostri episcopi tunc electi hic annexas et contenta in eis investris ecclesiis inter missarum solempnia, quam cito commode poteritis, publicetis et vestris subditis

[1] Viannesio, dans un Vidimus.

intimetis et in signum publicacionis et intimacionis huius sigilla vestra quilibet in cedula ubi nomen parrochie sue scribitur, statim visis presentibus, apponatis. Retinentes tamen singuli vestrum transcripta que vobis transmittimus continentia verbo tenus totum predictarum litterarum seriem et tenorem. Datum Seduni, sub sigillo curie officialis Sedun. quo usi sumus in hac parte, secunda die mensis marcii, anno Dni M°CCC°XL°. Reddite presentes litteras sigillatas sigillis vestris, ut supra, portitori earum.

Dy. officialis.

Nombreuses bandelettes garnies de quelques sceaux.

1726

Hommage prêté à l'évêque de Sion par les hommes de Salin.

Sion, 1338, 30 août.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xxxiii.

Anno Dni M°CCC°XXX°VIII°, indicione VI^a^, die XXX mensis augusti, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, constituti Giroldus de Saleyns, Jaquemodus Leydesoz, Aymo frater eius, Jaquetus de Furno, Arencerius de Saley, Petrus frater eius, Martinodus de Cleyby, Perrodus Colant, Bosonerius de Saleyns, Jacodus dou Byoley, gener Willermodi dou Byoley, et Johannodus Berengerii, iidem homines suprascripti recognouerunt per juramenta sua se ipsos et omnes alios homines de Saleyns esse homines dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. propter manutenenciam, recognouerunt eciam quod omnes morantes in villa de Saleyns sunt homines dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. racione manutenencie, et se tenere ab ipso dno episcopo aquas et nemora cum commu-

nitate Sedun. in nemoribus et acquis ac personis ex alia parte Rodani, et se inde debere dicto dno episcopo viginti sol. Maur. in tallia paschali. Item recognouerunt quod quilibet ignis qui tenet hospicium uel facit ignem per spacium anni et diei apud Saleyns, debet dicto dno episcopo vnum fasciculum feni ratione marescalcie; et si contingeret ignem extinguere, fasciculus est extinctus; et si dnus hospicii habeat IIII^{or} uel III filios et quilibet eorum tenet hospicium per dictum tempus seu teneat, quilibet tenetur in fasciculo feni, et debet esse fasciculus talis quod homo possit eum portare deys Saleyns apud Sedunum. Item dixerunt et recognouerunt quod quando cives Sedun. vadunt alicubi in caualcatam nec possunt apud Sedunum pernoctare, quod illi de Saleyns debent venire Seduni et custodire ciuitatem, donec sint reuersi, et salterus Sedun. debet hoc eis intimare. Ad hec fuerunt testes rogati Jacobus de Chovson clericus, Nicholodus filius quondam Girardi de la Ruuina, Aymo de Sancto Mauricio, Perrodus de Bacio, clerici, jurisperiti. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1727

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Théodule de la Croix.

Sion, 1338, 3 septembre.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. iii.

Anno Dni M°.CCC°XXXVIII° inditione VI, III die mensis septembris, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, constitutus Theodulus de Cruce ciuis Sedun., idem Theodulus in presentia ven. viri dni Helye de Syndrens, doctoris legum, vicarii dni episcopi, recognouit per juramentum suum, etc. se esse hominem ligium dicti dni episcopi, etc. et se tenere in feudum

homagii ligii ab ipso dno episcopo perceptionem vnius denarii in qualibet balla quarumcumque mercandiarum nomine pedagii et alium denarium pro quolibet magno equo etiam nomine pedagii, item perceptionem pro quolibet curru onerato duorum denariorum de rebus que dicuntur sub parno pondere, et vnius den. pro quolibet equo uel mulo que dicuntur sub eodem pondere et non per pertison. De quibus recognouit se debere LXX sol. Maur. seruicii annui, quos percipiunt Anthonius, Johannodus et Francesia liberi quondam Ybleti de Gignoni domicelli, et fuerunt dati in feudum homagii ligii predicto Ybleto per reuer. in Christo patrem ac dnum dnum Aymonem de Castellione, quondam episcopum Sedun., prout in chartra super hoc confecta plenius continetur, et dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. septem lb. Maur. placiti in mutatione vassalli. Item recognouit se tenere a dicto dno episcopo, etc. in augmentum dicti feudi homagii ligii quoddam pratum seu viridarium situm subtus saxum de Valeria, etc. Ad hec fuerunt testes regati Jacobus de Chouson clericus, Thomassinus Lumbardus, Petrus Magy, ciues Sedun. Et ego Jacobus de Pontally, clericus, notarius infrascriptus.

1728

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Soffred de Combe.

Sion, 1338, 3 septembre.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. iiii.

Item anno die et loco quibus supra, constitutus Soffreydus de Comba ciuis Sedun., idem Soffreydus recognouit per juramentum suum, etc., in presencia dicti dni vicarii dicti dni episcopi, se esse hominem ligium dicti dni episcopi, etc., et se

tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo, etc., vnum den. super qualibet balla nomine pedagii quarumcumque mercandiarum, exceptis ferramentis, super pedagium vetus dicti dni episcopi, et vnum den. super qualibet balla ferramenti extra dictum pedagium vetus, vsque ad summam quindecim lb. Maur., et se inde debere dicto dno episcopo, etc., sex sol. Maur. seruicii annui et XL sol. Maur. placiti in mutatione dni et tenentis. Item tenetur reficere et manutenere stratam publicam sumptibus suis a molendino de Lestraz vsque ad pontem Sancti Leonardi et etiam dictum pontem. Et est sciendum quod dictus Soffreydus protestatus est de jure suo secundum quod in chertra affeudationis continetur. Ad hec fuerunt testes rogati qui in precedenti recognitione continentur. Et ego Jacobus notarius infrascriptus.

1729

Reconnaissance de Perrod Provençal en faveur de l'évêque de Sion.

Sion, 1338, 6 septembre.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xviii verso.

* Anno Dni M°CCC°XXX°VIII°, indicione VI^a^, VI die septembris, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Perrodus Prouençalz mercifer, ciuis Sedun., recognouit se debere dno episcopo vnam lb. cum dimidia piperis redditus annui videlicet vnam lb. racione cuiusdam edificii per ipsum facti in ciuitate Sedun. supra magnum pontem existentem supra Sedunam, et aliam mediam racione burgesie, videlicet pro eo quod ipse est burgensis Sedun. Et ego Jacobus de Pontally, etc.

1730

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Willermod Corna.

Sion, 1338, 9 septembre.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xix.

* Anno Dni M°CCC°XXX°VIII°, IX die mensis septembris, in ciuitate Sedun., Willermodus filius quondam Alberti Corna de Verchisyery, ciuis Sedun., recognouit se esse hominem ligium dni episcopi et se tenere ab ipso duas partes pontanagii pontis Rodani Sedun. cum sallicibus dicti pontis et aliis pertinenciis, item domum sitam Seduni versus portam de Leucha, supra cursum aque Sedune a parte anteriori, et se inde debere vnam lb. piperis seruicii ad paruum pondus et duas lb. piperis placiti in morte dni et tenentis. Et ego Jacobus notarius, etc.

1731

Défense faite au major de Vernamiège de continuer à percevoir les revenus de la mense épiscopale dans ce lieu et à Nax.

Sion, 1338, 12 septembre.

A. J. de Rivaz, Opera hist. XIII, 149, ex arch. Valer.

Helyas de Sandrens, licentiatus in legibus, generalis vicarius in spiritualibus et temporalibus reuer. in Christo patris dni Philippi Sedun. electi, Johanni majori de Vernamiesia seniori et curato siue vicario de Nas salutem in Dno. Cum bone memorie dnus Aymo de Turre quondam Sedun. episcopus, ad supplicationem et instanciam ven. Sedun. capituli, tibi Johanni majori ex certis et justis causis inhibuerit presentialiter

et per suas patentes litteras nobis exhibitas, ne tu de cetero exigeres seu recuperares ab hominibus mense episcopalis Sedun. de Vernamisia et de Nas illos redditus quos recuperare consueveras pluribus annis ad opus dicti capituli, ad soluendum ipsi capitulo XX lb. Maur. quas percipere consueverant et debent super dictis redditibus annuatim, nobis ex parte dicti capituli extitit supplicatum quatenus similem inhibitionem facere tibi curemus et predictis hominibus nostris, ne tibi super predictis redditibus in aliquo respondeant in futurum, cum ipsum capitulum satisfactionem debitam a te nequeat de predictis habere. Nos igitur vicarius generalis prefatus juste supplicationi predicti capituli annuentes contradicimus et inhibemus tibi tenore presentium, sub pena feudi quod ab episcopali mensa tenere dignosceris, ne tu ex nunc in antea exigere et recuperare presumas ab hominibus predictis redditus supradictos seu aliquid ex eisdem, sed ipsos exigere et recuperare per nuntium seu nuntios ipsius mense ad opus capituli libere et quiete permittas. Vobis autem curato de Nas mandamus quatenus presentem litteram nostram et contenta in ipsa dicto maiori ex parte nostra denuntietis et intimetis, et nihilominus predicta omnia in ecclesia vestra inter missarum solemnia publicetis, inhibendo expresse vice et auctoritate uostra in ecclesia vestra publice omnibus et singulis hominibus mense episcopalis predictis de Nas et de Vernamiesi, ne ipsi predicto majori super predictis redditibus in aliquo de cetero respondeant seu satisfaciant, sub pena solvendi iterum ipsos redditus prefato capitulo cui debentur, sed potius homines ipsi redditus huiusmodi integre et libere deliberent et solvant nuntio vel nuntiis ejusdem capituli singulis annis, ex nunc in antea, in termino seu terminis in quo vel quibus eos debent et solvere consueverunt. Per predicta vero nolumus nec intendimus mense episcopali seu dno electo predicto suisque successoribus prejudicium aliquod fieri in hominibus et

redditibus predictis, quominus jus, si quod sibi in premissis competat, maneat sibi salvum. Datum Seduni, cum appositione sigilli nostri, anno Dni M.CCC.XXXVIII, sabbato post nativitatem beate Marie.

Reddentes vero vos curati litteras portitori curate vestro sigillo eas sigillatas reddere in signum mandati nostri recepti et executi.

Sceau tombé.

1732

Henri de Rarogne, chevalier, nommé châtelain de la Soie par les communautés du Vallais, du consentement du vicaire général de l'évêque de Sion, prétend ne pouvoir être révoqué de sa charge que par les mêmes communautés.

Sion, 1338, 23 septembre.

Archives de Valère, minute.

Anno Dni M°CCC°XXX°VIII°, indicione VII, XXIII die mensis septembris, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, in presencia mei notarii, etc., constitutus nobilis vir et potens Henricus de Rarognia miles, idem protestauit et dixit coram Elia de Syndrens, vicario generali Dei gracia dni Philippi electi Sedun., quod cum ipse dnus vicarius nomine ipsius d ni episcopi venisset in dicto episcopatu et vniuerse communitates conuocate fuissent in dicta recepcione, et cum dicte communitates posuissent dictum dnum Henricum in castellanum in castro de Seya de consensu dicti dni vicarii, et dictus vero dnus Henricus jurauisset de reddendo dictum castrum in manu dni electi quandoque dicte communitates essent de vno consilio et ad vnam voluntatem, dictus dnus Henricus requisiuit dictum dnum vicarium quod ipse dnus vicarius faciat venire de qualibet contracta seu parochia duos vel tres nobiles vel probos

homines Sedunum ad ipsum dnum vicarium de dicto castro seu castellania reuocando, et quandoque de qualibet parochia essent duo vel tres nobiles vel probi homines de vno consilio et voluntate de reuocando ipsum dnum Henricum de dicta castellania, ipse dnus Henricus paratus est de tenendo quicquid statuum erit per dictos nobiles vel probos homines de qualibet parochia electos ad ipsum Henricum de ipsa castellania revocandum, hoc excepto quod prius sit solutus de suis expensis et de salario suo. Testes : nobilis vir P. vicednus Sedun., Jacobus de Gissiney, P. Reymont de Contez, Jo. de Orseriis, domicelli, Nycholaus de Valeria, Petrus Barber, P. Bachelar, Tomassinus Lonbar, Marcodus de Herens, Jacodus Buchod carnifes, ciues Sedun., Henricus rector hospitalis beati Johannis et Petrus Magy ciuis Sedun., Bartholomeus Aurifabri, P. Jornal, clerici publici notarii, quibus dictus dnus Henricus de premissis precepit publicum instrumentum.

1733

Les vicaires généraux de l'évêque de Sion reconnaissent avoir reçu du chapitre des ornements épiscopaux.

Sion, 1338, 23 septembre.

Registrum Perrodi de S^to^ Mauricio.

* Anno Dni M°CCC°XXXVIII°, indicione VI, IX kl. octobris, in ciuitate Sedun. in ecclesia beate Marie Virg. Sedun., in capella Sancti Michaelis arch., dnus Helias de Sendrens, licentiatus in legibus, prior Sancti Stephani de Valdunesio, Mimatensis dioc., et Helias de Cambelliacho, vicarii generales in spiritualibus et temporalibus dni Philippi electi Sedun., receperunt a dnis Jo. cantore, Nych. de Clarens, W° fratre suo, Dio-

nisio de Thoura, Anselmo de Castellione, Johanne de Orba, W° de Marlio et Christoforo de Preda, canonicis Sedun., ad opus dicti dni electi, baculum pastoralem seu crociam argenti deauratam, cum baculo ipsius ligneo coperto foliis argenteis, item mitram pontificalem argenti comparatam deauratam cum lapidibus preciosis vnacum circis (?) eiusdem mitre consimilis operis. Que omnia promiserunt reddere ecclesie Sedun.

1734

Antoine Cousyan vend sa part de l'alpe de Klenerra au recteur de l'autel du Saint Sacrement dans l'église d'Ernen.

Ernen, 1338, 19 octobre.

Archives de la paroisse d'Ernen, copie de M. Ferd. Schmid.

Notum si quod ego Anthonius filius quondam Anthonii Covsyan de Narres domicelli, laudacione Margarete vxoris mee et Marquise filie mee, vendidi pro viginti vno sol. Maur. michi solutis dno Petro curato de Aragnon, fundatori altaris Corporis Christi et beati Seuerini existentis in ecclesia beati Georgii de Aragnon, et dno Jacobo rectori altaris predicti et ad opus dicti altaris alpegium meum de alpe cui dicitur Klenerra, situm in parrochia de Aragnon, videlicet quartam partem tocius alpegii dicte alpis cum alia parte alpegii que recuperatur in aliis tribus partibus alpegii memorati. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Nicholaus Matz, dnus Petrus Buobo, sacerdotes, Nicholaus Bandilo, Petrus Perinus conuersus, Jacobus Rumech et Johannes de Lacz, clericus, qui, etc. Actum apud Aragnon, XIIII° kl. nouembris, anno M°CCC°XXX° octauo, imperio vacante, Philippo electo existente.

1735

Réversale d'Aymon, comte de Savoie, au sujet d'un subside qui lui a été accordé par les bourgeois de Saint-Maurice.

Chambéry, 1338, 23 octobre.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Nos Aymo comes Sabaudie et in Ytalia marchio notum facimus vniuersis presentibus et futuris quod cum olim, in exoneracionem grauium onerum et releuacionem facultatis et status predicti nostri comitatus, dilecti burgenses nostri Sancti Mauricii Agan. nobis graciosis affectibus concesserint subsidium de sex den. pro libra cuiuslibet precii bonorum mobilium et immobilium que venderentur per quinquennium infra confines ipsius ville, solutoque per ipsos pacifice et quiete eodem subsidio per vnum annum vel circa in. . . . . , considerauerimus modum percepcionis eiusdem sibi aliquatenus displicere et magis in graui eorum redundari quam modus inferius declaratus, volentes ipsos burgenses nostros in maiori comodo confouere, conuerti fecerimus dictum subsidium ad certam quantitatem per ipsos nobis soluendam durante dicto quinquennio, cuius quantitatis summa fuit declarata ad rationem sex grossorum pro singulis focis ipsius ville et IIII gross. pro singulis focis villularum contribuentium secum ad predicta. Quia elapso dicto quinquennio inquiri fecimus diligenter per inquisitores a nobis super hoc deputatos numerum focorum ville et villularum predictarum et soluciones ex parte ipsarum nobis factas, repertum fuit verisimiliter quod pro singulis annis dicti quinquennii restitit nobis ad soluendum infra villam et villulas predictas scilicet Sancti Mauricii, Veraze, Euyone et Mez de certa focorum quantitate, cuius defec-

tus supplementum iidem burgenses nobis integre persoluerunt, et per eosdem ipsum supplementum vnacum aliis temporis predicti particulis ex causis premissis per ipsos debitis nobis solutum fuisse confitemur. Nollentes igitur quod eisdem de gracia incommodum subsequatur, idcirco nos dictus comes effectum ipsius subsidii finitum penitus reputantes, pro nobis, heredibus et successoribus nostris, eosdem burgenses et personas dictarum villularum, heredes, successores et posteritatem eorumdem de dicto subsidio soluimus penitus et quittamus. Promittentes pro nobis, heredibus et successoribus nostris bona fide quod dictum subsidium nec aliquod emolumentum dependens ex eodem ab ipsis burgensibus et personis, heredibus, successoribus seu posteritate ipsorum non exigemus nec exigi permittemus, nec ipsum ex nunc volumus ad aliquam consequenciam nec ad aliquod simile vllatenus verti posse. Concedentes et volentes insuper quod per predicta nobis sic soluta libertates ipsorum burgensium Sancti Mauricii minime infringantur, nec ex transcursus temporis prescriptione ab ipsis occasione premissorum aliquid imposterum petere seu exigere valeamus, sed franchesias et libertates eisdem burgentibus Sancti Mauricii per predecessores nostros et nos concessas confirmamus eisdem, ratifficamus et etiam approbamus. Mandantes tenore presentium ballino et udici Chablasii ac etiam castellano Sancti Mauricii predicti, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, quatenus ipsas libertates et franchesias in casibus quibuscumque manuteneant eisdem burgensibus fideliter et obseruent inuiolabiliter cum effectu. In quorum testimonium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Datum Chamberiaci, die XXIII mensis octobris, anno Dni M°CCC° tricesimo octauo.

Relatione dni G. de Castellione militis.

G. Wich...

Sceau pendant en cire rouge.

1736

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Chabert Borgoyn.

Sion, 1338, 15 décembre.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xliiii verso.

* Anno Dni M°CCC°XXX°VIII°, die XV mensis decembris, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Chabertus Borgoyn de Grimisua recognouit se tenere in planum feudum a dno episcopo decimam de prima veyra de Arba, de Bluuignovt et de Grimisua, et se inde debere sex den. seruicii et XII den. placiti. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1737

Réparation de la citerne de Valère.

1338.

Archives de Valère, Liber I ministralie.

Anno M°CCC°XXXVIII° cisterna de Valeria fuit refecta et reparata per manum dni Nicholai de Clarens canonici Sedun., rectoris fabrice ecclesie Sedun. Et est notandum quod cementum sic factum fuit. Primo accepit magister qui reparauit eam CCCXXV lb. olei de linous et XXX lb. picis nigre, et fecit buliri predictam picem et oleum per modum infrascriptum. In quodam cacabo, qui bene continebat duo sextaria, ponebat vnum sextarium olei et circa X lb. picis et buliebatur per magnum tempus lento igne, donec spuma deficeret in eo et in buliendo esset quietum et sine vndis, et illud est signum

quod sit coctum. Et est cauendum ne dum bulit effundatur, quia in principio bulicionis fortiter spumat et augmentatur et donec sit coctum. Et cocto dicto oleo dictus magister remouit oleum de igne et cum esset adhuc tepidum, accepit XXIIII lb. de mina et V lb. de vert gre et contriuit in puluerem subtilissimum et cribrauit et miscuit dictos colores cum toto dicto oleo.

Item accepit lapides calcis viue et proiecit aquam supra, ita quod redacti sunt in puluerem. Hec est prima pars.

Item accepit latere puluerizatum tantum quantum de calce. Hec est secunda pars.

Item accepit scoriam ferri, que vocatur merdafer, et puluerem ossium animalium combustorum equaliter, de quibus fecit terciam partem. Et est notandum quod dicte tres partes erant equales et cribrauit dictas tres partes et omnes miscuit insimul.

Et quando volebat facere cementum, ponebat ad ignem de oleo circa vnum picotum, et cum esset calidum ponebat eum in quadam pila lapidea et de predicto puluere quantum sufficiebat, et pistabantur predicta cum quodam pistone ferreo, simili pistonibus cum quibus pistantur species in apothecis, per IIII^or^ horas uel circa, ita quod in mense septembris vix pistabat vnus fortis homo duas pistaturas in die. Postmodum apponebat ad murum dictum cementum percuciendo et polendo cum lapidibus fulguris politis. Et opere perfecto expediens fuisset, judicio meo, quod post perfecionem operis dimissa fuisset cisterna siccari per vnum annum; tamen Jo. de Drona et quidam alii canonici noluerunt quod expectaretur nisi per duos menses.

Et est notandum quod quelibet libra olei constitit IIII den. Maur.; quelibet lb. de mina XI den.; et quelibet lb. de vert gre II sol. V den.; et quelibet lb. picis II den.

1738

François de Compeys fait remise aux gens de Reckingen de toutes les prétentions qu'il avait contre eux.

Ernen, 1339, 7 février.

Archives de Reckingen, copie de M. Ferd. Schmid.

* Anno incarnacionis millesimo trecentesimo trigesimo nono, indicione VII, septima die februarii, in villa de Aragnon, in stupa Johannis Stegers, in presencia mei notarii et testium subscriptorum constitutus dnus Franciscus de Compeysio, miles et vicednus a Monte Dei superius in nomine Ysabelle eius uxoris, filie quondam Anthonii comitis de Blandra, qui conjuges pro concedente voluntate eorum confessi sunt et publice recognouerunt se quittasse et sinisse liberos et immunes perpetua manu pro se et heredibus eorum omnem communitatem de Rekingen de omnibus peticionibus, querelis, premaniis, grusis, bannis, seruiciis, clamis que uel quas dicti conjuges petere possent forma quacumque supra dictam communitatem de Rekingen de toto tempore retroacto vsque in diem presentem, tam pro viis itineris quam pro pontibus seu passis et archis, viis non emendatis, vna cum nemoribus, pascuis in almena, uel in quocumque delicto commissum fuisset, de quo dicti conjuges dictam communitatem punire possent, tanquam vicednus a Monte Dei superius, et hoc pro quinque lb. et tribus florenis dictis coniugibus in totum solutis, videlicet dicto dno Francisco dictas quinque lb. et dicte dne Ysabelle dictos tres florenos, pro qua uero summa soluta promiserunt

dicti conjuges dicte communitati bona fide eorum et loco juramenti omnia supradicta tenere rata, etc. Testes : Joselinus de Urnawas, Franciscus de Vyneis, Johannes filius Aymonis de Vineis, domicelli, Johannes in Platea, Johannes Christun de Vyes, Thomas dictus Schampo de inferiore Aragnon, Johannes filius Johannis de Mulinback publicus notarius et ego Johannes de Lacx, clericus Sedun., notarius publicus.

1739

Reversale de l'évêque de Sion en faveur de l'abbaye de Saint-Maurice au sujet de l'hospitalité qu'il y avait reçue.

Saint-Maurice, 1839, 25 février.

Archives de l'abbaye de Saint-Maurice, Liber vall. Illiacensis, f. 102.

Nos Philippus Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopus notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum nos, veniendo ad nostram ecclesiam Sedun., propter affectuosam instantiam venerabilis et religiosi viri amici nostri charissimi dni B. abbatis monasterii Sancti Mauritii Agaun., ad dictum monasterium causa recreationis et mutue allocutionis declinauerimus et pernoctauerimus, non intendimus neque volumus quod propter hoc dicto monasterio exempto aliquod preiudicium super exemptione et libertate sua futuris temporibus generetur, nec etiam per declarationem predictam nobis et successoribus nostris contra dictum monasterium de nouo ius in aliquo siue possessio acquiratur. In quorum omnium robur et testimonium dicto dno abbati et conuentui eiusdem loci presentem patentem litteram sigillo nostro tradidimus sigillatam. Datum in dicto monasterio, quinto calendas martii, anno Dni millesimo tercentesimo trigesimo nono.

1740

Hommage prêté à l'évêque de Sion pour un droit de péage à Martigny.

Sion, 1339, 9 mars.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xliiii, verso.

* Anno Dni M°CCC°XXX° nono, indicione VII, die IX mensis marcii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Johannodus filius quondam Willermeti de Curtinali de Grimisua recognouit se esse hominem ligium dni episcopi et se tenere in feudum homagii ab ipso dno episcopo vnum obulum Maur., quem ipse percipit apud Martigniacum de pedagio in qualibet balla ibidem transeunte, de quo feudo recognouit se debere dicto dno episcopo homagium ligium more solito, item duos sol. et duos capones seruicii annui et XX sol. placiti. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1741

Libertés et franchises de la ville de Sion.

Sion, 1339, 12 mars.

Archives de la ville de Sion, copie vidimée.
Archives de Valère, E, 66, copie contemporaine, sur parchemin [1].

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCC°XXX° nono, indictione septima, die vicesima octaua mensis julii, in ciuitate Sedun., in domo que fuit Johannis dicti Curto quondam

[1] Nous n'avons pas retrouvé l'original de cette charte; nous la publions d'après les deux copies indiquées ci-dessus, qui sont les plus anciennes à nous connues. Nous donnons le texte de la copie des archives de la ville, en

ciuis Sedun., ego notarius infrascriptus quoddam publicum instrumentum in presentia testium infrascriptorum tenui, palpaui ac legi de verbo ad verbum, cuius vero instrumenti non abrasi, non viciati, nec cancellati tenor talis est[1] : In nomine Dni, Amen. Anno incarnationis eiusdem currente millesimo CCC°XXX° nono, indictione VII^a^, die XIII^a^ mensis marcii, Seduni, in curia episcopali, in camera superiori episcopali, in presentia mei infrascripti notarii et testium infrascriptorum constitutis reuerendo in Christo patre ac dno dno Philipo Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopo, nomine suo et (nomine) successorum suorum ac (nomine) ecclesie Sedun., ex vna parte, et Francisco Montellyer, Perrodo Magy, ciuibus Sedun., sindicis et procuratoribus ciuitatis et communitatis Sedun. ac vniuersitatis ciuium eiusdem, tam nominibus suis quam nomine procuratorio dicte ciuitatis, communitatis et vniuersitatis ciuium predictorum, ex altera. Prefatus dnus episcopus, nominibus quibus supra, ad instanciam et requisitionem syndicorum predictorum instancium et requirencium, nominibus quibus supra, super libertatibus, consuetudinibus et franchesiis dicte ciuitatis conuenisse et concordasse cum dictis sindicis et procuratoribus, stipulantibus et recipientibus nominibus quibus supra, confessus est et publice recognouit per modum qui sequitur (et) *ut* in litteris eiusdem dni ibidem exibitis, lectis et de mandato eiusdem dni episcopi sollempniter publicatis plenius continetur. Quarum litterarum tenor sequitur in hec verba : Nos Philipus Dei et sancte sedis apostolice gracia episcopus Sedun. omnibus et singulis nostris fidelibus et deuotis burgentibus, parrochianis et aliis contis

indiquant les quelques variantes que présente la copie de Valère ; les mots qui ne se trouvent pas dans la seconde copie sont placés entre parenthèses, et ceux qui ne se trouvent que dans cette même copie sont imprimés en caractères italiques.

[1] La copie de Valère commence ici.

Seduni habitantibus salutem et pacem in Dno Jhesu Christo. Nuper ex parte vestra et nomine et omnium successorum vestrorum et vniuersitatis ciuitatis Sedun. per discretos viros atque burgenses ciuitatis jam dicte et omnium ciuium Sedun. Franciscum Montellyer, Petrum Magy, sindicos seu procuratores dicte ciuitatis ac ciuium et aliorum supradictorum, et eciam suo, nobis estitit humiliter supplicatum vt libertates atque consuetudines laudabiles vestras et franchesias hactenus tam per nostros predecessores quam eorum officiales in ciuitate Sedun. hactenus obseruatas et que nunc obseruantur, seruateque fuerunt tanto tempore siue vsu seu longa consuetudine cuius memoria in contrarium non existit, nos seruare eciam dignaremur et per nostros officiales siue rectores facere obseruari, necnon et illas tam nostro nomine quam nostrorum successorum omnium confirmare seu vtili confirmacione facere muniri, tam toto nostro tempore quam eciam in perpetuum valitura et eciam permansura, prout hec et quedam alia per ipsos syndicos dictis nominibus ipsa supplicacio nobis tradita continebat. Verum prefati syndici attendentes quod predicte libertates seu franchesie aut consuetudines vel forsitan alique ex eisdem, et si non omnes, facti vel facte erant et consistebant in facto, et propterea illas poteramus merito seu probabiliter ignorare, idcirco aliquas ex predictis franchesiis, consuetudinibus seu libertatibus in scriptis *nobis* per ordinem, prout infra sequitur, tradiderunt vt ecce. (*Suit la teneur des articles que nous avons déjà publiés sous le N° 1720, pag. 158 et suiv.*) Nos igitur attendentes, sicut et decuit, quod de predictis ad plenum poteramus tam per aliquos ex nostris canonicis quam personis aliis pluribus fide dignis informari, idcirco super predictis libertatibus, franchesiis seu consuetudinibus aliquos ex ipsi canonicis, pluresque cappellanos nostre ecclesie Sedun. et non nullos alios fide dignos fecimus (requiri) *inquiri* cum sacramento ac etiam interrogari, si predicte consuetu-

dines, libertates seu franchesie fuerant hactenus observate per predecessores nostros sicut proponebatur pro parte ciuium predictorum et vsu seu consuetudine approbate, super quibus processum fieri fecimus per viros discretos dnos Dyonisium de Thora, nostrum Sedun. canonicum atque officialem, et Guillelmum Augerii de Grossa, jurisperitos, ad hoc specialiter deputatos, ipsumque processum describi jussimus publica manu, videlicet per Johannem Corderii notarium publicum inferius nominatum, per quem processum et relationem predictorum commissariorum nobis constitit ipsas libertates, franchesias atque consuetudines per predecessores nostros obseruatas et approbatas fuisse et vsu longeuo seu consuetudine etiam inter ciues et burgenses ciuitatis predicte Sedun. sicut apparet manifeste seu lacius ex contentis in ipso processu ac etiam per relationem predictorum dnorum Dyonisii et Guillelmi nobis fideliter factam per eos, vnde attendentes quod transgressores consuetudinum laudabilium esse aliquatenus non debemus, tenemurque maxime burgenses predictos et ciues, vt pote nobis fideles, tam in justicia quam in suis libertatibus conseruare ac etiam confouere, scriptumque existat quecumque wltis vt faciant vobis homines, vos eadem facite illis, et alibi precipitur seu suadetur potissime ecclesiarum prelatis vt libertatem quam sibi maiores conseruari desiderant, suis subditis cum bona voluntate conseruent. Ideo prius habito tractatu (deliberato) *diligenti* atque solempni pariter et consilio cum ceteris canonicis nunc in ipsa nostra ecclesia Sedun. residentibus et cum aliis personis tam religiosis, maxime cum ven. viro dno Bartholomeo, doctore decretorum et abbate sancti Mauricii Agan., et dnis Girardo de Lustriaco et Henrico de Chastoney, canonicis abacie predicte sancti Mauricii, quam aliis viris prudentibus et honestis, et deliberacione habita etiam, prout decuit, super cunctis que pacificum statum prefate ecclesie nostre atque nostrum, dicteque ciuitatis, omnium-

que subiectorum et tocius terre ipsius ecclesie desiderant seu affectant, tanquam czelatores justicie et quod est vtilitatis publice affectantes, volentesque *ne* maleficia remaneant impunita, ipsas libertates, franchesias seu consuetudines laudabilesque hactenus, vt premittitur, obseruatas, superius adnotatas siue descriptas per has nostras patentes litteras, sigillo nostro maiori et sigillo regalie communitas, et ad maiorem roboris firmitatem de mandato nostro per Johannem Corderii auctoritate apostolica notarium infrascriptum et per Girardum de Dallyon imperiali auctoritate notarium, clericos, notarios publicos, signis vtriusque notariorum predictorum consuetis signatas, duximus confirmandas et concedendas, confirmamus etiam, concedimus et approbamus, tam nostro nomine atque tempore, quam etiam successorum nostrorum, confirmacione vtili perpetue duratura, eo modo et forma quibus melius possumus ac vtilius et firmius potest intelligi, ad vtilitatem et comodum atque tranquillum statum, bonum et pacificum predicte nostre ciuitatis Sedun. et vestrum omnium burgensium, ciuium, parrochianorum Sedun. ac ibidem infra ciuitatem vel banna habitancium, clericorum seu laycorum quorumcumque et omnium successorum vestrorum. Protestamur tamen et protestati fuimus ante omnia nos episcopus, abbas, Dyonisius, Guillelmus Augerii et canonici sancti Mauricii predicti expresse presentibus dictis syndicis et volentibus, scilicet pro cautela et conseruacione ordinis, dignitatis (et status) omnium nostrum quo ad ordinem clericalem et sacrum conseruandum, quod licet forte in aliquo casu seu aliquibus casibus contento seu contentis in suprascriptis articulis ipsas libertates seu consuetudines seu franchesias continentibus mors aut membri truncacio seu alia sanguinis pena que de jure vel alias deberetur, inferretur aut sequeretur, seu alia corporalis offensa qualitercumque fieret per quemcumque nunc aut quandocumque quo ad aliquam penam sanguinis seu vindictam aut cor-

poralem offensam inferendam non intendimus, per quam possemus incurrere aliquam irregularitatem aut periculum nostri status seu ordinis, vt supra dictum est, aut dignitatis nos dictus episcopus seu aliquis nostrum, quod Deus aduertat, cum solum ad bonum statum, pacificum et quietum ciuitatis predicte Sedun. et ciuium tociusque patrie fuerit attenta et existat intencio nostra et esse debeat, cum in eorum quiete et (pace) nos episcopus principaliter quiescamus, quem statum cum pace perpetua et eterna nobis et vobis concedere dignetur per suam misericordiam ille qui in secula seculorum sine fine viuit et regnat in secula seculorum, amen. Data Seduni, anno Dni M°CCC°XXX° nono, et die duodecima mensis marcii, indictione septima. Nos vero dictus episcopus promittimus pro nobis et nostris successoribus dictas libertates, consuetudines superius annotatas, ut supra, seruare et tenere et non contra facere vel venire per (me) *nos* vel per alium in futurum, salua protestacione premissa, ne possemus irregularitatem seu periculum status, ordinis aut dignitatis nostre incurrere, vt dictum est supra. Datum et actum per omnia ut supra. Et predicti syndici nominibus quibus supra promiserunt suprascripta seruare et non contra facere vel venire. Datum et actum per omnia ut supra. Postmodum de predictis omnibus dictus dnus episcopus et dicti syndici nominibus quibus supra pecierunt a me Girardo de Dallyon predicto notario infrascripto, juratoque cancellarie Sedun., sibi fieri publicum instrumentum et chartram cancellarie Sedun. eiusdem tenoris, substancia non mutata, ad istanciam et opus cuiuslibet partis. Et ad premissa petita fuerunt testes rogati qui sic vocantur: vir religiosus dnus Barth. doctor decretorum, abbas Sancti Mauricii Agan., dnus Henricus de Chastoney canonicus Sancti Mauricii, dnus Helias de (Camberliaco) *Chambaliaco* vicarius dicti dni episcopi, magister Guillelmus de Grossa, jurisperiti, Perrodus de Sancto Mauricio, Franciscus Montellyer, ciues

Sedun. notarii publici, Johannes de Orseriis, Nycholaus de Valeria, Martinus Luyers, Hugo de Drona, ciues Sedun., Petrus salterus de Morgy et plures alii. Actum quo ad instrumentorum requisitionem et testium subscriptionem Seduni, in camera superiori episcopali, tercia decima die marcii, anno et indictione quibus supra. Ego Girardus de Dallyon predictus auctoritate imperii publicus notarius, qui supradictis omnibus vna cum dictis testibus et Johanne Cordery notario predicto interfui per omnia, vt supra, et me in dictis litteris subscripsi rogatus, signum meum apposui *in litteris dni episcopi predictis* consuetum in testimonium premissorum. Deinde dictus Johannes Cordery se subscripsit *in litteris prefati dni episcopi* per hunc modum. Ego vero Johannes Cordery Mimaten. clericus, publicus apostolica auctoritate notarius, vna cum dictis testibus et dicto Girardo de Dallyon notario publico, qui de mandato dicti dni episcopi *scripsit* dictos testes (subscripsit) et se subscripsit (et) *cum* pluribus aliis, predictis omnibus presens fui omniaque et singula vsque ad subscriptionem videlicet vbi dicitur: postmodum, manu mea propria scripsi et me subscripsi, signoque meo consueto signaui in testimonium premissorum, et hoc de mandato predicti dni episcopi et ad requisitionem syndicorum predictorum. Datum et actum per omnia vt supra. Deinde capitulum Sedun. omnia et singula premissa laudauit per modum qui sequitur. Post modum nos capitulum Sedun. ad sonum campane, vt moris est, congregatum, videlicet Ebalus sacrista, Johannes de Aniuesio cantor, Nycholaus et Guillelmus de Clarens, Dyonisius de Thora, Petrus Wyfredi, Guillelmus de Marllyo, Ansermus de Castellione, Johannes de Orba, Petrus Grandis, Johannes de Drona, Petrus de Claromonte, Jaquemetus Bochardi, Reymondus de Modoecia, Jaquetus de Chesauz, Christophorus de Preda, necnon dictus Jaquetus de Chesauz procurator et nomine procuratorio dicti capituli, capitulantes et capitulum facientes, pro

nobis et aliis canonicis Sedun., facta ante omnia per nos nominibus quibus supra eadem protestatione quam supra fecit dnus episcopus pro ordine clericali seruando, ex certa sciencia nostra predictas consuetudines, franchesias, libertates ac omnia et singula in presentibus litteris seu instrumento coram nobis perfecte lectis et solempniter publicatis contenta laudamus, ratificamus, approbamus et emolagamus perpetue, pro nobis et successoribus nostris ad opus omnium quorum interest et intererit in futurum, et nos subscribi fecimus et jussimus per Girardum de Dallyon notarium et juratum predictum, tam in presentibus litteris quam aliis per eundem super hoc receptis, indeque eidem precepimus chartram cancellarie Sedun. et alias autenticas scripturas ad opus omnium quorum supra et sigillum capituli Sedun. vnacum sigillo dni episcopi et sigillo regalie, signisque notariorum predictorum presentibus duximus apponendum in testimonium premissorum atque robur. (Ad premissa fuerunt testes vocati) *Indeque rogeruimus cartam fieri et testes apponi* qui sic vocantur: dni Ebalus de Vespia cappellanus Sedun., Jacobus curatus de Tribus Torrentibus, Martinus, Perronetus, nepotes dicti dni Ansermi, clerici, Perrodus de Sancto Mauricio, Willelmus de Hayent cancellarius Sedun., notarii publici, Hugonodus de Hospitali clericus et plures alii [1]. Et ad publicationem presenciam et lectionem fuerunt rogati testes qui vocantur sic: Willelmus Bernardi jurisperitus de Viuiaco et Mermetus de Velarsey clericus, et ego Perrodus Lombardi clericus auctoritate imperiali notarius publicus predicta omnia et singula propria manu scripsi et in formam publicam redegi, signoque meo consueto signaui in testimonium veritatis.

[1] Les lignes suivantes ne se trouvent que dans la copie vidimée des archives de la ville de Sion. La fin de la copie des archives de Valère est différente, nous en donnons le texte à la suite du précédent, pag. 200.

Et ego Girardus predictus notarius, qui stipulando nomine et ad opus omnium quorum interest et intererit in futurum, dictam laudem et omnia et singula recepi, presentibus dictis testibus, et subscriptiones dictorum canonicorum de mandato eorumdem feci et subscripsi. Actum in choro ecclesie Valerie, die prima mensis aprilis, in kalenda, anno, inditione quibus supra, vt hec omnia predicta et singula in dictis litteris plenius continentur. Ego enim dictus Girardus de Dallyon, Sedun. dyocesis, clericus, auctoritate imperii publicus notarius juratusque cancellarie predicte, premissis omnibus cum dictis testibus interfui, prout supra, presentem copiam dictarum litterarum, subscriptionum et laudis capituli predicti de verbo ad verbum, ut in dictis litteris continetur, copiaui et exemplaui ad litteras dni episcopi predictas de mandato eiusdem dni episcopi. Et actum fuit per omnia ut supra. Postmodum anno, inditione quibus supra, XIX die maii, in curia episcopali, in camera superiori eiusdem dni episcopi, de prefatis litteris dicti dni episcopi et omnibus contentis in eisdem, sigillis et signis supradictis roboratis, ac de instrumento inde confecto ad opus dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. per me Girardum notarium predictum facta fuit collatio de verbo ad verbum ad utrumque instrumentorum predictorum in presencia dicti dni episcopi et syndicorum predictorum et ciuium plurimorum et in presencia mei Girardi notarii et jurati supradicti et testium infrascriptorum. Qua collatione facta vtrumque concordare inueni, nichil addito nichilque remoto, quod sensum mutet uel uariet intellectum. Ad predictam autem collationem factam fuerunt testes vocati et rogati qui sic vocantur : dni Dyonisius de Thora canonicus et officialis Sedun., Guillelmus de Clarens, Johannes de Dronna, Jaquemetus Bochardi, canonici Sedun., dnus Helyas de Chambaliaco vicarius dicti dni episcopi, dnus Guillelmus de Grossa judex dicti dni episcopi, Johannes Corderii notarius supra-

dictus, Jacobus de Pontally, Jaquinus de Chouson, clerici et imperiali auctoritate notarii publici, et quam plures alii. Et ego Girardus de Dallyon predictus notarius et juratus, qui in dicta collatione cum dictis testibus interfui et de voluntate et mandato dicti dni episcopi et syndicorum predictorum dictam collationem, ut supra, factam et dictos testes me subscripsi in testimonium dicte collationis solempniter et publice facte, ut superius est expressum. Actum ut supra. Et de predictis omnibus et singulis ut supra factis predictus dnus episcopus nomine suo et successorum suorum ac syndici predicti nominibus quibus supra et etiam dictum capitulum et procurator dicti capituli, quelibet pars, ut supra, sua interest, pro se petierunt et rogauerunt cartam cancellarie Sedun. cum aliis instrumentis per me Girardum notarium et juratum infra et supra dictum, tam per formam instrumenti publici quam eticam chartre cancellarie predicte, ad opus omnium quorum interest et intererit in futurum sibi fieri et testes apponi qui nominantur ut supra. Et ego Girardus de Dallyon predictus qui juratus super hoc hanc cartam leuaui et recepi vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Gonraldus de Friburgo clericus, juratus super hoc, eam scripsi. Cui si quis contra ire presumpserit maleditionem Dei incurrat et LX lb. cum obolo aureo regie potestati persoluat. Actum per omnia ut supra, imperio vacante, Philippo episcopante.

1742

L'évêque de Sion permet au curé d'Ernen d'établir une récluserie.

Sion, 1339, 13 mars.

Archives de la paroisse d'Ernen, copie de M. Ferd. Schmid.

Nos Philippus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedu-

nensis dilecto nobis in Christo dno Petro Morman curato de Aragnon, nostre Sedun. diocesis, salutem in Dno sempiternam. Per vos nuper nobis fuit oblata supplicacio et tradita tenoris per omnia subsequentis ut ecce : Vestre venerande partenitati pro parte viri fidelis atque deuoti Petri curati de Aragnon, diocesis Sedun., humiliter supplicatur, quod dignemini licenciam concedere, ut possit quamdam domum suam sitam Aragnoni, iuxta cimiterium ex vna parte et iuxta terram Johannis Bandilo ex alia, assignare sex neptibus suis uel consanguineis, virginibus feminabus Deoque deuotis atque honestis, pro reclusorio in quo possint, sicut desiderant atque petunt cum magno desiderio, famulari Dno Jhesu Christo, vitamque contemplatiuam agere ibidem, in honesto habitu, perpetuamque castitatem seruare, quam seruare promittere sunt parate in manibus sacris uel aliter, prout vestra paternitas ordinabit, et quod inde non exibunt aliquo tempore uite sue. Quibus uirginibus tam pro se quam eis succedentibus, quo ad necessaria omnia pro uita ipsarum sit sufficienter de bonis tam paternis earum quam dicti curati prouisum nunc et in futurum, sic quod egere non possint nec penuriam aliquam gracia Dei pati, hoc eciam consedentes, quod si vna uel omnes decederent, alia seu alie de genere loco defuncte vel defunctarum ibidem ponatur uel ponantur, substituatur aut substituantur, sic quod dictus numerus remaneat semper completus, videlicet vt sex semper existant. Verum cum predicte religiose femine aliquamdiu steterunt, nuncque existunt in domibus paternis, fecitque dictus curatus vnam capellams eu oratorium iuxta domum predictam in loco honesto multumque apto et bono ad opus earum de conscientia seu beneplacito viri (l. vestri) predecessoris proximi, in qua tamen capella seu oratorio adhuc nullum altare existit, nec potest fieri sine licencia ac auctoritate vestra expressa, idcirco supplicatur eciam pro parte dicti curati, ut de licencia vestra atque auctoritate possit idem cu-

ratus quoddam altare, quod est in domo predicta vbi predicte uirgines morabuntur, sine fractione lapidis dicti altaris consecrati, ad dictam capellam seu oratorium nouiter factum mutare ad honorem Dei et beate Uirginis matris eius, patrone ipsius capelle, omniumque Sanctorum, et ad salutem animarum dictarum uirginum et omnium pro quibus deuote orabunt. Et predicta omnia et singula supplicando humiliter requiruntur ex parte ipsius curati concedi absque preiudicio et sine lesione juris ecclesie parochialis seu curati uel principalis dicti loci de Aragnon, aliter non. In quo quidem oratorio seu capella ter teneatur celebrare rector altaris Corporis Christi fundati infra dictam parochialem ecclesiam per dictum curatum atque dotati. Cuius altaris dictus curatus patronus existit, sicut est ordinatum per dictum patronum, qui patronus augmentauit dotem dicti altaris, ad hoc vt plenius et melius deseruiatur in dicta capella et altari, redditus vsque ad ualorem trium librarum Maur. Qua supplicacione perlecta et examinata, ut decuit, si uera sunt contenta in ea, nec sit aliud impedimentum canonicum quod obsistat, concedimus uobis per has nostras patentes litteras et licentiam impertimur, ut possitis assignare sex neptibus uel consanguineis uirginibus Deoque deuotis, ut ipsa supplicacio continet, quamdam domum confrontatam et sitam Aragnoni, prout plenius in supra scripta supplicacione continetur, pro reclusorio faciendo in quo possint, prout desiderant, ipse uirgines commorari et famulari deuote, si hoc ipse petierint gratis atque sponte, non vi, nec dolo inducte, aptaque fuerit ipsa domus pro ipso reclusorio ad omnia necessaria, sicut conuenit uirginibus supradictis, receptoque prius quam intrauerunt dictum reclusorium aut tempore ingressus earum ab ipsis per vos nomine nostro juramento in manibus vestris sacris, uel alterius constituti in ordine sacerdotali, se quamdiu uixerint moraturas ibique castitatem seruaturas, abdicando a se proprium, et obedienciam

tam nobis quam nostris successoribus seruaturas, volentes eciam quod si vna earum uel omnes contingeret decedere, quod de vestro genere possit alia poni seu substitucio fieri iuxta continenciam seu tenorem supplicacionis eiusdem. Vobis eciam committentes, ut altare, de quo fit in ipsa supplicacione mencio, possitis ex nostra potestate nunc vobis concessa mutare ad capellam seu oratorium nouiter per vos, ut continet ipsa supplicacio, factum, si hoc fieri potest absque lesione et sine fractione lapidis seu tabule ipsius altaris, secundum quod uolunt et fieri permittunt canonice sanctiones, in qua capella seu oratorio celebrari ualeat et fieri diuinum officium, postquam ibi predictum altare consecratum, ut premittitur, illesum positum fuerit, sicut in aliis basilicis seu ecclesiis nostre dyocesis, ad Dei honorem, et specialiter per vos et per rectorem altaris Corporis Christi per vos fundati et dotati, ut asseritis, in ecclesia Sancti Georgii parochialis de Aragno. Verum quia non intendimus in preiudicium seu iacturam uel lesionem dicte parochialis ecclesie quicquid concedere, ideo volumus quod omnia et singula nunc concessa et facta in predictis et circa predicta saluo omni iure ipsius parochialis ecclesie de Aragno tam in oblacionibus uel aliis quibuscumque, jus tale consistat; tamen vnam campanellam paruam seu esquillam ibidem concedimus posse poni per vos aut successores vestros, vice nostra. Non tamen volumus quod dicta capella seu oratorium cimiterium habeat, sed hoc prohibemus expresse, inhibentes ne quis sub excommunicacionis pena in dicta capella sepeliatur nec sepulcrum aliquod faciat aut fieri attemptet, nisi hoc faceret de speciali gracia a nobis petita et obtenta. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum iussimus apponi. Datum Seduni, die XIII mensis marcii, anno dni millesimo CCC°XXX°IX°.

Et ego Johannes Corderii Mimatensis clericus, publicus auctoritate apostolica notarius, supra dicta seu scripta propria

manu scripsi et subscripsi et in hanc formam publicam redegi, signoque meo consueto signaui in signum et testimonium omnium supradictorum, de precepto et mandato reuerendi in Christo patris et dni dni Ph. Dei et sancte sedis apostolice gracia episcopi Sedun. supradicti omnia subscripta facta fuerunt die, anno quibus (supra) et indicione tertia (*leg.* septima).

Sceau pendant

1743

Perronet de Châtillon, vidomne de Leytron, donne un champ à cens à François de Mar.

Leytron, 1339, 14 mars.

Archives de M. Léon de Riedmatten.

Anno Dni M°CCC°XXXIX° XIIII die mensis marcii, apud Leytron, Perronetus de Castellyone vicednus de Leytron accensauit imperpetuum Francisco de Mar de Leytron vnam peciam campi ad faciendum circa vnum fossorium vinee, sitam apud Leytron in prato dou Bruyl, pro quatuor den. Maur. annuatim soluendis.

Et ego Johannes Quartery de Sallyone clericus, etc.

1744

La communauté de la châtellenie de Granges reconnaît tenir en fief de l'évêque de Sion un droit de péage.

Sion, 1339, 16 mars.

Archives de Valère, copie.

Anno Dni M°CCC°XXX° nono, inditione VII^a^, die XVI mensis marcii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Anthonius Mes-

sellier de Lenz clericus, Johannes Messellier frater eius, nomine procuratorio et tanquam consules communitatis totius castellanie de Granges tam montis quam plani, tenent in planum feudum, tanquam procuratores et consules dicte communitatis, duos den. Maur. super qualibet balla et super qualibet dimidia balla vnum den. et super quolibet equo de pryes transeunte per caminum seu stratam publicam castellanie de Granges predicte, secundum quod apud Sedunum consuetum est equos de pryes pedagiare. De quo quidem feudo confessi sunt se debere dno episcopo et mense sue episcopali vnam libram piperis ad magnum pondus annuatim et quinque sol. Maur. in mutatione Dni; et pro predictis den. ballarum et equorum tenetur dicta communitas caminum siue stratam facere. Ad hec fuerunt testes dnus Aymericus capellanus dni episcopi, etc., et ego Jacobus de Pontally clericus, Bisuntin. dyoc., etc.

1745

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Perrod du Pont, de Riddes.

Sion, 1339, 16 mars.

Arch. de Valère, Liber homagiorum mense episcop. Sedun., fol. vii verso.

Anno Dni M°CCC°XXX° nono, inditione VII, die XVI mensis marcii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Perrodus de Ponte de Ryda, nomine suo pro medietate et nomine Bertholeti filii quondam Jaquemeti Danyso pro alia medietate, recognouit se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se et dictum Bertholetum tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo pedagium et pontanagium pontis de Ryda; de quo feudo recognouit debere vnum fischilinum grani senapis seruicii annui et decem sol. placiti. Testes: Emericus capellanus dicti dni episcopi, etc., et ego Jacobus de Pontally, etc.

1746

Accord entre le chapitre et les citoyens de Sion.

Sion, 1339, 1er avril.

Archives de Valère, G, 126, copie vidimée de l'année 1461.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum discordia verteretur inter capitulum Sedun. et eius procuratores, ex vna parte, et ciues Sedun. et sindicos seu procuratores ciuium Sedun., ex altera, super diuersis questionum articulis infrascriptis, primo videlicet quod dictum capitulum dicebat quod custodia porte conuentus ad ipsum capitulum pertinebat et in possessione fuit custodiendi dictam portam tanto tempore quod de contrario memoria non extabat, quousque dicti ciues anno preterito dictam custodiam occupauerunt in preiudicium capituli supradicti, ipsum capitulum dicta custodia indebite spoliando; dictis ciuibus respondentibus quod dicta custodia ad ipsos pertinebat, sicut custodia aliarum portarum ciuitatis. Item super eo quod nostri ciues in vacatione episcopatus nuper preterita per obitum bone memorie dni Aymonis de Turre spoliauerunt dictum capitulum custodia castri Turbillionis et ipsum castrum per violenciam intrauerunt et muniuerunt in preiudicium capituli supradicti et mense episcopalis, ipsis ciuibus respondentibus quod, antequam castrum Turbillionis esset edifficatum, ipsi consueuerunt tempore vacacionis seu dissensionis rupem Turbillionis munire et custodire, et sic non credebant super hoc ipsi capitulo iniuriam intulisse. Item super eo quod ipsi ciues cum vicedno Sedun. fecerunt vidacionem seu viacionem publicam in territorio de Marignyna, quod territorium est capituli Sedun., in preiudicium ipsius capituli et canonie que vocatur de Maragnyna et hominum

ipsorum, cum esset in territorio ipsius capituli et canonie predicte et extra territorium ipsorum ciuium, non debuerunt viacionem facere absque voluntate et consensu dicti capituli. Cui ciues responderunt quod secuti fuerunt vicednum ad dictam viacionem faciendam racione pascuorum suorum, nec intendebant preiudicare per hoc juridicioni, racioni aut dominio alicuius. Item super eo quod dicti ciues remouerunt aquam de molendino de la Plancheta, sito subtus macellum de Seduno, quod spectat ad aliquos canonicos singulares ipsius capituli in preiudicium ipsius capituli et canonicorum, ipsis ciuibus respondentibus quod non remouerunt dictam aquam, nisi interdum, propter penuriam aque et propter necessitatem ville et periculum eiusdem euitandum. Item super eo quod dictum capitulum dicebat quod interdum aliqui de ipsis ciuibus impediebant emolumenta chertrarum et cancellarie Sedun. ad ipsum capitulum Sedun. spectantis, et quod interdum appodiabant iniuriantes juri cancellarie supradicte, quare petebat ipsum capitulum quod de cetero desisterent a turbacione et impedicione premissis. Item super eo quod interdum aliqui de dictis ciuibus impediebant aliquos canonicos singulares Sedun. quominus vterentur trahitis et empcionibus victualium et aliarum rerum et aliis immunitatibus suis in ciuitate et bannis Sedun. prout in quaternis [1] dicebatur contineri pleuius, quare petebat ipsum capitulum super predictis non turbari in futurum. Item dicebat dictum capitulum quod ipsum capitulum poterat ducere et facere duci per banna et ciuitatem Sedun. homines seu mulieres captos uel captas per ipsum uel eius nuncios extra banna predicta et ciuitatem predictam racione maleficiorum commissorum in territorio seu juridicione dicti capituli uel aliterconque sine turbacione et impedimento aliqualibus prestandis per ipsos ciues uel aliquos

[1] Probablement les *cahiers* soit registres de la chancellerie de Sion.

eorumdem. Item quod dicti ciues non debebant aliquem uel aliquam recipere de hominibus ipsius capituli in conciuem ipsorum, quia hoc esset preiudicium capituli Sedun. supradicti. Item cum super predictis aliquantisper litigassent siue decertassent, tandem talis concordia siue composicio amicabilis facta fuit, aliquibus amicis communibus interuenientibus, inter ipsum capitulum et Jacobum de Chesal canonicum Sedun. procuratorem et nomine procuratorio ipsius capituli, ex vna parte, et discretos viros Johannem de Orseriis, Petrum Magy, Franciscum Montellier, Thomassinum Lombard et Nycolaum de Valleria, ciues Sedun., procuratores seu sindicos communitatis ciuium Sedun. predictorum, nomine procuratorio seu sindicario predictorum, et plures ciues ibidem presentes, videlicet Girardum de Dallion, Petrum Rosserii, clericos, Thomassinum Lombard, Petrum Barbeir, Amedeum Cheurillet, Girodum de Grissie, Nycolaum de Heruens, Theodolum de Cruce, ex altera, ordinatum est et concordatum inter partes predictas, primo videlicet quod dictum capitulum dictam portam conuentus custodiat et custodiam habeat de cetero, addito quod ipsi ciues, si contingeret aliquod maleficium perpetrare in ciuitate Sedun. uel infra banna predicta et timeretur de fuga perpetrantis dictum maleficium, quod ipsi possint dictam portam custodire ad obuiandum dicte fuge uel donec dictum capitulum fuerit vocatum per ciues ad dictam custodiam faciendam, et omni alio tempore pertineat dicta custodia ad capitulum memoratum, et omnibus modis dictam portam custodiat dictum capitulum in futurum, quod ob defectum bone custodie dicti ciues et ecclesia Sedun. nullum dampnum seu detrimentum pati possint. Item quod non obstante turbacione facta per ipsos ciues seu aliquos eorumdem tempore vacacionis episcopatus nuper preterite circa occupacionem dicti castri Turbillionis ordinatum fuit et concordatum inter partes predictas, quod ipsum capitulum habeat tempore vacacionum

futurarum custodiam dicti castri Turbillionis et aliorum bonorum spectancium ad ecclesiam Sedun. seu mensam pacifice et quiete et in solidum, si et in quantum ad ipsum capitulum pertinet de racione aut de racione debet spectare, et quod dicti ciues tempore vacacionum futurarum uel alio tempore quocumque suo posse non permittent fieri oppressiones aliquas capitulo supradicto, et dictum capitulum circa custodiam dicti castri vtatur consilio ciuium predictorum, prout debet fieri de racione. Item super dicta viacione de Maragnyna concordatum et ordinatum fuit inter ipsas partes, videlicet quod non obstante viacione nuper facta inquiratur per probos homines communiter a partibus eligendos qualiter racione dictorum pascuorum vsum sit et obseruatum et consuetum obseruari temporibus retroactis, et illud obseruetur ex nunc in futurum, reddendo jus suum cuilibet in hac parte, et quod per predictam viacionem non fiat preiudicium capitulo nec canonie predicte, et quod instrumenta facta super dicta viacione sint cassa et irrita et nullius roboris obtineant firmitatem. Item super aqua molendini de la Plancheta fuit concordatum et ordinatum inter ipsas partes quod dictum molendinum habeat dictam aquam a festo sancte Crucis in autompno vsque ad primam diem mensis marcii, prout consueuit tempore retroacto. Item super trahitis et empcionibus rerum victualium et aliis immunitatibus dicti capituli et singularum personarum eiusdem fuit concordatum et ordinatum inter ipsas partes quod ipsas trahitas et empciones habeant capitulum et canonici secundum illud jus quod eis competit, prout in quaternis continetur, fideiubeant aut pignus tradant, prout continetur in quaternis. Item super facto dictarum chertrarum fuit ordinatum et concordatum inter ipsas partes quod ipsi ciues non debent turbare uel impedire de cetero jura ipsius cancellarie Sedun. nec appodiare ut comune aliquas personas uel aliquam que vellent iniuriari juri et emolumento cancellarie

supradicte, de appodiacione se habebunt dicti ciues sicut alii generaliter de patria, et nichil vlterius siue minus. Item ordinatum et concordatum fuit inter ipsas partes quod dictum capitulum et singulares persone eiusdem possint facere duci et reduci per dicta banna et ciuitatem homines seu mulieres captos seu captas, captum seu captam extra banna uel extra ciuitatem per capitulum uel singulares personas uel nuncios eorumdem sine turbacione et impedimento prestandis per ipsos ciues uel aliquem eorum, et eciam ciues uel ciuis Sedun. si delinquerit in territorio et juridicione capituli memorati, dum tamen dictum capitulum ipsos capiant in eorum jurisdicione uel facta eis remissione condigna de malefactoribus se refugientibus extra juridicionem eorum. Item fuit ordinatum et concordatum quod dicti ciues non possint nec debeant recipere in conciuem suum aliquem de hominibus ipsius capituli in futurum, vbi capitulum uel eius procuratores seu singulares canonici infra annum et diem reclamarent uel contradicerent seu requirerent, reclamaret, contradiceret seu requireret et dictos homines seu hominem suos ipsis ciuibus uel sindicis ipsorum alter alteri eorumdem. Item concordatum fuit et actum quod eciam omnes et alie bone consuetudines obseruentur ipsi capitulo et canonicis singularibus et ciuibus Sedun., prout alias extitit obseruatum, ita quod bona pax et concordia et vera caritas inter ipsum capitulum et ciues possit perpetue perdurare. Omnia autem predicta et singula dicti sindici ciuitatis predicte, nomine suo et sindicario nomine omnium ciuium predictorum, presencium et futurorum, et in animas ipsorum constituencium ipsos sindicos, jurauerunt ad sancta Dei ewangelia corporaliter tacta obseruare et actendere, rata et firma tenere et non contra facere uel uenire aut contra volenti facere in aliquo consentire. Inde rogauerunt dicti procuratores et sindici nomine predicto cartam fieri et testes apponi qui sunt hii : dnus Jacobus de Castellione cura-

tus de Tribus Torrentibus, dnus Eballus de Aniuisio presbiter, Perronetus de Sancto Vincencio mistralis capituli predicti, Martinus Nigri de Vex, Petrus Pactot de Vex et Willermus de Ayent clericus, qui hanc cartam leuauit, in choro ecclesie Vallerie, kalendas aprilis, presentibus canonicis ad sonum campane more solito conuocatis pro kalenda facienda dicta die, videlicet dnis Eballo sacrista, Johanne de Aniuisio cantore, Nycolao et Willermo de Clarens fratribus, Petro Wiffredi, Dionisio de Thora, Willermo de Mallio, Ansermo de Castellione, Johanne de Orba, Petro Grandis, sacerdotibus, Johanne de Drona, Reymondino de Moricandiatis, Petro de Claromonte, Jacobo Berthardi, Cristoffero de Preda, subdiaconis, Guichardo de Ponte vitreo acolito, anno dni millesimo tercentesimo trigesimo nono, imperio vacante, Philippo episcopante. Quam cartam postmodum sic receptam in registris cancellarie Sedun. ego Jorius de Planis cancellarius Sedun. de dictis registris extraxi et scripsi, die secunda mensis jullii, anno Dni M° tercentesimo sexagesimo septimo, Karolo regnante, Guichardo episcopante.

1747

Hommage prêté à l'évêque de Sion par le portier du château de la Soie.

La Soie, 1339, 5 avril.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. lviii.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX°, indicione VII^a^, die V mensis aprilis, in castro de Seta, constitutus Perrodus janitor de Seya, idem Perrodus recognouit per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo

officium janitorie castri de Seya, sicut sui predecessores ipsam janitoriam tenuerunt et recognouerunt, item duo jugera campi sita ein Lucons, item vnam peciam terre sitam ante castrum Sete, item quamdam domunculam sitam infra duas primas portas castri de Seya. De quo feudo recognouit dictus confitens se debere dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. vnam lb. cere seruicii annui in Natiuitate Dni et duas lb. cere placiti. Asserens idem Perrodus quod dnus episcopus debet sibi prebendam vnius clientis in castro predicto et vnam robam integram de griso Vallesii et tria paria caligarum et sotularium. Confessus est etiam dictus Perrodus se debere dicto dno episcopo homagium ligium more solito per ipsum iam factum. Item confessus est se tenere a dicto dno episcopo pratum ipsius confitentis situm ein Coluery, iuxta viam publicam tendentem versus Dorbeyns et se inde debere dicto dno episcopo obolum seruicii annui et vnum den. placiti, quando acciderit. Ad hec fuerunt testes rogati dni Dyonisius de Thoura canonicus et officialis Sedun., Willermus curatus Sancti Germani, Guillerminus de Columberio domicellus, Petrus Magy ciuis Sedun., plures alii fide digni. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1748

Hommage prêté à l'évêque de Sion par le sautier du château de la Soie.

La Soie, 1339, 5 avril.

Archives de Valère, Registrum E cancellarie Sedun., f. xvi. — Liber homag. mense episcop. Sedun., f. lxi.

Notum, etc. quod in presencia reuer. in Christo patris dni Philippi Dei et sedis apostolice gracia Sedun. episcopi Johannes filius quondam Willelmi salteri de Seya confessus est per

juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun., ac se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et mensa episcopali Sedun. salteriam de Seya cum suis juribus et pertinenciis vniuersis et quicquid de bonis immobilibus que fuerunt quondam Willelmi salteri patris sui, ante quedam maleficia per ipsum Willelmum perpetrata, ita tamen quod dictus Jo. salterus debet habere in curia de Seya uictum et robam suam; item debet facere in ecclesia Sancti Germani et extra omnia precepta que sunt facienda pro dicto dno episcopo nomine dicte salterie. Item quod debet ex officiio salterie recipere tallias et omnia seruicia et vsagia que debentur dno episcopo in parocchia S^ti^ Germani et tenetur reddere bonum et legalem computum de eisdem dicto dno episcopo uel suo mandato, quocienscunque a dicto dno episcopo uel altero suo nomine fuerit requisitus. Item quod debet recipere cauttiones et in qualibet clama deducta uel marciata VI den. Maur. Item quod clamas quas recipit dictus Jo. salterus, debet deducere, si possit; si non possit, castellanus uel dnus episcopus debent deducere, prout dnus episcopus in litteris dicti salteri predicta uidit plenius contineri. Quibus sic actis fecit fidelitatem suam dicto dno episcopo manus inter manus, ut moris est, et promisit, etc. Et tunc dnus episcopus inuestiuit ipsum de dicto feudo, saluo semper in predictis jure suo et alterius racione. Ad hec fuerunt testes dnus Ansermus de Castellione canonicus Sedun., Guillelmus de Columberio, domicellus, Petrus Magy et quam plures alii, et Jacobus de Pontally clericus, qui hanc cartam leuauit in castro de Sya, die V^a^ mensis aprilis, anno Dni M°CCC°XXX° nono, imperio vacante.

1749

Fondation d'un anniversaire par Marguerite de Boza.

Châtillon, 1339, 7 avril.

Archives de Valère, Cartularium ecclesie de Vespia, p. 89, N° lxxii.

* Ego Margareta filia quondam Jacobi de Boza domicelli et Ysabelle filie quondam Francisci filii quondam dni Jacobi de Vespia militis ordino fieri anniuersarium meum apud Vespiam cum decem sol. Maur. recuperandis super duabus partibus hereditatis mee apud Vespiam. Datum apud Castellionem, die VII mensis aprilis, anno Dni M.CCC.XXXIX, Philippo episcopante.

1750

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Jean de Drone, chanoine de Sion.

Sion, 1339, 17 avril.

Archives de Valère, Liber homagiorum mense episcop. Sedun., f. ix verso.

* Anno Dni M°CCC°XXX°IX°, inditione VII^{a}, die XVII mensis aprilis, vir discretus Johannes de Dronna canonicus Sedun. recognouit se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo quoddam paruum pedagium quod appellatur pedagium Sancti Laurencii, quod colligitur in festo sancti Laurencii per quindecim dies et ex illo pedagio debet refici pons de Cabana in ciuitate Sedun. Testes: Dyonisius de Thora, Jaquetus de Chesalz, canonici Sedun. Et ego Jacobus de Pontally, etc.

1751

Acquisitions faites par le frère Jacques, recteur de la maison de Salquenen.

Louèche, 1339, 18 avril.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XIII, 161, ex archivo communitatis Sarqueni.

Hic continentur acquisita facta per fratrem Jacobum rectorem domus de Sarqueno, in parrochia de Leuca, Sedun. diocesis, nomine et ad opus dicte domus, de XXX lb. Maur., quas idem frater Jacobus recuperauit de Jocermino de Ornavas, domicello de Narres, in eadem diocesi, ex causa cujusdam venditionis sibi dicto Jocermino facte per fratrem Robertum de Urmo, preceptorem Sabaudie, Auguste et Vallesii, de LX sol. Maur. redditus, in quibus idem Jocerminus tenebatur dicte domui de Sarqueno super certis possessionibus et feodis sitis in territorio de Narres.

Primo acquisivit dictus frater Jacobus nomine et ad opus (dicte) domus de predictis XXX lb. de Jaquino filio Franchini de Crist pro XV lb. et X. sol. Maur. una petiam terre culte et inculte continentem IX sectoratas prati cum duabus hortis et VI fossoratas vinee cum uno deserto contingente dicte petie. Que petia non debet decimam. Que petia sita est in territorio de Sarqueno, ad campos Rodani, super fluvium Rodani, etc. De qua petia terre debebantur dicte domui tres modii siliginis ad mensuram de Leuca et XII den. in festo beati Michaelis. De qua emptione est charta cancellarie Sedun. confecta. Quam venditionem confessus est idem Jaquinus vendidisse eidem fratri Jacobo XVIII die aprilis, anno Dni M.CCC. XXXIX.

Item acquisivit de Ysabella et Johanneta sororibus filiabus Walnerii Dauz quondam, proximioribus heredibus Willermodi filii quondam Perronerii Emerici de Sarqueno, pro X lb. Maur.

unam petiam prati et vinee cultam et incultam, sitam in territorio de Sarqueno, ut in quadam charta continetur confecta per Johannem Matricularium de Leuca. Actum apud Sarqueasum, XIV kl. septembris, anno Dni M.CCC.XXXVI.

Item acquisivit de Petro dou Pertuys et Perrodo ejus filio VI sol. Maur. redditus solvendos in festo B. Nycholai pro pretio LXX sol. Maur. etc. Item acquisiuit vnum modium siliginis, etc.

De quibus venditionibus facte sunt bone chartre et littere dictate secundum consuetudinem patrie. Ad inspectionem et visionem dictarum chartrarum confectarum super dictis emptionibus fuerunt testes vocati, videlicet dnus Johannes Juvenis et dnus Petrus de Friburgo, sacerdotes, capellani ecclesie de Leuca, et ego Martinus Nende, notarius, etc. Actum Leuce, XVIII die aprilis, indictione VII, anno Dni M°CCC°XXX°IX°, in domo Roleti de Novilla hospitis.

1752

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Ulric d'Ayent.

Louèche, 1339, 23 avril.

Archives de Valère, Liber instrumentorum de Leuca, f. 30.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCC°XXXIX°, indictione VII, die XXIII[a] mensis aprilis, apud Leucam, in domo episcopali, in presentia reuerendi in Christo patris ac dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi Sedun., meique notarii et testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitutus Vldricus de Ayent filius quondam Stephani de Ayent, idem Vldricus confessus est per juramentum suum super sancta Dei euangelia corporaliter prestitum se esse hominem ligium ipsius dni episcopi et mense episcopalis Sedun. et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et

mensa episcopali Sedun. vnum denarium Maur. pro qualibet balla transeunte per contratam de Leuca pro antiqua susta et pro pondere, item vnum obolum Maur. datum in augmentum feudi homagii ligii et ratione suste noue, et pro dictis tribus obolis dictus Vldricus tenetur matunere pondus et sustam, prout instrumentis dicti Vldrici videtur plenius contineri. De quoquidem feudo confessus est idem Vldricus per juramentum suum super sancta Dei euangelia corporaliter prestitum se debere dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. decem sol. Maur. seruicii annui in festo beati Michaelis et quadraginta sol. Maur. placiti, quando acciderit; item decem sol. Maur. redditus annui soluendos in festo beati Martini. Quibus sic actis idem Vldricus fecit fidelitatem suam in manu dicti dni episcopi recipientis nomine suo et mense sue episcopalis Sedun., manus inter manus, vt moris est, et promisit per juramentum suum, vt supra, esse bonus et fidelis eidem dno episcopo et mense episcopali Sedun. et facere omnia illa que sub fidelitate ligia requiruntur. Et tunc dictus idem dnus episcopus inuestiuit ipsum de dicto feudo, saluo semper in predictis jure suo et alterius ratione. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati Perrodus salterus Martigniaci, Jacobus de Chouson clericus et plures alii. Et ego Jacobus de Pontally clericus, etc.

1753

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Ulric d'Ayent.

Louèche, 1339, 23 avril.

Archives de la famille de Torrenté, Hommagia de Leuca, de Sirro, etc., f. vii. Archives de Valère, Liber instrum. de Leuca, f. 81 et 88.

Feudum Huldrici de Ayent.

In nomine Dni, Amen. Per hoc publicum instrumentum pa-

teat omnibus euidenter quod anno eiusdem M°CCC°XXXIX, indicione VII, die XXIII mensis aprilis, apud Leucam, in domo episcopali, in presencia mei notarii et testium subscriptorum propter hoc specialiter constitutus Huldricus de Ayen, idem Huldricus confessus est per juramentum suum super sancta Dei ewangelia corporaliter prestitum se esse hominem ligium liberum reuerendi in Christo patris ac dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi Sedun. et mense sue episcopalis Sedun., et se tenere in feudum homagii ligii liberi ab ipso dno episcopo et mensa episcopali Sedun. domum de susta de Ayent [1], sitam juxta domum que olim fuit Johannis Wasoz [2] et juxta pratum heredum Petri Regis, item vnum frustrum terre situm subtus stratam publicam tendentem ad pontem et supra terram dicti confitentis, que olim fuit Ysabelle maioriese. Item vnam petiam terre sitam ibidem juxta stratam publicam ex vna parte et vicum qui dicitur vicus Remboyt ex altera. Item vnam petiam terre sitam apud Ayent [3] juxta terram heredum Anthonii Rychardi, sine aliquo onere dno episcopo faciendo de isto feudo, ut dicit dictus confitens. Quibus sic actis dictus dnus episcopus dedit dicto Huldrico delationem faciendi homagium ligium liberum istius feudi vsque ad beneplacitum dicti dni episcopi de gratia speciali, et tunc idem dnus episcopus inuestiuit ipsum Huldricum de dicto feudo, semper in predictis jure suo mense episcopalis Sedun. et alterius cuiuscumque (saluo). Ad hec fuerunt testes vocati et rogati Franciscus mistralis, Petrus salterus Martigniaci, Jacobus de Simplono clericus, aliique quam plures fide digni. Et Jacobus de Pontally, Bisuntin. dyocesis, Seduni commorans, auctoritate imperiali notarius publicus, qui predictis omnibus

[1] Dans le *Liber instr. de Leuca*, au lieu d'*Ayent* on lit *Dort*, au fol. 31, et *Jore* au fol. 33.

[2] Bam, au fol. 31.

[3] Estert, au fol. 31 et Aert, au fol. 33.

et singulis vnacum predictis testibus presens fui et ea per Nycholaum Jaquyn de Orseriis, imperiali auctoritate notarium publicum, de mandato dicti dni episcopi scripsi, feci et in publicam formam reddigi, etc.

1754

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Perrod, sautier de Louèche.

Louèche, 1339, 23 avril.

Liber instrumentorum de Leuca, f. 8 verso.

In nomine Dni, Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo CCC XXXIX, indicione VII^a^, die XXIII mensis aprilis, apud Leucam, in curia episcopali, constitutus Perrodus salterus de Leuca, idem Perrodus nomine suo et Johannis fratris sui confessus est per juramentum suum se esse hominem ligium subscripti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. et se tenere in feudum homagii ligii a reuerendo in Christo patre et dno dno Philippo Dei gratia episcopo Sedun. et mensa episcopali eiusdem saltheriam de Leuca de tota perochia de Leuca et omne officium dicte saltherie cum suis juribus, rationibus vniuersis; item tres solidos Maur. seruicii annui et quatuor sol. placiti, quando acciderit, qui debentur eidem saltherie super alpe de Lille; item sex fichillinos siliginis redditus annui ad mensuram de Leuca, quos idem saltherus percipit apud Champiz super Aymone salthero de Champiz; item duos sol. Maur. seruicii annui et decem sol. placiti, quando acciderit, apud L'Agyety, quos debet Johannes Ligut de Signyeis et heredes Petri spurii d'Arbignion; de quo feudo confessus (est) dictus saltherus se debere nomine suo atque (fratris sui) supradicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. sexaginta sol. Maur. de treyti, et quamdiu a dicto dno episcopo ei-

dem salthero debentur dicti sexaginta sol., idem saltherus non tenetur eidem dno episcopo facere aliam treyty, item sexaginta sol. placiti in mutatione dni. Sequitur jus quod dictus salterus dicit se habere ratione salterie predicte et onus ad quod tenetur ratione officii ipsius salterie. Primo tenetur portare vexillum dni, scilicet vnum de illis de Leuca, in negociis dni tangentibus totam terram Vallesii et sub expensis dni pro se et eius famulo ad hoc necessariis. Item debet, vt asseruit, recuperare talliam dni episcopi apud Leucam, in qua tallia percipit singulis anni viginti quinque sol. Maur. ratione dicte recuperationis, vt asseruit. Item habet idem saltherus, vt asseruit, in latrone probato quem capit pro suo labore omnia mobilia que portat idem latro, excepto auro, in quo auro etiam percipit similem partem quam percipit in freweriis. Item debet idem salterus in quolibet aduentu episcopi apud Leucam procurare et congregare lectos qui debentur dno ad opus dni et eius familie, et debet habere dictus salterus, et eius famulus in quolibet aduentu Leuce victum in curia ipsius dni. Item debet idem salterus, vt asseruit, recipere fideiussores clamarum et recipere in qualibet clama sex denarios per totum annum et alia jura sua que percipit, et hec omnia percipit dictus salterus, vt asseruit, per totum circulum anni. Item percipit idem salterus, vt asseruit, in quolibet (perfors facto curie), de quo debentur septem sol., duodecim den. Item percipit idem salterus, vt asseruit, in qualibet nona balla transeunte per stratam vnum obolum apud Leucam ratione ponderis. Item debet dictus salterus quemlibet captum apud Leucam latronem vel alium captum custodire suis expensis per triduum infra turrim dni episcopi apud Leucam; que turris et clauis ipsius debentur deliberari dicto saltero pro ipso capto custodiendo; quo triduo lapso debet dictus salterus reddere dictum captum maiori de Leuca custodiendum et faciendum de ipso quod hactenus extitit consuetum; super

cuius capti bonis et rebus dictus salterus debet recuperare et habere, ut asseruit, missiones suas quas fecit per dictum triduum pro custodia dicti capti; et si super bonis ipsius capti non possit dictus salterus dictas missiones recuperare et habere, super bonis et rebus primi capti subsequentis super cuius bonis possunt haberi missiones predicte. Item de officio salterie est quod idem salterus debet latrones et alios delinquentes torquere et ponere ad questiones. Quibus judicatis ad mortem, dictus salterus debet latronem bendare, ligare et reddere stantem coram maiore dicti loci, qui maior debet eum ducere ad furcas, et ibidem dictus salterus ducit post se per scalam ipsum latronem, et vicedominus de Leuca debet eumdem latronem, vt asseruit dictus salterus, impingere per scalam a parte posteriori, et dictus salterus latrone suspenso debet vertere scalam, et vicedominus, vt asseruit dictus salterus, debet facere et administrare dictas furcas suis expensis, et dictus salterus debet administrare et portare scalam seu portari facere. Item hominem judicatum ad caput amputandum dictus maior, vt asseruit dictus salterus, debet ducere ad locum ad quem eidem caput debet amputari, et vicedominus debet administrare troncum et hachiam et ipsam hachiam tenere in troncacione capitis, et dictus salterus debet percutere maleo super dictam hachiam, donec dictum caput amputetur. Item personam judicatam ad submergendum ducit dictus maior, vt asseruit dictus salterus, vsque ad aquam, ad locum quo debet submergi, et vicedominus debet administrare saccum, et dictus salterus submergit ipsam personam judicatam. Item dictus salterus debet custodire nemus de Fingio nomine et ad opus dicti episcopi a festo beati Mauricii vsque ad vigiliam Omnium Sanctorum annuatim, vt asseruit. Item bestie amisse et inuente sine scitu dni cuius sunt in alpibus et alibi in districtu de Leuca debent reddi dicto saltero, in quibus dictus salterus debet habere portionem suam sicut

in freweriis, vt superius continetur. Protestans idem salterus quod si ad plura tenetur (et si plura) debet percipere, illa libenter manifestabit quotiescumque recolet et reducet totaliter ad effectum. Ad hoc sunt testes rogati viri venerabiles dni Dionisius de Thora canonicus et officialis Sedun., Vldricus de Aduentica curatus de Leuca, Guillermus de Collumberio domicellus, Perrodus salterus Martigniaci, Jacobus de Chouson clericus et plures alii fide digni. Ego vero Joannes de Capinain de Durstein, clericus, Colonien. diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, ex commissione mihi facta per reuerendum in Christo patrem et dnum dnum Andream archiepiscopum, administratorem ecclesie Sedun., comitem Vallesii et prefectum, prout in prothocollis quondam discreti viri Jacobi de Pontally clerici, notarii publici, morte precipitati, olim Seduni commorantis, descriptum reperui et notatum ita fideliter per ordinem exemplaui et in hanc formam publicam redegi, signoque et nomine meis signaui in testimonium veritatis omnium premissorum.

Kapinan.

1755

Hommage prêté à l'évêque de Sion pour la salterie de Viége.

1339, 11 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Wuillelmus maior de Chouson, nomine suorum pupillorum filiarum Nicolai salteri de Vespia, confessus est teneri ad homagium ligium, tenere salteriam omnimodam de Vespia et de parochia de Vespia et omnes clamas paruas in majo et octobri, exceptis quando vicednus Sedun. tenet placitum generale; item habet in feudum us in 60 sol. banni ; item sufertam do-

nec una vel altera filiarum virum accipiat et homagium faciat, tunc suferta 6 sol. debet cessare. Onera salteri : debet capere latrones de consilio majoris et eos custodire suis expensis et facere suspendi et bona mobilia sunt salteri, que portat super se, auro et argento exceptis, que dni episcopi esse debent. Item debet facere precepta episcopi Vespie et in parochia dicti loci. Item debet recuperare talliam et servitia mansus et reddere computum fidelem. 1399, 11 maii.

1756

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Guillaume de Platéa, donzel.

1339, 11 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Wuillelmus de Platea de Vespia domicellus fecit homagium ligium de quadam possessione apud Ponzierro et inde (debet) 13 lb. placiti et homagium. 1399, 11 maii.

1757

Hommage prêté à l'évêque de Sion pour la majorie de Viége.

1339, 11 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Nobilis Franciscus de Compesio miles confessus est se esse hominem ligium dni Philippi episcopi et tenere in feudum homagii ligii majoriam de Vespia et de parochia de Vespia, totum officium et jurisdictionem et dominium majorie predicte, videlicet punitionem, correctionem criminum et exces-

suum et delictorum, unacum bannis et freveriis et aliis juribus, item vanellum, piscaturam et ripagium aque Rodani in parochia Vespie, et inde debere homagium ligium et 50 lb. placiti in mutatione vassali tantum. Testes : Willelmus de Platea de Vespia, Cono de Castello miles, Aymo de Ollon domicellus. 1339, 11 maii.

1758

Reconnaissance de Borcard Trinçus en faveur de l'évêque de Sion.

Tourbillon, 1339, 16 mai.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xxxi.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX°, indicione VII, XVI mensis maii, in castro Turbillionis, in presencia dicti dni episcopi constitutus Borcardus dictus Trinçus burgensis in Berno, idem recognouit per juramentum suum se debere dicto dno episcopo nomine suo et Jaquelini de Petra de Tortemagny, generi sui, racione securitatis et manutenencie itinerum eundi cum roba sua secure per terram ipsius dni episcopi, vnam lb. gigimberis redditus annui ad vitam suam ipsius confitentis, ex causa predicta, ad magnum pondus, in festo beati Martini. Ad hec fuerunt testes rogati dnus Cono de Castello miles, Helyas frater dicti dni episcopi, Dyonisius de Thora, Willelmus de Clareyns, Johannes de Dronna, canonici Sedun., plures alii fidedigni. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1759

Hommage prêté à l'évêque de Sion par un chanoine au nom du chapitre pour le droit de chancellerie.

Tourbillon, 1339, 16 mai.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xiii verso.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX°, indicione VII, die XVI mensis maii, in castro Turbillionis, in presencia dicti dni episcopi constitutus vir discretus Christoforus de Preda canonicus Sedun., idem Christoforus nomine tocius capituli Sedun. recognouit per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et quod totum capitulum tenet in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo omnimodam cancellariam chertrarum quam ipsum capitulum tenet in toto Vallesio cum omnibus emolumentis cancellarie antedicte. De quo feudo confessus est quod dictus dnus episcopus debet percipere nomine placiti in morte decani Sedun. totum emolumentum tocius cancellarie chertrarum terre Vallesii predicte nomine capituli predicti. Quibus actis fecit fidelitatem et homagium racione dicte cancellarie et nomine tocius capituli Sedun. antedicti in manu dicti dni episcopi, stipulantis et recipientis nomine suo suorumque successorum episcoporum et mense episcopalis Sedun., manus inter manus, osculo oris interueniente, vt est moris, et promisit esse ipsi dno episcopo eiusque successoribus episcopis bonus et fidelis et alia facere que in fidelitate ligia requiruntur. Et tunc dictus dnus episcopus inuestiuit ipsum de dicto feudo, saluo semper jure ipsius dni episcopi et alterius racione. Ad hec fuerunt testes rogati dnus Cono de Castello miles, Helyas frater dicti dni episcopi, Dyonisius de Thora, Willermus de Clarens, Johannes de Dronna,

canonici Sedun., dnus Ebalus de Aniuesio, Aymo de Olono, Jacobus de Chouson, plures alii. Et ego Jacobus de Pontally, etc.

1760

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Jean d'Anniviers.

Tourbillon, 1339, 25 mai.

Arch. de la famille de Torrenté, Hommagia de Leuca, de Sirro, etc., f. xxxiv.

Feudum Aniuesii.

In nomine Dni, Amen. Anno Dni M°CCC°XXX°IX° indicione sexta, die martis ante festum Corporis Christi, in castro Turbilionis, in camera reuerendi in Christo patris et dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi Sedun., in presencia ipsius dni episcopi, meique notarii et testium subscriptorum propter hoc specialiter constitutus vir nobilis Johannes de Aniuesio, idem Johannes confessus est per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense sue episcopalis Sedun. et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et mensa sua episcopali Sedun. ea que sequuntur: Primo fructus, obuenciones, redditus, census et jurisdicionem vicedominatus de Aniuesio, cum omnibus et singulis que possent ex dicto vicedominatu prouenire cum pertinenciis eorumdem. Retinens sibi dictus dnus episcopus et mense sue episcopali Sedun. omnes res, bona, jura et homines feudi quod vulgariter dicitur Ressor, quem habet et habere consueuit ecclesia Sedun. in valle de Aniuesio, quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Retinens eciam quod dictus Johannes et heredes eius eidem dno episcopo et successoribus suis ac ecclesie Sedun. auxilium, patrocinium terre Valesii quod eidem dno episcopo et ecclesie Sedun. homines dicte val-

lis et dicti Johannis tenentur semper prestare, cum videbitur fieri opportunum et cum expedit dicte terre Valesii, prestare teneatur; acto eciam quod si contingeret, quod absit, dictum Johannem decedere sine heredibus legitimis de suo corpore legitime procreatis, quod assignati ipsius Johannis, prout deposuit, teneant et possideant dictum vicedominatum cum eius fructibus, juridicione et pertinenciis, ut superius exprimitur, per spacium XX^ti^ annorum a tempore mortis dicti Johannis computandorum; qui assignatus uel assignati, durante dicto termino, teneantur soluere censum seu redditum infrascriptum dicto dno episcopo et ecclesie Sedun.; elapso autem dicto tempore, si contingeret dictum Johannem decedere, quod absit, sine liberis descendentibus a suo corpore, ut dictum est, procreatis, dictus vicedominatus cum censibus, redditibus, obuencionibus et pertinenciis eius quibuscumque, ut superius extitit declaratum, libere et pacifice sine aliquo obstaculo cuiuscumque persone ad ecclesiam Sedun. reuertatur. Si autem contingerit aliquem heredem a suo corpore procreatum uel eciam procreandum superstitem habere et decedere alio herede non relicto quandocumque, tunc dictum feudum ad ecclesiam Sedun. predictam sine contradicione qualibet deuoluatur. Item tenet in feudum homagii ligii, ut supra, prout extitit confessus, domos lapideas et contiguas que sunt in castro de Aniuesio et domum lapideam que iacet ante predictas domos, nec potest leuare dictas domos que sunt pares in altitudine domus dicti dni episcopi. Retinens sibi et suis successoribus dictus dnus episcopus turrym lineam, que wlgariter dicitur Barlyoz, et aulam nouam que jacet juxta predictam turrym lineam et dominium castri. Item retinuit quod si vellet facere mansionem in propria persona cum suis in ipso castro, dictus Johannes debet sibi reddere jam dictas domos, dum ei placuerit ibi manere. Item tenet in feudum homagii ligii, ut supra, nouem arietes, quinque agnos et tres

oves que debebantur dno episcopo et mense episcopali Sedun. in dicta valle de Aniuesio. Item tenet in feudum homagii ligii, prout confessus extitit, duos modios siliginis sibi datos in augmentum feudi. Item alodium suum quod a Lescharrya de Leuca fuit emptum, prout hec cum pluribus aliis in duabus chartris cancellarie Sedun. videntur plenius contineri. Item confessus est se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et mensa episcopali Sedun. cancellariam, chartras cancellarie que sunt in tota valle de Aniuesio cum vniuersis emolumentis ex inde prouenientibus et prouenturis. Item feudum Fabrorum, de quo feudo est crista castri de Aniuesio. Item duos modios et duos fischilinos bladi ad mensuram Aniuesii, quos percipit annualiter dictus nobilis super quartis dni episcopi. Item XX^ti^ sol. Maur., quos idem nobilis percipere consueuit et percipit annualiter, ut asseruit, super tallia dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun, que percipitur in valle de Aniuesio. Item Albertum de la Pissota et tale homagium ligium quale debet idem Albertus dicto nobili et vnum castronem et IIII^or^ sol. Maur. seruicii annui et IIII^or^ sol. placiti et tresdecim fichilinos bladi, quos debet dictus Albertus, prout asseruit idem nobilis dicto nobili. Item quinque castrones, tres oves et tres agnos quos percipere debet dictus nobilis et percipit de herbagio, ut asseruit, a mansuariis dicti dni episcopi vallis de Aniuesio. Item duos modios bladi mensure Aniuesii, quos dictus nobilis percipit et percipere consueuit annualiter, ut asseruit, super quartis predictis. Protestans idem nobilis quod si plux de dicto feudo homagii reperiatur in futurum per ipsum nobilem uel alium suo nomine uel per dictum dnum episcopum, quod quociens illud plux ad noticiam suam deuenerit uel esset super hoc informatus, illud libenter manifestabit, et quod sibi uel suis in futurum non possit preiudicium generari. Et si plux manifestauerit de dicto feudo quam debuerit, quod sibi uel dicto dno episcopo

aut mense episcopali Sedun. non valeat in futurum preiudicium generari. De quibus confessus est dictus nobilis se debere dicto dno episcopo et mense sue episcopali Sedun. homagium ligium nobile manus et oris, ut moris est, jam factum. Item viginti sol. Maur. placciti, sub protestatione facta per dictum nobilem quod si ipse magis quam dictos viginti sol. placciti reperiretur debere, quod confiteri et soluere est paratus quociens super hoc per ipsum dnum episcopum uel alium suo nomine foret legitime informatus, et quod sibi non sit in futurum preiudicium uel grauamen. Quo homagio, ut est moris, facto in manu dicti dni episcopi, idem dnus episcopus nomine suo, mense sue episcopalis et successorum suorum inuestiuit ipsum nobilem de dicto feudo, saluo semper in predictis jure suo et alterius ratione. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati viri venerabiles et discreti dni Helyas de Chamballyaco frater dicti dni episcopi, Nicodus et Willermus de Clareyns fratres, canonici Sedun., dnus Cono de Castello miles, Aymo de Olono, Peytrus filius dicti dni Cononis, plures alii fide digni et Jacodus de Pontally clericus, notarius, qui, etc.

1761

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Johannod de La Tour, donzel.

Sion, 1339, 28 mai.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. x verso.

* Anno Dni M°CCC°XXX°IX°, die XXVIII mensis maii, in castro Turbillionis, Johannodus de Turre domicellus recognouit se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo quicquid juris, rationis, actionis, proprietatis, possessionis, dominii, recla-

mationis, vtilis uel directi, meri et misti imperii ipse tenet in territorio deys Agietes a confinibus de Vex vsque ad confines illorum de Veysonna, item domum sitam Seduni subtus domum dni episcopi; de quo feudo recognouit se debere duos sol. Maur. seruicii annui et IIII^{or} sol. placiti et homagium ligium manus et oris. Item recognouit se tenere in planum feudum ab ipso dno episcopo domum sitam Seduni, retro domum dicti confitentis, quadam parua via mediante; de quo feudo recognouit se debere XII den. seruicii annui et duos sol. placiti. Testes: vir ven. dnus Helyas frater dicti dni episcopi, dni Emericus et Johannes capellani ipsius dni episcopi. Et ego Jacobus de Pontally, etc.

1762

L'évêque de Sion autorise les recluses de la maison fondée par le curé d'Ernen à suivre la règle de saint Augustin.

Sion, 1339, 5 juin.

Archives de Fiesch. — Furrer, III, 118.

Philippus Dei gratia episcopus Sedun. prudenti uiro fideli et deuoto nostro duo Petro Mormandi, curato de Aragnon, nostre Sedun. dyocesis, salutem in Dno Jhesu Christo. Pro parte tua nomine sex virginum, honestarumque feminarum tam receptarum quam recipiendarum nuper in quoddam reclusorium per te factum in dicto loco de Aragnon, in quod diebus proxime lapsis tres ipsarum virginum introduximus, professione debita prius ab ipsis recepta, fuit humiliter supplicatum vt concedere dignaremur per nos uel per alium alicuius religionis non improbate a jure sed potius approbate ipsis virginibus habitum et regulam beati Augustini vel alterius dum tamen non mendicantium. Nos igitur tua supplica-

tione audita et benigne admissa tam de tua fidelitate quam sufficientia plenarie confidentes, tibi in quantum de jure possumus, concedimus per presentes ut dictis sex virginibus et etiam vltra usque ad duodecim, predictis sex virginibus enumeratis seu comprehensis, si tamen ad hoc facultas, redditus seu prouentus bene et sufficienter suppetant, ńunc uel imposterum concedere possis vice nostra seu auctoritate ac etiam tradere plenam concedimus facultatem habitum et regulam beati Augustini, in quibus habitu et regula possint et valeant deuote Deo in dicto reclusorio siue claustro perpetue famulari. Hoc acto tamen et saluo quod non sint neque senceantur modo aliquo alicuius religionis mendicantium, nec eidem religioni in aliquo subsint, nisi in quantum subesse astringuntur et debent sub obedientia regulari ratione dicti habitus suscepti seu regule, sed nobis et nostris successoribus, nostreque juridictioni omnino subsint pleno jure tam dicte virgines suscepte quam imposterum suscipiende in dictum locum pro reclusorio seu claustro eis assignatum. Quam concessionem atque comissionem facimus ac concedimus eo modo et forma quibus melius, firmius et vtilius tibi recipienti, tam tuo quam ipsarum virginum nomine, de jure possumus, imperpetuum valituras. Item precipimus quod nullathenus aliqua mulier ibidem nunc uel alias in futurum recipiatur sine dote competenti, quia nostre intentionis non existit nos uel successores nostros aut mensam nostram episcopalem ex hoc in aliquo onerare uel eis prouidere, si egerint in futurum, quod absit. Volentes ut dicte virgines sueque successores gaudeant tam in personis quam in rebus omnibus priuilegiis et libertatibus sanctimonialibus feminabus a jure concessis, sine tamen preiudicio et absque diminutione seu lesione juris nostri et predicte parrochialis ecclesie de Aragnon, possintque ex nostra auctoritate virgines ipse, quandocunque et quocienscunque eisdem vtile fuerit siue necessarium, sibi eligere idoneum

confessorem, vnamque valeant inter se eligere quam magis vtilem esse uiderint seu extimauerint iuxta suam conscientiam, cui teneantur omnes alie virgines hobedire. Quibus virginibus confirmamus dictam domum cum adiacentiis seu pertinentiis suis et omnia alia mobilia et immobilia bona tua ipsis virginibus assignata uel in posterum assignanda pro habitatione seu vita aut victu virginum predictarum. Quas virgines retinemus atque recipimus, esseque volumus, maxime ad preces tuas, et omnes succedentes eisdem virginibus et bona ipsarum atque res sub nostra protexione, nostreque Sedun. ecclesie et successorum notrorum. In quorum omnium testimonium presentes litteras fieri fecimus nostri sigilli appentione munitas. Datum Seduni, die quinta mensis junii, anno Dni millesimo CCC°XXXIX°.

Le sceau manque.

1763

Reconnaissance de Perronet de Boça en faveur de l'évêque de Sion.

Sion, 1339, 7 juin.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xxx.

Anno dni M°CCC°XXX°IX°, indicione VII, VII die mensis junii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Perronetus de Boça, vallis Augustensis, ciuis Sedun., recognouit se tenere in planum feudum a dno episcopo IIII^{or} trabes tendentes a domo ipsius Perroneti ad domum Willelmi Ganter ciuis Sedun., via tendente a Vico prati versus ecclesiam beate Marie inter dictas domos mediante, et se inde debere dicto dno episcopo III den. seruicii annuatim et sex den. placiti. Et ego Jacobus de Pontally, etc.

1764

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Perrod de la Tour, seigneur de Châtillon, pour les châteaux de Felsenbourg et de Mulinen.

Tourbillon, 1339, 9 juin.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xiii.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX, indicione VII, IX die junii, in castro Turbillionis, in presencia dicti dni episcopi constitutus vir nobilis Perrodus de Turre dnus Castellionis in Vallesio, idem Perrodus confessus est se tenere in feudum ad vsum Alamanie a dicto dno episcopo et mensa episcopali Sedun. castrum de Petra[1] et castrum de Mulines[2] et se inde debere dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. vnum otovr muaz in mutacione dni et tenentis, et fecit idem Perrodus dicto dno episcopo, recipienti vice nomine et ad opus sui et mense episcopalis Sedun., homagium ad vsum Alamanie tendendo manus versus capellam dicti castri in qua, vt dicebatur; erant reliquie, ac jurauit et promisit ad sancta Dei euangelia facere dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. ea que pro dicto feudo facere tenetur, et bonum ac fidelem se habere erga ipsum dnum episcopum et mensam episcopalem Sedun. Quibus actis dictus dnus episcopus dictum Perrodum de dicto feudo per pollices inuestiuit, saluo in premissis jure ipsius dni episcopi et alterius racione. Ad hec fuerunt testes rogati viri nobiles dni Franciscus de Compesio, Cono de Castello, Gothefreydus de Nuns, milites, Maffinus de Besuncio, Franciscus maior de Chamoson, Petrus frater eius, Girardus de Monteyz, Roletus de la Porta, Aymo de Olono, Giroldus de Columberio,

[1] Felsenbourg, dans le district bernois de Frutigen ; on voit encore les ruines de ce château sur une roche escarpée, entre Kandergrund et Kandersteg.

[2] Muhlenen, Mulinen, dans le district de Frutigen.

Perrodus Fromentim, domicelli, Girardus de Dallion, Marcialis clericus dicti dni episcopi, publici notarii, Perrodus et Willermodus de Grimisua fratres, ciues Sedun. Et ego Jacobus de Pontallyz clericus, etc.

1765

L'évêque de Sion révoque un monitoire qu'il avait fulminé contre les bénéficiers de la ville de Sion à cause de leur refus de lui accorder un subside.

Tourbillon, 1339, 20 juin.

Archives de Valère, B, 29.

Nos Philippus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun. notum facimus vniuersis quod cum moneri fecerimus omnes et singulos tenentes altaria, capellas aut alia beneficia vel officia quecunque curam animarum non habentia infra ciuitatem et ecclesiam nostram Sedun., tam inferiorem quam superiorem, vt ipsi infra certum terminum nobis vel mandato nostro soluerent certam pecunie quantitatem pro nostro moderato subsidio ratione sacre nostre et pro expensis aliis in Romana curia per nos factis, predictique de hoc conquesti fuerunt, asserentes coram nobis ipsos non debere compelli occasione predicta, cum nunquam per aliquos predecessores nostros super hoc fuerint requisiti vel ab eis aliquid fuerit occasione predicta exactum. Nos vero deliberatione habita de predictis prefatam monitionem eis tollimus, nolentes aliquid exigere seu recipere ab eisdem. Datum sub sigillo nostro, in castro nostro Turbillionis, die XX[a] mensis junii, anno Dni millesimo trecentesimo tricesimo nono. Nostre tamen intencionis non existit quod hospitalia posita infra ciuitatem Sedun. vel extra cum predictis intelligantur inclusa. Datum ut supra.

Fragment du sceau en cire rouge, représentant un évêque qui tient un glaive de la main droite ; à droite et à gauche un écu portant un lion.

1766

Hommage prêté à l'évêque de Sion par le donzel Louis Albi, de Granges.

Tourbillon, 1339, 25 juin.

Arch. de la famille de Torrenté, Hommagia de Leuca, de Sirre, etc., f. iiij.

Feudum de Moniovet.

In nomine Dni, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum pateat omnibus euidenter quod anno eiusdem Dni M°CCC°XXXIX, indicione septima, die XXV mensis junii, in Turbyllyone, in camera reuerendi in Christo patris ac dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopi, in presentia ipsius dni episcopi, meique notarii et testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitutus Ludouicus filius quondam Francisci Albi de Granges, domicellus, idem Ludouicus, nomine suo, Perrodi et Francisci fratrum suorum et omnium aliorum consortum et participum feudi infrascripti, confessus est per juramentum suum super sancta Dei ewangelia corporaliter prestitum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun., et quod tam ipse quam sui consortes seu comparticipes predicti tenent in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et mensa episcopali Sedun. ea que sequuntur: Primo quoddam casale situm apud castrum de Granges, juxta turrim Mermeti de Olono domicelli, ex una parte, et turrim communem, ex altera. Item Rodulphum Tactu de Granges, hominem ligium ipsius Ludouici, et totale feudum homagii quale idem Rodulphus tenet ab ipso Ludouico. Item Benedictum de Plana villa et Anetam Burdetaz, homines suos ligios, et talia feuda homagii qualia ab ipso tenent. Item Johannem Galliardi, hominem suum ligium, et totale feudum homagii ligii quale ab ipso tenet. Item Johan-

nem Amodrici, hominem suum ligium, et totale feudum quale ab ipso tenet. Item Jaquemetum loz Sarroz et dictam la Bagnyoda de Hucogny, homines suos ligios ipsius Ludouici, et totale feudum quale ab ipso tenent. Item Willermum Gytons de Loy, hominem suum ligium, et totale feudum quale ab ipso tenet. Item Johannem et Willermum deys Cheneveres, Willermum Vtilliard et Perrodum Frerardi, homines suos ligios dicti Ludouici nomine suo et fratrum suorum, et totalia feuda qualia tenent ab ipsis fratribus. Item decem sectoratas prati sitas in prato Farcon cum grangia infra sita, de quibus et super quibus debetur annuatim dno episcopo et mense episcopali Sedun. vnum modium silliginis redditus annui parue mensure de Granges. Item decem fossoratas vinee uel circa sitas eys Dondes. Quod feudum recognitum vocatur feudum de Monjouet, de quo feudo confessus est idem Ludouicus, nomine suo et nomine quo supra, quod debetur dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. quinquaginta libras Maur. placiti in morte vassalli uel tenentis, de quibus quinquaginta libris placiti, prout asserit dictus Ludouicus, sunt compartícipes infrascripti ad omnia comparticipes tocius feudi de Monjouet ut sequitur. Primo heredes quondam Bosonis de Challer et debent quinquaginta solidos placiti pro turre de Challer, que est de dicto feudo homagii ligii de Monjouet. Item heredes Margarete de Challer relicte Girardi de Corberes domicelli sexaginta sol. Maur. placiti de quodam feudo quod jacet de inter Plan et Mont de Torten en Sux, scilicet omnia prata, omnes campos et omnes vineas et alias possessiones infra dictos confines et totam villam de Loc, saluis et exceptis quinque sol. Maur. seruicii qui sunt dni episcopi Sedun. predicti, quod feudum est de feudo predicto homagii ligii de Monjouet. Item maior Sedun. XX sol. Maur. placiti super vineam de Plantatis, que est de dicto feudo homagii ligii de Monjouet. Item heredes a la Grossa de Voudaguy sexaginta sol. placiti.

Item heredes quondam dni Aymonis de Byone militis X libras Maur. placiti. Item prepositus Montisjouis XX sol. Maur. placiti super eis que tenet apud Vyson, que sunt de dicto feudo homagii ligii de Monjouet. Item heredes quondam dni Renaldi de Martigny militis X sol. Maur. placiti. Item heredes quondam dni Willermi de Worsure XX sol. Maur. placiti. Item heredes quondam dni Willermi de Tor domicelli IIII lb. Maur. placiti et pro turre que est de dicto feudo homagii ligii XX sol. Maur. placiti. Item heredes quondam dni Petri de Turre militis quadraginta sol. placiti. Item heredes quondam dni Jacobi de Anniuiess militis quadraginta sol. placiti. Item recognouit dictus Ludouicus quod tam ipse quam omnes comparticipes sui in dicto feudo tenent in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et mensa episcopali Sedun. tales redditus, seruicia, placita et alia vsagia qualia eis debent et erga eos sunt obligati omnes homines ligii superius declarati, et fuit protestatus quod si de dicto feudo de Monjouet sit plus, quod quocienscumque esset super hoc informatus uel ad suam noticiam deueniret, quod illud manifestabit libenter et pro confessato et manifestato vult haberi. Quibus sic actis fecit fidelitatem suam dicto dno episcopo nomine suo et mense episcopalis Sedun., manus inter manus, osculo oris interueniente, ut est moris, et promisit idem Ludouicus per juramentum suum super sancta Dei ewangelia corporaliter prestitum augmentum ipsius dni episcopi et mense episcopalis Sedun. procurare et eius in vtilitatem pretermittere toto posse et facere omnia illa que in fidelitate legia requiruntur. Et tunc dictus dnus episcopus nomine suo et mense episcopalis Sedun. ac pro se et suis successoribus inuestiuit dictum Ludouicum de dicto feudo, saluo semper in predictis jure ipsius dni episcopi et alterius cuiuscumque. Tamen dictus dnus episcopus intimauit dicto Lodouico quod infra XXX dies proximos recognoscat totum feudum predictum, si plus

reperiatur, videlicet sub pena amissionis predicti. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati Petrus Magy, Petrus Bachellar de Granges, ciues Sedun., Anthonius de Ley clericus, castellanus de Siro, Johannodus de Bur de Vercorens, Aymo de Olono domicellus, alii quam plures fidedigni. Et Jacobus de Pontally clericus, Bisuntin. dyocesis, imperiali auctoritate notarius publicus, qui predictis omnibus vna cum testibus presens interfui et ea per Nycolodum Jaquini de Orseriis clericum, imperiali (auctoritate) notarium publicum, scribi feci de mandato dicti dni episcopi et in publica forma redegi, signoque meo solito signaui in testimonium veritatis omnium premissorum.

1767

Hommage prêté à l'évêque de Sion pour la majorie d'Ernen.

1339, 30 juin.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Fidelitas Antonii filii Georgii Widolini pro se et nomine Antonii et Johannis filiorum Widolini de majoria de Aragnon. 1339, 30 junii.

1340, 7 octobris. Fidelitas eorum de eadem.

1768

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Aymon, sautier de Sion.

Sion, 1339, 2 juillet.

Arch. de Valère, Liber homagiorum mense episcop. Sedun., fol. xi verso.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX, inditione VII, die II^a^ mensis julii, in castro Turbillionis, Aymo salterus Sedun. recognouit per

juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo ea que sequuntur : Primo salteriam Sedun., officium et jurisdicionem ipsius salterie hactenus consuetam in Seduno et alibi ac in villa et territorio de Saleyns, de quo feudo recognouit se debere dicto dno episcopo quindecim sol. Maur. seruicii annui et LX sol. placiti et homagium ligium per ipsum salterum manus et oris more solito in manu dicti dni episcopi iam factum. Item recognouit se tenere in planum feudum a dicto dno episcopo domum suam que dicitur domus salterie Sedun. et grangiam cum orto que contigue ipsi domui adiacent, que omnia sita sunt Seduni in vico deys Fauerges, tendente versus pontem Rodani, iuxta grangiam quondam Giroldi Fabri deuersus Sedunam, iuxta bastimentum ciuitatis; item vineam que dicitur salterie, sitam in territorio Sedun., iuxta semitam que vocatur vicus de la Souteryz, per quam decurrit aqua ad irrigandum prata deis Plantayes; item insulam que dicitur insula salterie, sitam in loco dicto Ylla ryonda; de quo plano feodo recognouit se debere dicto dno episcopo quindecim sol. seruicii annui et triginta sol. placiti in morte dni et tenentis. Acto etiam quod dictus Aymo aut eius heredes dictas possessiones non possint alienare sine laude et consensu dicti dni episcopi ac capituli Sedun. Adito etiam quod si contingeret dictum Aymonem aut eius heredes a suo corpore legitime descendentes per rectam lineam decedere nullo superstite herede a recta linea descendente, quod predicte possessiones ad mensam episcopalem predictam libere reuertantur. Quibus sic actis dictus dnus episcopus inuestiuit dictum salterum de dicto feudo plano et ligio. Testes : dni Petrus capellanus ipsius dni episcopi, Ebalus frater dicti salteri, rector altaris beati Andree in ecclesia Valerie, Poncius Trota domicellus, familiaris ipsius dni episcopi, etc. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1769

L'évêque de Sion déclare que le chapitre ne doit pas être compris dans le monitoire fulminé au sujet d'une dîme qu'il a levée, ainsi qu'au sujet de la résidence.

Tourbillon, 1339, 3 juillet.

Archives de Valère, B, 30.

Nos Philippus Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopus notificamus vniuersis quod cum nos moneri fecerimus in nostra synodo generali omnes subditos nostros beneficiatos in ciuitate et dyocesi Sedun., cuiuscunque dignitatis seu condicionis existant, vt ipsi nobis seu mandato nostro soluerent vnam decimam cum dimidia in certis terminis, quam prius nobis concesserant curati et beneficiati eiusdem nostre diocesis pro modato nostro et sacre nostre subsidio, licet tam de jure quam de consuetudine hoc nos facere et imponere potuissemus, alioquin in non soluentes excommunicacionis sententiam promulgauerimus, et canonici nostri ecclesie Sedun. et dignitates seu personatus habentes in eadem ecclesia nobis exposuerint quod ipsi alicui predecessorum nostrorum nunquam soluerunt aliquid racione sacre et subsidii antedicti, nec aliquid fuit exactum ab ipsis retroactis temporibus ex causis predictis racione prebendarum, dignitatum, personatuum aut canoniarum que obtinent in ecclesia Sedun., nobis cum instancia supplicarunt ut dignaremur declarare ipsos non debere includi sub monicione premissa. Nos igitur nolentes eis imponere noua onera uel etiam dissueta, si ita est prout ipsi asserunt, dicimus et declaramus quod intencionis nostre existit ut in monicione predicta prefati canonici dignitates seu personatus aut canonias in Sedun. ecclesia obtinentes racione eorumdem canonicatuum et prebendarum, dignitatum, perso-

tuum aut canoniarum predictorum minime includantur. Et attendentes eorum grata seruicia, potissime cum nobis concesserint ut eorum homines de gracia speciali cum aliis nostre diocesis conferant seu contribuant pro predicto seruicio sacre nostre, a predicta peticione seu monicione eosdem modo quo supra eximimus et quittamus et declaramus non includi. Item cum monuerimus omnes beneficiatos nostre diocesis ut in beneficiis suis debeant facere residenciam personalem, potissime illi quibus cura eminet animarum, dicimus et declaramus quod nostre intencionis existit canonicos in ecclesia Sedun. inferiori et superiori personaliter residentes in prefata monicione minime includi, dum tamen decenter in beneficiis suis deseruiant secundum statuta et consuetudines ecclesie Sedun., nec eorum statuta iusta et rationabilia ex premissis seu quibusuis aliis intendimus infringere uel ea in aliquo violare. Et si sint aliqui residentes canonici in ecclesia Sedun. inferiori uel superiori habentes beneficia curata in ipsis beneficiis curatis faciant per vicarios ydoneos desseruiri, vt jura exigunt et requirunt. Datum in castro nostro Turbilionis, sub sigillo nostro, die tercia mensis julii, anno Dni millesimo CCC°XXX° nono.

Sceau tombé.

1770

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Jacques (de Billens), doyen de Sion, pour son décanat.

Sion, 1339, 6 juillet.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xii.

Anno Dni M°CCC°XXXIX°, die VI mensis julii, in castro Turbillionis, in presencia dicti dni episcopi constitutus vir discre-

tus dnus Jacobus decanus Sedun., idem recognouit per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo juridicionem quam habet decanatus suus, visitacionem, correpcionem et punicionem delictorum in toto decanatu suo in tribus annis; de quo feudo recognouit se debere dicto dno episcopo homagium ligium manu et oris per ipsum more solito iam factum. Et tunc idem episcopus inuestiuit ipsum de dicto feudo, saluo jure ipsius dni episcopi et alterius ratione. Ad hec fuerunt testes rogati viri discreti dni Nichodus de Clareyns, Jaquetus de Chesauz, canonici Sedun., dnus Rodulphus rector altaris Sancti Pauli, plures alii. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1771

Décision du conseil général du Vallais au sujet de la jurisdiction.

1339, 9 juillet.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

In presentia episcopi Philippi cognitum existit in concilio generali totius terre Vallesii quod quilibet homo debet facere justiciam coram dno suo cuius est homo super petitionibus in quibus possessiones petuntur, seu in quibus agitur de feudo et dominio utili. Si uero causa mota fuerit per aliquem coram aliquo dno alicuius hominis data cautione et juramento et una partium evocaretur coram episcopo vel officiali vel decanis ad judicium super facto proprietatis feudi, tunc episcopus, officialis et decani debent remittere partes coram judice partis ree. Presentes fuere dni Petrus de Turre dnus Castellionis in Vallesio, Maffinus de Bysunto, Franciscus de Compesio, Cono de Castello, Gotofredus de Pollons, Henricus de Rarognia, milites. 1339, 9 julii.

1772

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Aymon d'Ollon pour le tiers du vidomnat de Sion.

La Soie, 1339, 13 juillet.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xii.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX°, indicione VII, XIII die mensis julii, in castro Sete, in presencia dicti dni episcopi constitutus Aymo de Olono domicellus, idem nomine suo et comparticipum suorum recognouit per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se et suos comparticipes tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo terciam partem vicedominatus de Seduno et vicedominatus de Chousun cum suis juribus et pertinenciis vniuersis; de quo feudo confessus est idem Aymo se debere nomine suo et comparticipum suorum IIII lb. Maur. placiti et homagium ligium manu et oris per ipsum dicto dno episcopo more solito iam factum. Et tunc idem dnus episcopus inuestiuit ipsum de dicto feudo, saluo jure ipsius dni episcopi et alterius racione. Ad hec fuerunt testes rogati Girardus de Dallons clericus, Helyotus camerarius dicti dni episcopi, plures alii. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1773

Droits du sénéchal de Sion.

La Soie, 1339, 20 juillet.

Archives de la famille de Torrenté, Liber instrum. de Sedun., etc., f. 14 verso et 29 verso.

Nos Philippus Dei et apostolice sedis gratia episcopus Sedun.

notum facimus vniuersis quod cum Petrus vicednus Sedun. assereret se esse senescallum nostrum Sedun. et peteret a nobis jura et rationes senescallie sue in curia ac mensa nostra Sedun., nos vero requireremus ab eodem quod nos informaret de juribus et rationibus senescallie sue predicte specificatim et articulatim, tandem mediantibus tractatoribus conuenimus ad inuicem quod dictus senescallus habeat et percipiat a nobis prebendam pro duobus equis de feno et de auena omni die, quando presens erit dictus vicednus Seduni et nos episcopus prefatus presentes erimus Seduni, seu in castro nostro Turbillionis, seu quando continget nos equitare et dictum vicednum nobiscum per diocesim nostram Sedun. vel extra pro negociis ecclesie nostre. Item habeat prebendam similiter de feno et auena pro magno equo seu destrerio, quando ipsum habere continget in loco supradicto ad nostrum necessarium seruicium. Item habeat et habere debeat a nobis, quando continget nos facere robbas scutiferis nostris, duo paria robbarum, videlicet pro se et vno scutifero suo, de robbis scutiferorum nostrorum. Item habeat et habere debeat prebendam suam in curia nostra episcopali omni die, videlicet quod dictam prebendam debeat habere et familiaris noster esse et de familia nostra in locis supradictis ipse cum quodam scutifero suo et vno famulo suo, non autem quod dictam prebendam suam extra curiam nostram debeamus eidem ministrare. Item quod habeat et habere debeat vnam prebendam seu vnam esbaciam in domo sua dicti vicedni qualibet die, sicut per predecessores nostros hactenus extitit fieri consuetum. Item dictus vicednus per se uel per alium ydoneum de familia nostra, qui placuerit nobis, debeat seruire et ministrare et fercula ponere coram nobis et in curia nostra omni die. Item habeat et habere debeat dictus vicednus vnum corium bouis tantum in festo Natiuitatis Dni et vnum aliud in festo Pasche, quandocumque continget nos in dictis festis pro curia nostra

facere vnum bouem vel plures. Item quando continget nos consecrare aliquam ecclesiam in diocesi nostra Sedun., dictus vicednus habeat et habere debeat mantilia et mappas que nobis ministrabuntur et curie nostre in comestione nostra ratione sacre, si de consuetudine legitima hactenus obseruata ad ipsum vicednum pertinere debeant. Protestans dictus vicednus quod ampliora jura et uberiora pertinent sibi et pertinere debent ratione dicte senescallie sue in supradictis articulis et etiam in quibusdam aliis, et idcirco quod per specificationem suam supradictam non fiat aliquod preiudicium in futurum, si reperiri possit quod debeat habere amplius jus in premissis seu in quibuscumque aliis. Cui protestationi consentimus quod non fiat eidem aliquod preiudicium quandocumque poterit nos informare de ampliori jure suo, et quod similiter si contingeret reperiri alias litteras seu compositiones factas inter predecessores nostros et dictum senescallum seu progenitores et pretecessores ipsius, protestamur nos prefatus episcopus pro nobis et mensa nostra episcopali non fiat preiudicium per presentes, sed quod in eisdem continebitur obseruetur ; cui protestationi dictus vicednus consentit. In quorum omnium fidem et testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostri jussimus sigilli appensione muniri. Datum et actum in castro nostro Sete, die vicesima mensis jullii, anno Dni M° trecentesimo tricesimo nono.

Avant la présente convention des enquêtes eurent lieu et de nombreux témoins furent entendus; leurs dépositions sont consignées dans un acte conservé aux archives de la ville de Sion, acte que nous croyons inutile de reproduire.

1774

Hommage prêté à l'évêque de Sion par le vidomne Pierre pour les vidomnats de Sion, de Sierre, de Viége et de Naters.

La Soie, 1339, 21 juillet.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xii verso.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX, indicione VII, XX prima die mensis julii, in castro Sete, in presencia dicti dni episcopi constitutus vir nobilis Petrus vicednus Sedun., idem recognouit per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo ea que sequuntur : primo vicedominatum Sedun. et ciuitatis Sedun., item vicedominatum de Sirro, item vicedominatum de Vespia, item vicedominatum de Narres cum pertinenciis, appendiciis, emolumentis et jurisdicione dictorum vicedominatuum; de quo feudo recognouit se debere dicto dno episcopo quinquaginta lb. Maur. placiti in morte vassalli tantum et homagium ligium more solito manu et oris per ipsum iam factum. Et tunc idem dnus episcopus inuestiuit ipsum de dicto feudo, saluo jure ipsius dni episcopi et alterius racione. Ad hec fuerunt testes rogati viri nobiles Petrus de Turre dnus Castellionis in Vallesio, Maffinus de Besuncio, domicelli, Hodinus Lumbardus, Amedeus Cheuryllout, ciues Sedun. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1775

Hommage prêté à l'évêque de Sion par le vidomne Pierre pour la sénéchalie.

La Soie, 1339, 21 juillet.

Arch. de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., fol. xii verso.

Anno Dni M°CCC°XXX°IX, indicione VII, die XX prima mensis julii, in castro Sete, constitutus vir nobilis Petrus vicedominus Sedun., idem recognouit per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo sexchaliam Sedun. et quicquid juris, rationis, dominii et actionis idem vicednus percipit in curia dicti dni episcopi ratione dicte sexchalie, prout ipse et sui predecessores hactenus existerunt consueti percipere dictum jus dicte sexchalie in dicta curia episcopali. Quiquidem vicednus asseruit se habere suffertam presentis homagii a predecessore ipsius dni episcopi. Qui dictus episcopus assignauit eidem vicedno terminum quod ipse vicednus infra proximas octabas festi Assumpcionis beate Marie augusti ipsum dnum episcopum informauerit de sufferta antedicta. Ad hec fuerunt testes rogati qui in precedenti. Et ego Jacobus, etc.

1776

Richard de la Bâtia, donzel, prête hommage à l'évêque de Sion.

La Soie, 1339, 21 juillet.

Archives de la ville de Sion, copies.

In nomine Dni, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum pateat omnibus euidenter et fiat manifestum quod

anno eiusdem millesimo tercentesimo trigesimo nono, indicione septima, die vicesima prima mensis jullii, in castro de Seta, in camera reuerendissimi in Christo patris et dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi Sedun., in presencia ipsius dni episcopi, nostrique notarii publici et testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitutus vir nobilis Richardus de Bastia domicellus, idem Richardus confessus est per juramentum suum super sancta Dei ewangelia corporaliter prestitum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun., et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et mensa episcopali Sedun. ea que sequuntur : Primo viginti quinque lb. et decem sol. Maur., quas idem Richardus percipit annualiter super talliis ipsius dni episcopi de Lens. Item Perrodum saltherum de Vyu, hominem suum ligium, cum tali seruitute in qua idem Perrodus erga dictum Richardum est obligatus ratione homagii sui. Item quinque modios siliginis et tres modios ordei annualis redditus mensure de Sirro, in quibus dictus Perrodus eidem Richardo annuatim tenetur. Item decem sol. Maur. redditus in parata dni episcopi, quos eidem Richardo debet Perrodus de la Sala de Grangiis. Item viginti sol. Maur. placiti in quibus idem Perrodus dicto Richardo tenetur in mutacione Dni et tenentis. Item quidquid habet idem Richardus infra castrum et banna castri de Grangiis, tam in domibus quam hominibus, cum feudis eorumdem, tam in jurisdictione quam aliis, exceptis quibusdam casalibus que sunt in burgo de Granges, que sunt de feudo de Monjouet. De quo quidem feudo confessus est idem Richardus se debere dicto dno episcopo et eius mense episcopali Sedun. decem lb. Maur. placiti in mutacione vassalli. Quibus sic actis fecit fidelitatem suam dicto dno episcopo recipienti nomine suo et mense episcopalis Sedun., manus inter manus, osculo oris interueniente, vt moris est. Et promisit idem Richardus per juramentum suum, vt supra, vtili-

tatem dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. procurare et eius invtilitatem pretermittere toto posse. Et tunc dictus dnus episcopus nomine suo et mense sue episcopalis Sedun. ac pro se et suis successoribus inuestiuit dictum Richardum de dicto feudo, saluo jure ipsius dni episcopi et alterius ratione. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati vir religiosus dnus Aymo prior de Grangiis, Anthonius de Lenz, Nycodus de Bastia, clerici, Rodulphus de Boscheto domicellus, Lausan. dyocesis, aliique plures fide digni. Et ego Jacobus de Pontally clericus, etc.

1777

Hommage lige prêté à l'évêque de Sion par les hommes d'Ardon et de Chamoson.

Ardon, 1339, 22 juillet.

An. Jos. de Rivaz, Opera historica, XIII, 173, ex archivo Chamosonis, vidimus an. 1450.

In nomine Dni, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum pateat omnibus evidenter quod anno ejusdem M.CCC. XXXIX, indictione septima, vicesima secunda die mensis jullii, apud Ardon, in ecclesia de Ardono, ante magnum altare, in presentia reuer. in Christo patris ac dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi Sedun., meique notarii et testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitutis probis hominibus communitatis de Ardono et Chamosôno congregatis, dicti homines omnes unanimiter, ad instantiam et requisitionem ipsius dni episcopi, recognoverunt se esse et fuisse ligios et talliabiles usque ad decem lb. Maur. tantum ad misericordiam dni episcopi et non ultra et fideles dicti dni episcopi et ecclesie Sedun., et jurauerunt unanimiter fidelita-

tem dno episcopo Philippo predicto recipienti pro se et ecclesia sua Sedun. et pro successoribus suis in ecclesia supradicta. Et recognouerunt dicti homines, ad instantiam et requisitionem dicti dni episcopi, quod si essent quinquaginta in uno hospitio de Ardono et de Chamosono nati vel progeniti, quod sunt et esse debent homines ligii et talliabiles sub forma predicta dni episcopi et ecclesie Sedun. Item dixerunt et recognoverunt quod in toto territorio et dominio de Chamoson, videlicet sub aqua de Iserna usque ad aquam de Ausenches et per balmam deys Praz protendendo, nullus posset transfigere sive imponere unum paulum sive unum baculum de terra nisi supra feudum et baroniam dicti dni episcopi et ecclesie Sedun., et quod omnes possessiones inter dictas aquas existentes sunt de feudo et baronia dicti dni episcopi et ecclesie Sedun. Item recognoverunt se debere calvacatam dicto dno episcopo et ecclesie Sedun., ut alii homines dicti dni episcopi et ecclesie supradicte, pro nemoribus, pascuis et aquis ; item et lathace[1] quilibet focus semel in anno in dicto loco, si opus fuerit. Item confessi sunt, ut supra, se tenere a dicto dno episcopo et ecclesia Sedun. pascua, aquas et nemora. Facta protestatione per dictos homines quod non intendant taillabiles esse ultra quam dictum est ut supra ; dicto dno episcopo respondente quod non consentit dicte protestationi, sed dissentit dicens et protestans nomine suo et ecclesie sue supradicte quod ipsi sunt taillabiles ad bonam misericordiam suam, et non ultra usque ad decem dictas lb. Cui protestationi per dictum dnum episcopum facte dicti homines minime consenserunt, sed potius dissenserunt et ipsam protestationem per dictum dnum episcopum factam fortius quam potuerunt contradixerunt, et fuerunt adhuc protestati dicti homines quod si in quodam publico instrumento olim facto ad instanciam bone

[1] La thace, taxa ? imposition ?

memorie dni Bonifacii episcopi Sedun. aliter contineretur quam ipsi confessi sunt, quod dictum est, quod ipsis vel alteri ipsorum non debeat prejudicium generare. Cui protestationi prefatus dnus episcopus Philippus minime consensit et protestatus fuit iterum pro jure suo et ecclesie sue Sedun., asserendo quod ipse non intendebat nec credebat, nec intendit seu credit quod ipsi essent seu sint talliabiles usque ad illam quantitatem quam ipsi confessi sunt et fuerunt ad voluntatem et misericordiam episcopi Sedun. ad plus vel minus, secundum quod sibi videbitur expedire; protestans idem dnus episcopus Philippus quod per eorum dictam confessionem nolebat ac nec vult nec intendit aliquod prejudicium sibi et ecclesie sue Sedun. generare. Cui quidem protestationi ultimo facte per dictum dnum episcopum dicti probi homines, salvis sibi aliis protestationibus suis, minime consenserunt. Et de predictis omnibus et singulis prefatus dnus episcopus nomine suo et ecclesie Sedun. predicte et prefati probi homines nomine suo et illorum omnium de dictis locis de Chamoson et de Ardon preceperunt michi notario subscripto facere duo publica instrumenta, unum ad opus cujuslibet partis et quoties opus fuerit refici ad dictamen sapientum, substantia tamen in aliquo non mutata. Ad hec autem omnia et singula premissa fuerunt testes vocati et rogati viri venerabiles dnus Anselmus de Castellione, August. diocesis, canonicus Sedun. et curatus de Ardono, dnus Andreas vicarius ejus, dni Johannes et Emericus capellani ipsius dni episcopi, Philippus de Chamballiaco domicellus, nepos ipsius dni episcopi, Helyas et Helyotus armigeri ipsius dni episcopi, Roletus de Boscheto domicellus, Lausan. dyocesis, aliique quam plures fide digni. Et ego Jacobus de Pontally, clericus, Bisuntin. dyocesis, Seduni commorans, auctoritate imperiali notarius publicus, predictis omnibus presens fui et ea per Nicholodum Jaquin de Orseriis clericum et notarium publicum de mandato ipsius dni episcopi

scribi feci et in publicam formam redegi, signoque meo solito fideliter signavi in testimonium veritatis omnium premissorum.

1778

Accord entre l'évêque de Sion et Jean d'Orsières, donzel.

La Soie, 1339, 22 juillet.

Archives de Valère, Liber ministraliæ.

* Anno dni M°CCC°XXXIX, indicione VII^a^, die XXII mensis julii, apud castrum de Seta, cum discordia verteretur inter dnum Ph. episcopum Sedun. et Jo. de Orseriis domicellum, morantem apud Sirro, super eo quod dictus dnus episcopus petebat a dicto Jo. omnia bona que quondam fuerunt Petri Montaner in contracta de Sirro, ab ecclesia de Laques inferius, sibi commissa propter homagium a longo tempore non recognitum et placitum non solutum; tandem ad talem compositionem deuenerunt quod dictus dnus episcopus concessit dicto Jo. dicta bona in planum feudum pro XVIJI den. seruicii et tribus sol. placiti in mutatione dni et vassalli. Ratifficans idem dnus episcopus talem heredis institutionem et donationem qualem sibi fecit Agnes maiorissa de Sirro quondam, filia dicti P. Montaner. Testes: frater Thomas de Grunbeta ordinis Cartusiensis, dni P., Jo. et Emericus, capellani dicti dni episcopi, dnus Ja. de Aragnon rector capelle beate Marie Magd. in ecclesia beati Theodoli Sedun., Martialis clericus dicti dni episcopi, Nantermus vicednus Martigniaci domicellus.

Ja. de Pontalli.

1779

Louis Albi prête hommage à l'évêque de Sion pour les biens de son épouse.

La Soie, 1339, 27 juillet.

Arch. de la famille de Torrenté, Hommagia de Leuca, de Sirro, etc., f. ii verso.

Feudum Francisci Quarterii de Leuca.

In nomine Dni, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum pateat omnibus euidenter quod anno eiusdem M°CCC° (XXX)IX, indicione septima, die XXVII mensis jullii, in castro Sete, in camera reuerendi in Christo patris ac dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi Sedunensis, in presentia ipsius dni episcopi, meique notarii et testium subscriptorum, propter hoc specialiter constitutus Ludouicus filius quondam Francisci Albi de Granges domicelli, idem Ludouicus, nomine vxoris sue filie quondam Francisci Quarterii de Leuca, de eius hereditate sunt bona que sequuntur. Confessus est per juramentum suum ad sancta Dei ewangelia corporaliter prestitum nomine dicte vxoris sue se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun., salua fidelitate vnius dni, et non obstante eo quod idem Ludouicus est homo ligius ipsius dni episcopi et mense episcopalis Sedun., quod homagium sibi jam fecit pro albergamento Montisjoueti, et est confessus per juramentum suum, ut supra, se tenere nomine dicte vxoris sue in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo et mensa episcopali Sedun. ea que sequuntur : Primo quamdam vineam cum omnibus pertinenciis suis, sitam apud Leucam, eys Estaues, inter vineas capituli Sed. et ecclesiam de Leuca, ex vna parte, et vineam heredum quondam Petri Dompne Auant, ex altera, et inde se debere dno episcopo et

mense episcopali Sedun. nomine dicte vxoris sue pro dicta vinea I lb. piperis seruicii annuatim ad magnum pondus et II lb. piperis placiti ad idem pondus, tali conditione quod heredes dicti Francisci Quarterii non possint nec debeant, videlicet illi qui dictum feudum tenuerint, legietatem deinceps facere alii duo nisi dicto duo episcopo et mense episcopali Sedun., quadraginta solid. Maur. redditus annui, quos dictus Ludouicus nomine dicte vxoris sue percepit ac percipere debet annualiter super talliis ipsius dni episcopi de Leuca et de parrochia de Leuca. Mandans et precipiens idem dnus episcopus mistrali suo de Leuca, etc. De quo vltimo feudo confessus est idem Ludouicus, nomine quo supra, se debere dicto episcopo et mense episcopali Sedun. vnum homagium ligium, item vnam libram piperis seruicii annui ad magnum pondus, et duas libras placiti ad idem pondus, prout hec in quadam chartra cancellarie Sedun. et quadam littera sigillo bone memorie dni Aymonis de Castellione, August. dyocesis, quondam episcopi Sedun., sigillata videtur plenius contineri, etc. Et quia dictus Ludouicus non potest dictum homagium reddere dicto duo episcopo propter occupationem dicti homagii uel alterius homagii per ipsum dicto duo episcopo jam facti, dictus dnus episcopus fecit super gratiam de dicto homagio faciendo vsque ad beneplacitum suum, pro qua gratia idem Ludouicus promisit dare et soluere annuatim dicto duo episcopo et mense episcopali Sedun. vnam libram piperis ad magnum pondus nomine sufferte in natiuitate Dni, quamdiu dictum homagium non reddetur ; sed quando dictum homagium redderetur, dicta sufferta cadit et sic nullius valoris uel momenti. Quibus sic actis dictus dnus episcopus pro se et successoribus suis in ecclesia Sedun. dictum Ludouicum de dicto feudo inuestiuit, saluo jure suo et alterius ratione. Ad hec fuerunt testes rogati vir nobilis Johannes de Anniuisio, dnus Gottefredus de Nuns, dnus Cono de Castello miles, Guillermus de

Columberio domicellus, Girardus de Dallyon clericus, notarius publicus, aliique quam plures fide digni. Et Jacobus de Pontally clericus, etc.

1780

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Pierre, sautier de Martigny.

La Soie, 1339, 27 juillet.

Homagia de Leuca, Nares, etc., f. v verso.

Feudum Petri salterii.

* Anno Dni M°CCC°XXXIX, indicione VII^a^, die XXVII mensis jullii, in castro Sete, in camera dni Philippi episcopi Sedun., Perrodus salterus Martigniaci confessus est per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. et tenere in feudum homagii ligii primo balnea de Boez cum eorum pertinenciis, exceptis quadraginta quatuor solidis redditus qui debentur Francesie relicte Perrodi de Cort et XII den. Maur. redditus qui debentur communitati de Leuca, videlicet dicta balnea in recompensationem XXV sol. Maur. annui redditus quos vendidit Jacobus mistralis quondam super prato Flori; item apud Serqueno XXX fich. silliginis redditus de feudo Ryssyer; item ibidem IIII fichil. silliginis annui redditus ad mensuram de Leuca; item octo fich. frumenti redditus annui ad predictam mensuram, qui debentur apud Serqueno; item duos sol. sex den. seruicii annui redditus et duplum placiti, qui debentur apud Serqueno; de quo feudo recognouit se debere quinque sol. Maur. seruicii annui et X sol. placiti quando acciderit, item duos sol. redditus annui in festo beati Michaelis pro dictis balneis et homa-

gium ligium. Testes: Dyonisius de Thora canonicus et officialis Sedun., Huldricus de Aduentica curatus de Leuca, Perrodus salterus Martigniaci, Jacobus de Chouson clericus, et Jacobus de Pontally clericus, notarius publicus, etc.

1781

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Willermod Herpo.

La Soie, 1339, 27 juillet.

Homagia de Leuca, de Nares, etc., f. v.

* Anno Dni M°CCC°XXXIX, indicione VII^a^, die XXVII^a^ mensis julii, in castro Sete, in camera reuer. in Christo patris ac dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi Sedun., Willermodus filius quondam Perronerii Herpo (de Leuca) clericus confessus est per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun., et se tenere ab eodem dno vnam peciam prati cum grangia infrasita cum omnibus pertinentiis suis, sitam apud Ayent, supra stratam publicam, subtus pratum dni episcopi, et se inde debere dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. duos sol. sex den. Maur. seruicii annuatim et nouem sol. placiti, quando acciderit, et homagium ligium more solito. Testes: dnus Dyonisius de Thora canonicus et officialis Sedun., Huldricus de Aventica curatus de Leuca, Perrodus salterus Martigniaci, Jacobus de Chouson et Jacobus de Pontalli clericus, notarius, etc.

1782

Philippe, évêque de Sion, menace de l'interdit les paroissiens de Viége, qui refusent de lui payer un subside.

Sion, 1339, 28 juillet.

Archives de Valère, copie du XIVe siècle.

Philippus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun. dilecto nostro curato de Uespia uel eius vicario seu locumtenenti salutem in Dno sempiternam. Cum parrochianos et communitatem loci et parrochie uestre de Vespia alias per uos et per alios requisierimus, ut nobis de competenti subsidio propter nouitatem nostram et propter expensas sacre quas habuimus et adhuc habemus in Romana curia subire, et eciam propter debita predecessorum nostrorum et alia honera que habuimus et habemus supportare, vellent prouidere seu subuenire, quemadmodum hactenus fecerunt et extitit obseruatum tempore predecessorum nostrorum, ipsique hoc facere noluerint, nos attendentes honera predicta et modum in eadem nostra diocesi Sedun. hactenus obseruatum, vobis precipiendo mandamus ac uos monemus et sub pena excommunicacionis, quam in uos ferimus in hiis scriptis nisi feceritis que mandamus predicta, canonica monicione premissa, quatenus eosdem parochianos et communitatem ipsorum moneatis ut infra viginti dies a tempore monicionis huiusmodi computandos, quos eisdem pro primo, secundo et tercio perhemptorie terminis assignamus, nobis de predicto competenti subsidio ex predictis causis secundum modum et formam hactenus obseruatam proueniant seu subueniant, alioquin ex nunc prout ex tunc locum et ecclesiam de Vespia et parrochiam vestram ecclesiastico supponimus interdicto, quod interdictum ibidem tam-

diu seruetis, donec per nos fuerit relasatum, sub pena predicta. Datum Seduni, sub sigillo nostro, die XXVIII[a] mensis julii, anno Dni M°CCC°XXXIX°. De presentacione uero presencium credemus presencium portatori.

1783

L'évêque de Sion donne la majorie de Louèche à Ponce Grota, donzel, du diocèse de Périgueux.

Saint-Gingolph, 1339, 30 juillet.

Archives de Valère, Liber instrumentorum de Leuca, f. 2 verso.

* Anno natiuitatis Dni millesimo tercentesimo tricesimo nono, et die tricesima mensis julii, indictione VII[a], pontificatus dni Benedicti pape XII anno quinto, dnus Philippus Dei gratia episcopus Sedun. dedit perpetuo nobili viro Pontio Grota domicello, Petrogoricensis diocesis, tamquam benemerito et pro bonis serviciis, curialitatibus eidem dno episcopo impensis, donatione pura inter vinos maioriam de Leuca cum suis juribus, dominio et pertinenciis vniuersis; quequidem maioria exciderat dicto dno episcopo in commissum propter homagium debitum ex eadem dicto dno episcopo non factum et placitum ex inde debitum non solutum ac pluribus aliis rationibus et causis clarissimis et apertis de consuetudine et jure; item quoddam virgultum seu ortum eidem dno episcopo escheytum per mortem Salomee de Virgulto, situm apud Briga. Deuestiens, etc., saluo semper jure suo et mense sue episcopalis tam in recognitione feudali quam in placito et aliis quibuscumque. Mandans, etc. Acta fuerunt hec apud Sanctum Gyngulphum, Geben. diocesis.

1784

Les frères François, Perrod et Louis Albi de Granges renoncent à une vente qui avait été faite à François Albi, leur père, par Aymon de Morestel, donzel.

Sion, 1339, 14 août.

Archives de la ville de Sion.

* Anno Dni millesimo CCC°XXX°IX°, indicione VII, die XIIII mensis augusti, Seduni, in curia episcopali, in mei notarii et testium subscriptorum presencia propter hoc specialiter constituti Franciscus, Ludouicus et Perrodus fratres, filii quondam Francisci Albi de Granges domicelli, nomine suo, Agnetis matris eorum et sororibus (sic) eorum, ex una parte, Jacobus de Morestello domicellus, nomine suo et Agnetis sororis sue, ex altera; dicti fratres Franciscus, Perrodus et Ludouicus petebant a dicto Jacobo quod cum Aymo de Morestello domicellus quondam, pater ipsius Jacobi, vendidisset Francisco Albi, patri dictorum fratrum, per purum et francum allodium quosdam homines ligios et talliabiles ad misericordiam et quosdam feudatarios ac etiam fidelitates, tallias, seruicia, homagia, redditus, placita et alia vsagia in quibus dicto Aymoni tenebantur homines ligii et feudatarii infrascripti, cum omni jure, dominio, mero et mixto imperio et omnimoda seruitute et juridicione, etc., quorum nomina et vsagia hic inferius continentur. (*Suit l'énumération de ces hommes et de ce qu'ils doivent : Ils sont au nombre de 37 ; 6 sont de Lens, 3 de Dyogny, 1 de Montana, 1 de Granges et 1 de Chermignon dessus ; pour les autres le lieu d'habitation n'est pas indiqué.*) Et res predictas sic venditas per purum et francum allodium dnus Philippus episcopus Sedun. peteret a dictis fratribus tanquam excheitas et sibi commissas, pro eo quod vendite erant sine

laude suo seu predecessorum suorum, et dicte res essent de feudo homagii ligii mense episcopalis Sedun., de quo feudo est homo ligius dicte mense episcopalis Perrodus de Morestello domicellus, petebant dicti fratres a dicto Jacobo de Morestello, tanquam heredi vniuersali dicti Aymonis, quod eisdem dictas res manuteneret ac judicium et causam in se susciperet contra dnum episcopum memoratum. Tandem dicta discordia inter dictos fratres pro se et suis quibus supra, pro quibus promiserunt esse guerentes, ex vna parte, et dictum Jacobum pro se et sorore sua predicta, pro qua promisit esse guerens, ac Johannem et Perrodum de Morestello fratres presentes, ex altera, mediantibus amicis communibus sedata est in hunc modum. Videlicet quod dicti fratres Franciscus, Perrodus et Ludouicus quittauerunt omnes res predictas patri eorum quondam venditas per Aymonem predictum Jacobo supradicto et etiam omnem venditionem rerum predictarum, dictusque Jacobus dictis fratribus pro remissione et quittatione venditionis rerum predictarum soluit dictis fratribus setuaginta lb. Maur., videlicet quadraginta sex lb. in pecunia numerata. Item cum dicti fratres Franciscus, Perrodus et Ludouicus tenerentur Johanni et Perrodo de Morestello fratribus predictis in quadraginta sol. Maur. annui redditus ratione cuiusdam compositionis facte inter dictos fratres Franciscum, Perrodum et Ludouicum, ex una parte, et dictos Johannem et Perrodum de Morestello, ex altera, pro quodam feudo homagii ligii quod dicte partes tenebant quondam a nobili viro Petro de Turre, dno Castellionis in Vallesio, quod homagium dicti fratres Franciscus, Perrodus et Ludouicus facere debebant dicto dno de Turre et quia ipsum facere recusauerunt, dictus dnus de Turre dictum feudum tanquam sibi commissum recepit ad manus suas et pro emenda partis dicti feudi dictorum fratrum de Morestello, quam amiserant ob defectum dictorum fratrum Francisci, Perrodi et Ludouici, qui dictum homagium

facere debebant et dictos fratres de Morestello debebant conseruare indempnes de dicto homagio, prout in partagiis suis inter dictas partes factis conuentum extiterat, dederunt in solutum nomine et ex parte dicti Jacobi pro ipso soluendo pro viginti quatuor lb. Maur. predictos quadraginta sol. eisdem fratribus Francisco, Perrodo et Ludouico. Deuestientes, etc. Promiseruntque dicte partes, etc. Testes: Cono de Castello, Gothefredus de Nuns, milites, dnus Willelmus de Clareyns canonicus Sedun., Maffinus de Bissunco domicellus, rector terre Vallesii, Ebalus sacrista, Jacobus decanus Sedun., Aymo de Olono, Gothefreydus de Larchet, August. dyocesis, Johannes de Saxons, Johannes familiaris dicti dni sacriste, domicelli, etc.

La partie inférieure du parchemin à gauche a été mouillée et est illisible; il manque ainsi les noms de quelques témoins et du notaire.

1785

Notification d'une donation faite à l'autel de Saint-Jacques, à Eggerberg.

Naters, 1339, 15 août.

Archives de la paroisse de Naters, copie de M. Ferd. Schmid.

* Notum quod cum ad instanciam et requisicionem dni Martini canonici Sancti Egidii de Uerencio, Augustensis dyocesis, procuratoris venerabilis viri dni Bonifacii de Schalant, curati de Narres, coram Anthonio de Urtica, gerente vices nobilis dni Francisci de Compesio, militis, castellani de Saxo de Narres, constituti dnus Johannes Burkini, capellanus de Narres, Johannes Matricularius de Narres, clericus, et Henricus filius quondam Henrici de Crista de Terman, iidem nomine testium
* dixerunt se presentes fuisse, vidisse et audiuisse apud Narres in domo dicti curati ipsius loci, quod ibi quondam Petrus de

Lacx clericus dedit ecclesie de Narres ad opus altaris sancti Jacobi apostoli in den Ecca constituti donacione pura VII sol. Maur. seruicii perpetui, recipiendos a heredibus anno quolibet in festo sancti Martini, ad opus dicti altaris, ad emendum oleum et ad illum urendum omni die sabathi per noctem in omnibus solempnitatibus et in quadragesima in quantum extendere possit, hora completorii, et assignauit dictus Petrus dictos VII den. recipiendos supra domum Francisci filii Petri supradicti, que domus sita est in villa de Narres subtus ecclesiam dicti loci et iuxta domum Anthonii de Aragnon. Item dedit dictus Petrus, vt supra, ex II solidis Maur. annui seruicii confratrie Sancti Spiritus de Narres XVIII den., ex ipsis II solidis tantum dicte confratrie et VI den. incendenti et illuminanti lampadem dicti olei, primo percipiendo annuatim in festo beati Martini, uel vnum fischelinum cum dimidio in compunctionem et euidenciam dictorum XVIII den., qui debentur de uinea que quondam fuit Uldrici Matricularii de Narres, iuxta domum Willelmi de Buningen. Testes : dnus Johannes curatus de Simplono, Nicolaus hospes Sancti Jacobi Domus Ossule, Willelmus de Crista, Johannes filius Johannis de Buningen et Johannes de Prato clericus qui, etc. Actum apud Narres, anno Dni M°CCC°XXX nono, die XVIII kl. septembris.

1786

Albert, major de Suen, reconnaît devoir payer au chapitre de Sion 40 sols sur la taille des hommes de la mense épiscopale dans la vallée d'Hérens.

Hérens, 1339, 2 novembre.

Archives de Valère.

* Notum sit omnibus Christi fidelibus quod Albertus maior de Suen recognouit per juramentum suum se debere capitulo

Sedun. quadraginta sol. Maur. annui redditus super talliam quam recuperatur (sic) apud vallem de Heroens super hominibus dni episcopi et mense episcopalis Sedun., qui quondam fuerunt Warneri de Rarognia, quos olim acquisiuit dnus Rodulphus quondam episcopus Sedun. a dicto Warnero. Quos quadraginta sol. idem dnus episcopus legauit eidem capitulo pro aniuersario suo faciendo. Item recognouit tenere a dicto capitulo mistraliam dictorum hominum. Inde rogauerunt, etc. et Johannes Borgeys clericus qui juratus, etc. Actum apud Heroens, in crastina die festi Omnium Sanctorum, anno Dni M°CCC°XXX nono, imperio vacante, Philippo episcopante.

1787

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Jean le jeune, major de Vernamiège, en son nom et en celui de son frère Jean l'aîné.

Sion, 1339, 28 novembre.

Archives cantonales du Vallais, Liber deseni de Seduno, f. 282 verso.

Anno Dni millesimo CCC°XXX°IX°, inditione VIII^a^, die XXVIII^a^ mensis nouembris, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, in camera capelle Trinitatis, Joannes junior maior de Vernamisia confessus est per juramentum suum se esse hominem ligium dni Philippi episcopi Sedun. et mense episcopalis Sedun. et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno nomine suo et Joannis fratris sui junioris (l. senioris) maioriam de Vernamisia et de Nas vnacum mistralia, pertinentiis, dominio, jurisdictione et aliis juribus maiorie et mistralie predictarum, videlicet de Vernamisia in villa et de Nas alte et basse in tota perrochia de Nas, super omnes personas de hominibus et feudatariis dicti dni episcopi. Item dimidiam

decimam communitatis de Vernamisia que spectat ad maioriam. Item totam alpem de l'Arpeta, sitam supra montem de Magy, a prato Ursin superius et a platea de Wienneper superius tendendo ad saxum dou Morvex superius, et iuxta montem de Vernamisia a pede superius, et iuxta pasturagium Loueno de Pya Enson et subtus montem de Campo moventem de dno de Aniuisio. Maioria vero se extendit ab aqua de Borny superius et ex alia parte vsque ad montem de Magy de Pya Enson vsque ad saxum de Myrvex, ex alia parte tendit a confinibus castellanie de Grangiz et de Loye du Pia Enson vsque ad montem de Saxo Enson Serra. De quo quidem feudo confessus est idem Joannes maior minor, nomine suo et dicti Joannis senioris fratris sui, se debere dicto dno episcopo, primo duos sol. Maur. seruicii et quatuor sol. placiti pro dicta medietate decime, item quadraginta fichillinos silliginis redditus annualis ad mensuram Sedun. nomine medietatis dicte decime; item confessus est se debere pro dicta alpe de l'Alpetaz tres sol. seruicii cum placito. Et debent respondere homines dni episcopi dicto maiori nomine suo et fratris sui ratione dicte maiorie de tallia, redditibus, seruiciis, placitis et aliis vsagiis debitis dicto dno episcopo infra perrochiam de Naz, nec debet aliquis homo facere justiciam infra confines dicti montis super offendentes in ipso, nisi dictus dnus episcopus, dictus maior, prout predicta confessus est dictus Joannes vera esse. Quibus sic actis idem confitens fecit fidelitatem et homagium nomine suo et dicti fratris sui in manus dni Petri Trenchapodii capellani et procuratoris dicti dni episcopi, etc.

Et ego Jacobus de Pontallye, clericus, etc.

1788

Hommage prêté au doyen de Valère par Jean d'Embd.

Sion, 1339, 28 novembre.

Archives de Valère, Extractus instrum. decanatus Valeriae, Z, 6.

Anno Dni M°CCC°XXXIX°, et XXVIII die nouembris, Johannes filius Johannis ab Embda, particeps feudi quod Petrus gener quondam Andree de Staldon tenebat a dno decano Valerie, comparuit coram dicto dno decano, sibique fecit homagium ligium, salua fidelitate dni episcopi Sedun. Hoc acto inter prefatos decanum et Johannem quod idem Johannes seu successores non possint neque debeant emere seu acquirere aliquid de feudo rerum infrascriptarum absque laude et consensu dicti dni decani. Item confessus est et recognouit dictus Johannes quod quicunque facit homagium pro feudo predicto, debet de placito XX sol. dicto dno decano in mutacione dni et vassalli. Recognouitque idem Johannes quod de predicto feudo sunt ista que secuntur: primo decima bladi in toto territorio ville de Embsa, quamquidem decimam dictus Johannes tenet in manu sua, excepto vsufructu quem tenet in dimidia parte dicte decime Mathelda relicta Andree de Staldun. Item de dicto feudo decima bladi et nascentium in territorio de Grenekun a fondo aque Vespie vsque ad summitatem moncium, quam decimam tenet Johannes filius Anselmi in Maspe e gareta relicta Mathei Aspere et liberi eiusdem. Item decima raparum, lini et canapis est de dicto feudo, excepta decima de Bregelin, quam decimam de Grenekun tenet Jacobus gener quondam Rudini Aspere. Item est de dicto feudo decima bladi yemalis que percipitur a ponte de Vespia vsque summitatem montis de Sisilz et apud Helleton, apud Eckon, in de(m) Wi-

genriede apud Esche, in dem Riedere et apud Albuna et in omnibus confinibus dictorum locorum, quam deciman tenet Anthonia filia quondam Petri de Exkolcz, excepta decima mansi, quam tenet Willermus de Lathala et comparticipes sui. Item est de dicto feudo decima bladi yemalis in tota villa de Vespia et in territorio eiusdem, quam decimam tenent liberi quondam Petri Nicholay de Vespia domicelli et Johannes filius quondam Gotheffredi filii Petri Esperlini, excepta decima que percipitur in locis illis in quibus solent esse vinee, et excepta decima noualium, et excepta decima mansi quam tenet Gregorius de Lasthala et cumparticipes sui. Item est de dicto feudo decima de Kalpotran, quam tenet dictus Johannes ab Embda. Item eius decima nascentium in villis de Staldun, Katzenlukren, de Mullachken, apud Boheme, et due partes nascentium apud Sausa et apud Vespiam, quas decimas tenet Jacobus Buoz seu liberi sui. Que omnia, sicut superius exprimuntur, saluis exceptis, idem Johannes recognouit esse de feudo homagii dicti dni decani et se debere de predictis et pro predictis singulis annis eidem dno decano triginta duos modios siliginis ad mensuram de Vespia, reddendos apud Vespiam sub pena dupli. Actum in castro Valerie.

1789

Donation de Nicolas Bandylo, d'Ernen, aux religieuses du couvent du Mont de la grâce, à Ernen, pour la dote de sa fille.

Ernen, 1340 (1339), 27 décembre.

Archives de Fiesch. — Furrer, III, 120.

* Notum sit quod ego Nycholaus dictus Bandylo de Aragnon, laudatione Jacmine vxoris mee et Anthonii filii mei, ad instantiam Agnetis filie mee, deuotis Deo uirginibus sanctimonialibus

et dominabus conuentus Montis gratie apud Aragnon constituti, ordinis Sancti Augustini, necnon dno Petro curato de Aragnon, fundatori et dotatori dicti conuentus, que sanctimoniales cum dicto curato respecta donatione mea et affectione predicte filie mee dictam filiam meam receperunt, recepta ab ipsa professione solempni castitatis, obedientie et abdicationis per ipsum curatum, ego prefatus Nycholaus respiciens dictum conuentum nondum sufficienter esse dotatum, dedi perpetue dicto conuentui, vt dicta filia mea eo minus sit onerosa dictis sanctimonialibus, imprimis vnum modium siliginis yemalis seruicii et quinque sol. placiti, que debent Petrus Faber de inferiori Aragnon et comparticipes sui. Item quinque fissil. siliginis seruicii. Item septem fiss. siliginis seruicii. Item octo fissil. siliginis seruicii et duos sol. Maur. seruicii. Item duos fiss. frumenti seruicii. Item est actum inter dictum Nicholaum et filiam suam memoratam et dnum curatum predictum, quod predictus Nicholaus in suo mortis articulo vel ante debet augmentare dotem filie sue rationabiliter. Jacobus rector capelle de Bvele sacerdos hanc cartam leuauit. Actum apud Aragnon, VI° kl. januarii, anno M°CCC°XL°, imperio vacante, Philippo episcopante.

Comme en Vallais l'année commençait à Noël, cet acte, daté du 27 décembre, doit appartenir à l'année 1339; cependant comme on trouve des exceptions à cet usage, il se peut qu'il soit en réalité daté du 27 décembre 1340.

1790

Pierre Morart reconnaît tenir la métralie des hommes du chapitre de Sion à Hérens.

1339.

Archives de Valère, Extracta registrorum cancellarie.

Petrus Morart de la vila de Heroens recognouit tenere in

feudum a capitulo Sedun. mistraliam hominum dicti capituli, quos acquisiuit dictum capitulum a Petro Fontana, et eidem capitulo respondere pro ipsis hominibus annuatim nomine tallie XV sol. Maur., cum omni jure et dominio ipsorum hominum, de quibus eidem capitulo uel vicedno ibidem existenti pro dicto capitulo debet reddere bonum computum de omnibus clamis, bannis, etc.

1791

Berthelet de Greysier, donzel, major de Sion, amodie à Perronet de Noyerey, pour trois ans, tous les revenus de la majorie, depuis la rivière de la Lizerne jusqu'à celle de la Rière.

Sion, 1340, 4 janvier.

Registrum Perrodi de Sancto Mauricio.

* Anno dni M°CCC°XL°, indicione VIII^a^, die IIII^a^ mensis januarii, in ciuitate Sedun., in domo turris Bertholeti de Gresier domicelli, maioris Sedun., dictus Bertholetus maior vendidit et admodiauit Perroneto de Noyerey ciui Sedun. res, bona, terras, possessiones, vineas, prata, census, redditus, seruicia, placita, vsagia et res alias quascunque ad ipsum Bertholetum maiorem Sedun. spectantes et spectantia, in quibuscunque rebus consistant corporalibus et incorporalibus, juridictione, juridictionis exercitio, bannis, clamis, debitis, exitibus, prouentibus, obuentionibus et excheytis ipsius maiorie officii, que dictus maior percipit ratione sue maiorie in tota terra Valesii ab aqua que dicitur Yserna superius vsque ad aquam que dicitur Ryey fluentem prope villam de Sancto Leonardo, vna etiam cum onere, comodo et honore rerum et bonorum predictorum, per tres annos incipiendos prima die mensis marcii, et hoc pro triginta lb. Maur. annue pensionis.

Hoc acto inter partes premissas quod si forte, quod absit, contingeret solui dno Philippo episcopo Sedun. seu alteri futuro episcopo placitum sibi debitum pro feudo quod dictus maior tenet ab ipso dno episcopo ratione maiorie sue, uel alia ratione quacumque, dictus maior et sui tenentur illud placitum soluere. Item de bonis predictis exceptum est pratum dicti maioris in territorio Sedun. versus lo Croset, quod nunc tenet Thomassinus Lumbardus ciuis Sedun. Testes: Roletus filius Mermodi de Sancto Jorio militis, Nanterinetus de Bioleto, morans ou Marech de Sirro, domicellus, Henricus mistralis de Chammunyns clericus, rector hospitalis Sancti Johannis Sedun.

1792

Réversale de l'évêque de Sion en faveur des citoyens de cette ville, qui lui ont accordé un don gratuit de 200 florins.

Chambéry, 1340, 13 janvier.

Archives de la ville de Sion.

Nos Philippus Dei gracia episcopus Sedun. notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos expositis dilectis ciuibus nostris Sedun. oneribus expensarum quas sustinuimus in curia romana, tam pro sacra nostra quam ex aliis contingentibus, ipsis ciuibus considerantibus nos valde oppressos ex predictis oneribus expensarum, ex eorum spontanea voluntate et gracia speciali placuit nobis subvenire de ducentis flor. auri, quos ducentos flor. confitemur nos recepisse ab ipsis ciuibus ex dicta gracia, sic quod tempore nostro imposterum uel successorum nostrorum trahi non possit contra dictos ciues ad aliquam consequenciam seu ad aliquod genus vel speciem seruitutis, nec etiam preiudicet nostris suc-

cessoribus in hiis que ipsi cines debite facere tenentur eisdem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi iussimus in pendenti. Datum Chamberiaci, anno Dni millesimo CCCXL, et die X tercia mensis januarii.

1793

Nomination de vicaires généraux par l'évêque de Sion.

Chambéry, 1340, 26 janvier.

Archives de Valère, Vidimus de l'official de Sion, du 10 mars 1340.

Philippus Dei gracia episcopus Sedun. venerabilibus et discretis viris dnis Helye de Chambarlhaco, rectori ecclesie de Sauinaco, Petragoricensis dyocesis, Jacobo decano, sacriste, et Dyonisio de Thora canonico Sedun., in Christo sibi fidelibus, salutem in Dno. De fidelitate et industria ac prudencia vestra plenam fiduciam obtinentes, vos et quemlibet vestrum in solidum nostros facimus et constituimus in spiritualibus vicarios generales, vobis nichilominus et vestrum cuilibet insolidum licenciam dantes inquirendi, corrigendi et puniendi ac crimina et delicta quecumque vlciscendi et penas spirituales infligendi et juridicionem spiritualem et censuram ecclesiasticam nobis racione nostre ecclesie Sedun. competentem exercendi et exsequendi, citra tamen alienacionem quorumcumque jurium et bonorum ad nos et mensam nostram episcopalem spectancium, cessione beneficiorum, quando ea vacare continget, et quacumque alia disposicione nobis penitus reseruata, necnon absolucione sentenciarum per nos latarum in non soluentes subsidium per quoscumque subditos nostros racione sacre nostre nobis promissum et debitum et eciam absolucione illorum qui aliquid de bonis nostris et predecessorum nostrorum tempore vacacionis episcopatus Sedun. occuparunt,

propter quod excommunicacionis sentencias per nos et vicarios nostros latas incurrerunt. Non intendentes propter hoc aliquibus procuratoribus nostris adimere aliquam potestatem, quascumque litteras vicariatus per nos sibi quauis forma verborum alias concessas ex nunc tenore presencium reuocantes. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Chambeyriaci, die XXVI[a] mensis januarii, anno Dni M°CCC°XL.

1794

Appel interjeté auprès du comte de Savoie par la commune de Saint-Maurice au sujet d'ordonnances faites par le châtelain de ce lieu.

Saint-Maurice, 1340, 1 février.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Per hoc presens et publicum instrumentum cunctis appareat euidenter quod anno Dni M°CCC°XL°, inditione IX[a], die prima mensis februarii, apud Sanctum Mauricium Agan., ante domum Ludouici Ypoliti, in presencia Guillelmi de Vareys, gerentis vices castellani Sancti Mauricii, propter hoc specialiter constituti Humbertus Alesodi et Petrus Cauelli, burgenses Sancti Mauricii, procuratores et sindici et procuratorio nomine vniuersitatis burgensium dicti loci, iidem procuratores quamdam appellationem suam legerunt siue legi fecerunt de uerbo ad uerbum vt inferius sequitur in hunc modum: Cum oppressis et grauatis indebite de appellationis remedio sit prouisum idcirco cum vos, dne castellane, die dominica nuper preterita feceritis proclamari quod nullus nobilis sub pena decem lb. Maur., nec aliqua alia persona sub banno sexaginta sol. Maur. deferat arma infra villam Sancti Mauricii, nisi tantum cutellum cuius lamella non exedat longitudinem vnius

pedis et trium digitorum ; item quod nullus per dictam villam vadat de nocte sine candela sub eadem pena; item quod dicti burgenses qui hospitantur homines dicta banna et penas notificare teneantur quibuscunque personis extraneis hospitantibus penes ipsos, necnon et dictos extraneos egredientes domos eorum de nocte associare sub banno predicto. Ex quaquidem preconizione bannorum et penarum impositione, quia dicti burgenses indebite aggrauantur, cum sint captiose et eis valde periculose, maxime in dicta villa ubi sunt homines de suis laboribus viuentes et continue tam de nocte quam de die laborantes, discurrentes et veturas ducentes, cum terras non habeant vnde viuant ; item quia in dicta villa Sancti Mauricii plus quam alibi transeant continue homines extranei hospitantes ibidem, ex diuersis mondi partibus venientes, talisque preconizatio in dicta villa non consueuit nec debeat fieri, dictis burgensibus inconsultis, sed facta sit in preiudicium suum et libertatum suarum. Idcirco nos predicti procuratores a predicta vestra preconizatione bannorum et penarum impositione, nomine et ad opus dictorum burgensium et quorum interest uel interesse potest, ad dnum nostrum comitem Sabaudie seu ad judicem suum appellationum in hiis scriptis pronocamus et appellamus et apostolos iterum petimus et iterum cum instancia debita petimus nobis per uos, nomine et ad opus burgensium predictorum, concedi. Protestantes de presenti appellatione nostra prosequi et prosequenda infra tempus a jure statutum. De quaquidem appellatione preceperunt michi notario facere publicum instrumentum. Testes ad premissa interfuerunt Ludouicus Ypoliti, Johannes Grassi, Willelmus Wichardi.

Et ego Jaqueminus Nepotis de Sancto Mauricio, notarius, etc.

1795

Le donzel Guillaume de Greysier, coseigneur d'Ayent, donne sa métralie d'Ayent et d'Hérens en augmentation de fief à Pierre Lisant.

Ayent, 1340, 13 février.

Archives de Valère, Registrum E cancellarie Sedun., f. cciii.

Notum, etc. quod ego Willermus de Gresiaco domicellus, condnus de Ayent, dedi et concessi perpetue pro me et meis heredibus Petro Lisant de Lux de Ayent, homini meo ligio, et suis heredibus, in augmentum feudi homagii in quo ipse michi tenetur, et in hereditatem rectam et perpetuam, pro bonis seruiciis et curialitatibus michi frequenter impensis et impendendis et pro XL sol. Maur. nomine intragii michi solutis, videlicet mistraliam totam et omnimodam super omnes homines meos et feudatarios meos et super alias personas quascunque, omnes et singulas, de parrochiis de Ayent et de Heroens et de aliis locis in tota diocesi et districtu ac jurisdictione terre ecclesie Sedun. in quibus jurisdictionem et dominium habeo et habere possum uel actionem aliquam petere uel habere. Item et ad recuperandum, petendum et exigendum et requirendum pro me et nomine meo et heredum meorum tallias meas, seruicia, vsagia, jura et redditus meos a quacumque persona et personis et in omnibus fraweriis et placitis acque bannis, que michi uel meis heredibus accidere et euenire possint et possent in futurum, vbicunque locorum, in districtu et jurisdictione tocius dyocesis Sedun. Cui Petro et suis heredibus dedi et concessi perpetue pro me et meis heredibus in augmentum feudi et hereditatem, ut supra, de omnibus et singulis predictis recuperatis et perceptis, recuperandis et percipiendis per ipsum Petrum et suos heredes in

futurum in quolibet solido vnum denarium Maur. pro sua pena et labore. Item dedi et concessi pro me et meis heredibus dicto Petro et suis heredibus in augmentum feudi, ut supra, plenum posse et mandatum ac plenam potestatem recipiendi clamam et clamas a quacumque persona et personis existentibus in locis predictis in quibus jurisdictionem habeam, in terra et districtu dyocesis Sedun., et de hiis complementum justicie faciendi. Qui Petrus et sui heredes habeant et percipiant semper in qualibet clama per ipsum seu ipsos recepta seu per me predictum Willermum domicellum uel per meos heredes marciata uel non marciata VI den. Si uero coram predicto Petro uel suis heredibus aliqua clama deduceretur ad finem, tercia pars ipsius clame sit dicti Petri et suorum heredum et due partes michi et meis heredibus remaneant pro nostra voluntate facienda. Potest eciam dictus Petrus et sui heredes quamlibet clamam quam reciperent et recipient, me presente uel non presente, ducere ad finem et inde facere secundum quod jus et ordo regalie postulabit. Item fuit dictum et in pactum expresse deductum inter me et dictum Petrum quod si ipse Petrus uel sui heredes in aliquo seu super aliquibus de premissis delinquerent uel errarent, de commissis debemus stare ad arbitrium proborum hominum ipse et ego et nostri heredes et propter hoc aliqua commissio feudi seu feudorum per me uel per meos heredes peti non valeat in futurum. Item fuit actum et in pactum expresse deductum quod si dictus Petrus uel sui heredes aliquas missiones in requirendo, repetendo uel exercendo jura et rationes meas, promitto pro me et meis heredibus reddere eas sibi et suis heredibus et restituere uel computare et allocare sibi bene et decenter. Que predicta omnia et singula promisi pro me et mei heredibus attendere et seruare et non contra facere vel venire. Testes : dnus Aymo curatus de Ayent, Aymo dEscorbiers, Jo. de Cimisterio de Brenay, dyocesis Geben., et An-

dreas clericus de Ayent, qui hanc cartam leuauit, apud Ayent in domo dicti curati de Ayent, ydus februarii, anno Dni M°CCC°XL°.

1796

Statuts du chapitre de Sion.

Valère, 1340, 10 mars.

Archives de Valère.

Nouerint vniuersi presentis temporis et futuri quod nos capitulum Sedun. congregatum ad sonum campane more solito in choro Vallerie, anno Dni M°CCC°XL°., inditione octaua, die decima mensis marcii, ad quem diem capitulum kal. dicti mensis prorogatum seu transportatum fuerat pro infrascriptis et certis aliis negociis specialiter peragendis, attendentes piam et laudabilem consuetudinem in dicta ecclesia antiquis temporibus hactenus obseruatam, videlicet quod omnes habentes dignitates, personatus seu prebendas vel canonias in ipsa ecclesia possint ordinare inter viuos aut in vltima voluntate pro suo anniuersario in ecclesie Sedun. vel alio pio opere ibidem faciendo de fructibus et redditus ac prouentibus ad dignitatem, personatum, prebendam seu canoniam suas spectantibus pro illo anno post obitum cuiscunque ipsorum, qui post annum quo dicti fructus applicantur fabrice immediate occurrit, etiam si sint prouentus jurisdicionis spectantis ad aliquam de dignitatibus seu patronatibus supradictis. Quam consuetudinem volentes perpetuo obseruari et ne in obliuionem deducatur, ipsam ex certa sciencia concorditer approbantes et sub vigore statuti perpetui in scriptis redigentes, presenti statuto in perpetuum duraturo ordinamus quod predicta omnia, sicut superius continentur, ex nunc et imperpetuum firmiter obser-

uentur, etiam si nullam residentiam fecissent obtinentes dignitates, personatus vel canonias huiusmodi, cum ad residentiam aliquam preter septimanarum suarum per se vel per alios more solito in ipsa ecclesia faciendam de consuetudine hactenus obseruata minime teneantur, et ex hoc presenti statuto, etiam si alias quacumque ratione vel causa firma non subsisterent, premissa et infrascripta perpetuam habere volumus roboris firmitatem. Si vero obtinentes dignitates, patronatus aut canonias huiusmodi seu prebendas de fructibus, redditibus et prouentibus predictis inter viuos seu vltima voluntate non disponerent aliquid, vt predictum est, statuimus et ordinamus quod fructus, redditus et prouentes dicti anni post obitum decedentis, qui predicta beneficia vel aliquod, ipsorum obtinebat, post annum quo applicantur fabrice dicte ecclesie perueniant ad capitulum dicte ecclesie Sedun., hoc modo quod capitulum dictos fructus, prouentus et redditus sic perceptos debeat ponere et expendere in redditibus emendis et acquirendis pro anniuersario defuncti qui huiusmodi beneficia seu beneficium obtinebat in dicta ecclesia, annis singulis faciendo de ipsis distributionem canonicis et seruitoribus ipsius ecclesie, prout in anniuersariis fieri extitit hactenus obseruatum; declarantes quo ad canonicos prebendatos quod si fecerint vel sint in faciendo, licet non compleuerint, residenciam primam vnius anni seu annuales quatuor mensium consuetas tempore sui obitus, vel sint in loco competenti, ita quod secundum statuta et consuetudinem ecclesie residentes quo ad lucrandum fructus grossos prebendarum suarum legitime computentur, si de fructibus, redditibus et prouentibus huiusmodi, vt dictum est, non ordinarent, quod capitulum debeat illos percipiendos ex prebendis huiusmodi sequenti anno post annum fabrice colligere, eosque committere et expendere in redditibus emendis pro distributionibus faciendis, modo quo supra, in anniuersario seu anniuersariis defuncti seu de-

functorum qui dictas prebendas obtinebant, non tamen per manum mistralis capituli sed per duos canonicos ad hoc per capitulum eligendos et deputandos, quando occurrerit talis casus. Item statuimus quod si aliquis canonicus Valerie prebendatus de extra ciuitatem seu villam veniens, credens interesse magne misse pro sua residencia continuanda, nec potuerit interesse misse pro eo quod quandoque ratione funerum seu anniuersariorum vel etiam kallendarum seu tractatuum vel ex alia causa inopinata magna missa de mane ante horam solitam in Valeria celebratur, ubi sic veniens verisimiliter aut merito hoc ignoret, super quo sue consciencie stari volumus, et venerit hora qua incipitur magna missa in ecclesia inferiori ante finitum Kyrieleyson, si tunc pernoctauerat extra ciuitatem Sedun. et castrum Valerie, ipse tunc dicta hora residens reputetur. Item quia magistra rerum experientia docente probauimus quandam additionem olim factam statuto de residentia sexdecim septimanarum annis singulis facienda, continentem quod nisi quis completa dicta residentia resideat in eadem ecclesia per duos menses eodem anno, perdat duos modios siliginis de fructibus grossis sue prebende et applicentur capitulo, fore communitati ecclesie multipliciter dispendiosam, ipsam additionem tollentes et amouentes, nomine et vice capituli concorditer statuimus et ordinamus quod omnes et singuli canonici prebendati presentes et futuri completa residentia dictarum septimanarum sexdecim, secundum formam dicti statuti, fructus grossos prebendarum suarum cum integritate percipiant, nec ad residentiam dictorum duorum mensium de cetero sint astricti, ex nunc remittentes dictam penam duorum modiorum cuilibet ac tollentes. Reuocantes et annulantes omnia statuta et consuetudines ipsius ecclesie que premissis presenti die statutis in toto seu in parte possint dici quomodolibet contraire, omnibus et singulis canonicis qui jurauerunt hactenus capitulo seu in manibus cuius-

cunque alterius recipientis nomine capituli de ipsis statutis et consuetudinibus presentialiter reuocatis obseruandis, ipsa juramenta nomine et vice capituli et cuiuslibet de capitulo relaxamus, ita quod de cetero ad obseruanciam ipsorum juramentorum et dictorum reuocatorum nullus sit astrictus. Ordinamus tamen et statuimus quod omnes et singuli canonici prebendati in eadem ecclesia presentes et futuri jurare ipsi capitulo teneantur de obseruandis statutis predictis hodie concorditer ordinatis. Nomina vero nostra, videlicet canonicorum qui predicta juramus quantum possumus licite obseruare, sunt hec : Eballus sacrista, Johannes cantor, Nycolaus de Clarens, Willermus de Mallio, Willermus de Clarens, Dyonisius de Thora, Petrus Wyffredi, Theobaldus de Brusatis, Johannes de Drona, Petrus de Claromonte, Jacobus Bochardi, Jacobus de Chesal, Christophorus de Preda, Guichardus de Pontevitreo, Anselmus de Castellione, Johannes de Orba, Petrus Grandis et Nycholaus de Bacio, canonici Sedun. In quorum testimonium sigillum capituli presenti scripto apponi fecimus ad perpetuam rei memoriam premissorum.

Sceau pendant du chapitre.

Auctorizatio prescripti statuti per locum tenentem felicis recordacionis Philippi quondam Sedun. episcopi.

Nos Dyonisius de Thora, canonicus Augustensis, vicarius generalis in spiritualibus reuerendi in Christo patris dni Philippi Dei gracia episcopi Sedun., in remotis partibus agentis, attendentes et considerantes ordinationes et statuta contentas et contenta in littera cui hec presens littera adnectitur, cedere in grandem vtilitatem tocius ecclesie Sedun. ac ea esse justa et rationabilia, easdem ordinationes et statuta approbamus ac auctoritate qua fungimur confirmamus et eisdem auctoritatem nostram impartimur, et ad plenam fortitudinem predictarum

confirmationis et auctoritatis sigillum nostrum presenti littere duximus apponendum. Datum et actum anno Dni M°CCC° quadragesimo, inditione octaua, die decimo mensis marcii, vti supra in littera hic annexa.

1797

Protestation et appel du notaire Perrod de Saint-Maurice contre les vicaires généraux de l'évêque de Sion.

Sion, 1340, 28 mars-7 avril.

Archives de Valère, D, 6.

* Anno Dni M°CCC° quatragesimo, indicione octaua, die vicesima octaua mensis marcii, in castro Valerie, in domo dni Jacobi de Billens decani Sedun., in presencia mei notarii et testium subscriptorum, constitutis dno Jacobo decano predicto, ex vna parte, et Perrodo de Sancto Mauricio, Seduni commorante, auctoritate imperiali publico notario, nomine suo et omnium notariorum publicorum seu tabellionum Sedun. et omnium sibi adherentium et adherere volentium ac omnium quorum interesse poterit, idem Perrodus proposuit et legit appellacionem tenoris infrascripti : Coram vobis dno Jacobo decano Sedun. ego Petrus de Sancto Mauricio clericus Sedun., auctoritate imperiali publicus notarius, nomine meo et omnium michi adherentium, etc., tanquam publicus notarius, ante omnia protestando quod per aliqua que dicam, faciam vel proponam coram vobis non intendo in vos tanquam in judicem consentire, sed penitus vos recuso rationibus inferius adnotatis, dico et propono quod vos vna cum dno Dyonissio de Thora canonico Sedun., qui vos dicitis vicarios in spiritualibus pro rev. dno Philippo Sedun. episcopo, quod penitus nego, publicari mandaueritis per curatos dyocesis

Sedun. quasdam litteras quarum tenor sequitur: Philippus, etc. (*Acte du 6 août 1338, avec celui des vicaires généraux, du 2 mars 1340*[1], *à la suite duquel*): Datum pro copia, sub sigillo curati Sedun., die dominica qua cantatur Oculi, Seduni, anno Dni M°CCC°XL°, qua die dominica presens mandatum publicatum fuit in ecclesia Sedun. per curatum siue vicarium Sedun., que dies dominica fuit XIX mensis marcii. Cum ipsius dni Philippi litteris caueatur expresse quod si prefati notarii aliquam causam juxtam in contrarium habeant, quod ipsam coram ipso dno Philippo vel vicariis suis proponerent, verum cum vos et dictus dnus Dyonissius mandaueritis ipsas litteras publicari tanquam vicarii dicti dni episcopi, quod penitus ignoro vestri mandatum circa premissa, non tenet nec parendum est tali mandato, vt pote judicum de quorum potestate non constat. Item quia vos dni decanus et Dyonissius suspecti estis, cum vos sitis de gremio et de corpore capituli seu ecclesie Sedun., ad cuius instanciam edictum fuit ab ipso dno tunc electo obtentum, et sic comodum dicti edicti ad eos spectat, et sic gereretis in hac parte vices judicis atque partis. Premissis rationibus dico vos esse suspectos in hac parte et vestrum mandatum fore nullum, quas quidem rationes propono, offerens me eas probaturum coram dicto dno episcopo seu locum eius tenente. Ex premissis ego dictus Petrus ad audienciam dicti dni episcopi in hiis scriptis pronoco et appello. Qua appellacione sic facta idem dnus Jacobus respondit dicto appellanti, quod sibi dicto appellanti tradet apostolos quos de jure debebat infra tempus a jure statutum, prius sibi tradita copia appellacionis predicte. Testes: dnus Willermus dAutignie curatus de Grimissua, etc. Item anno quo supra, die decima septima mensis aprilis, in curia episcopali Sedun., dnus Jacobus decanus predictus, vicarius in spiritualibus dni Philippi episcopi Sedun., dixit dicto Perrodo appellanti quod,

[1] Voyez plus haut, pag. 178.

deliberacione habita, sibi videbatur quod dicta appellatio erat friuola, ex eo quod in dicta appellacione nichil de interesse ipsius Perrodi nec causa alicuius grauaminis exprimitur; verum tamen dicto appellanti prefixit quintam diem proximam mensis maii ad comparendum et prosequendum appellacionem predictam coram dicto dno episcopo Sedun. et XV diem dicti mensis maii ad faciendum dicto dno decano fidem in castro Valerie, in domo dicti dni decani, per litteras sigillo dicti dni episcopi sigillatas quod dictus Perrodus comparuerit coram dicto dno episcopo predicta quinta die. Quibus assignacionibus dictus Perrodus senciens ipsas fore nimis breues consentire noluit, nisi in quantum de jure debebat. Testes: dnus Willermus Bervardi de Viuiaco, judex Valesii pro dicto dno episcopo, Perrodus de Bacio jurisperitus et Willermodus Meleix clericus.

Et ego Thomas Belenfes de Viuiaco clericus, etc.

1798

Monitoire de l'évêque de Sion contre les notaires qui stipulent des actes relatifs à des contrats perpétuels.

Chambéry, 1340, 7 avril.

Archives de Valère, D, 36.

Philippus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun. omnibus et singulis subditis nostris et aliis omnibus quorum interest vel interesse poterit, ad quos presentes peruenerint, salutem in Dno sempiternam. Querelam ven. capituli nostri Sedun. recepimus continentem quod nonnulli qui se tabelliones seu notarios publicos asserunt, super contractibus perpetuis instrumenta seu cartas que de noe solent nuncupari, conficiunt in grande preiudicium et grauamen nostrum, ecclesie nostre Sedun. et capituli supradicti, quamuis alias super hoc

prohibiti et moniti fuerint per quosdam predecessores nostros et postmodum per nos, cum dictum capitulum nostrum Sedun. teneat a nobis et mensa episcopali Sedun. in feudum homagii ligii cancellariam Sedun., ratione cuius consueuit percipere, a tanto tempore de cuius contrario memoria non existit, certum emolumentum pro cartis que conficiuntur supra contractibus perpetuis rerum existentium in nostro dominio terre Valesii, que carte regestrantur et regestrari etiam in archiuo publico siue in armario pro communi et publica vtilitate et singularium personarum quarum interest conseruantur et consueuerunt etiam custodiri in ecclesia Valerie Sedun., attendentesque ex querimonia per dictum capitulum nobis facta quod aliqui ex predictis qui se tabelliones asserunt sub forma instrumentorum que de noe consueuerunt nuncupari, vsurpant ius cancellarie memorate et sibi applicant vtilitatem et emolumentum que ratione dictorum contractuum et cartarum cancellarie et regestra consueuerunt prouenire, cum ius non habeant talia in predicti capituli et etiam nostrum preiudicium attemptandi. Quare super hoc supplicauit nobis dictum capitulum vt dignaremur eidem prouidere de remedio oportuno. Nos itaque prohibemus dictis notariis, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint in nostro dominio terre Valesii, sub pena excommunicacionis quam in eos promulgabimus, si contra mandatum nostrum attemptari presumpserint, ne predicta presumant in preiudicium nostrum et capituli predicti de cetero aliqualiter attemptare, alioquin ad interesse dicti capituli condempnabuntur ac etiam alias grauius punientur ratione transgressionis nostri precepti, prout fuerit rationis. Si vero causam rationabilem in contrarium habeant, volumus vt nos de ea informent. Inhibentes tenore presentium officialibus nostris et aliis jurisdicionem habentibus, scilicet vicednis, maioribus, salteris, mistralibus et aliis nobilibus, arbitris et arbitratoribus, quicumque sint et quocumque nomine censean-

tur, ne in iudiciis vel extra ea recipiant aut fidem adhibeant instrumentis confectis vel conficiendis per dictos notarios vel alios aliunde venientes super testamentis et contractibus perpetuis rerum et bonorum existentium in dominio nostro terre Valesii, donec nos de iure suo plenarie informauerint notarii supradicti, dummodo contractus super quibus conficientur numerum VIII° annorum (non) exedant, infra quem terminum permittimus dictis notariis vt possint conficere instrumenta, dummodo tali auctoritate fungantur que sit competens in hac parte. Hoc preceptum nostrum et omnia et singula que superius continentur per omnes ecclesias terre Valesii precipimus publicari. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus nostri sigilli appensione communitas. Datum Chambeyriaci, Gracionopolit. diocesis, die VII mensis aprilis, anno Dni millesimo CCCXL°. Mandantes tenore presentium omnibus et singulis prioribus, curatis et aliis ecclesiarum rectoribus et eorum vicesgerentibus in nostris ciuitate et diocesi constitutis, quatenus hoc mandatum nostrum in ecclesijs suis publicent alta voce et intelligibili presente populo, quando requisiti fuerint per capitulum predictum seu eius nuncium, ad hoc quod non possint aliqualiter ignorancia excusari. Datum vt supra. Presentibus latoribus earumdem restitutis vestris sigillis sigillatis in signum executi mandati.

Sceau pendant de l'évêque en cire rouge, avec la crosse et l'épée.

1799

Indulgences accordées par plusieurs évêques en faveur du couvent de Mont-de-Grâce, dans la paroisse d'Ernen.

Avignon, 1340, 15 avril.

Archives de la paroisse d'Ernen, copie de M. Ferd. Schmid.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes lit-

tere peruenerint nos miseracione diuina Gracia Vulcinen., Bernardus Ganen., Sergius Pollen., Thomas Titinent. (l. Tininen.), Benedictus Cernicen., Petrus Montismaran., Salmannus Wormacien., Petrus Acernen., Petrus Callien., episcopi et Nerces Manasgardensis archiepiscopus, salutem in Dno sempiternam. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita deuotionem fidelium per quedam munera spiritualia, remissiones uidelicet et indulgencias inuitare consuevit ad debitum famulatus honorem Deo et sacris omnibus Deo impendendum, ut quanto crebrius et deuocius illuc confluit populus christianus assiduis Saluatoris graciam precibus implorando, tanto delictorum suorum ueniam et gloriam regni celestis consequi mereatur. Cupientes igitur ut monasterium sanctimonialium Montis Gracie in parochia apud Aragnon, ordinis Sancti Augustini, Sedun. dyocesis, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter ueneretur, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictum monasterium in festis Natalis Dni, Circumcisionis, Epiphanie, Parasceues, Pasce, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, ac omnibus festis beate Marie Virginis, sanctorum Johannis Baptiste et euangeliste, Petri et Pauli ac omnium sanctorum apostolorum et euangelistarum, sanctorum Laurencii, Stephani, Vincencii, Martini, Nicholai, Augustini, Ambrosii, Jeronimi, Benedicti, confessorum, et sanctarum Marie Magdalene, Katerine, Margarete, Agnetis, Lucie, Barbare et XI millium uirginum, Omnium Sanctorum et animarum ac omnibus diebus dominicis et in dedicacione ipsius monasterii, causa deuocionis, oracionis aut peregrinacionis accesserint, seu qui missis, predicationibus, matutinis, uesperis aut aliis quibuscumque diuinis officiis ibidem interfuerint, aut Corpus Christi uel oleum sanctum cum infirmis portatur secuti fuerint, siue in serotina pulsacione campane genibus flexis ter *Aue Maria* dixerint, necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta seu quenis alia dicto

monasterio necessaria manus porrexerint adiutrices, uel qui in eorum testamentis aut extra aurum, argentum, vestimentum, librum, calicem aut aliqua alia caritatiua subsidia dicto monasterio donauerint, legauerint seu procurauerint, uel qui calcem, lapides, arenam, lignum uel ferrum in subsidium structure dicti monasterii apportauerint uel apportari fecerint, uel pro fundatoribus Deum exorauerint, aut qui monialibus ibidem aut aliis pauperibus reclusis in dicta parochia existentibus manus adiutrices porrexerint, aut cimiterium pro defunctis exorando circumiuerint, quocienscumque premissa uel aliquid premissorum deuote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, singuli nostrum quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis sibi penis misericorditer in Dno relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Auinioni, XV die aprilis, anno Dni millesimo CCC°XL°, et pontificatus dni Benedicti pape XII anno sexto.

Nos Philippus Dei gracia episcopus Sedun. predicta confirmamus, non tamen intendimus propter hec aliquod cimiterium concedere monasterio supradicto.

Sceaux tombés.

1800

Peines établies par le chapitre de Sion contre les notaires qui stipulent des actes relatifs à des contrats perpétuels.

Valère, 1340, 4 mai.

Archives de Valère, D, 31.

Nouerint vniuersi presentis temporis et futuri quod nos capitulum Sedun. congregatum in choro ecclesie Valerie ad so-

num campane, more solito, die quarta mensis maii, ad quem diem capitulum kalendarum continuatum est, pro infrascriptis et certis aliis negociis peragendis, fama publica defferente ac facti exhibitione reperto quod infrascripti clerici et layci et non nulli alii qui se notarios publicos asserunt, falcem suam in messem alienam ponentes ac minus prouide, attendentes quod inuasores et occupatores rerum, bonorum, jurisdictionum seu jurium ecclesiarum, que ipsis ecclesiis deputata censentur pro remedio peccatorum, tanquam sacrilegi, sacro testante canone, per ecclesiasticos judices cohercendi, non ignorantes quod de jure consuetudinario tocius terre Vallesii ad episcopum et ecclesiam Sedun. pertinente officium et comodum et emolumentum chartrarum cancellarie ad capitulum ecclesie Sedun. noscitur pertinere, cuius officii consuetudo in terra predicta actenus obseruata habet quod super contractibus perpetuis et testamentis chartre dicte cancellarie et approbatione officialium ad eandem per capitulum deputatorum leuari debeant et confici sine signo seu nota alicuius notarii, et in regestris dicte cancellarie regestrari, conseruande per capitulum predictum ad perpetuam rei memoriam pro communi securitate et cautela omnium de terra seu patria predicta Vallesii, et aliter super predictis perpetuis contractibus, conuentionibus seu testamentis carte tabellionum, quas aliqui vocant instrumenta publica, leuate in dicta terra fidem non faciant nec recipiantur in judicio seu extra, propria temeritate et presumptione dampnabili contra consuetudinem predictam, non absque inuasione et occupatione jurium et lesione enormi ecclesie et capituli Sedun., facientes super dictis contractibus perpetuis et etiam conuentionibus ac testamentis sine autoritate et approbatione predictis cartas sub eorum signis seu notis et subscriptionibus duntaxat quas vocant publica instrumenta leuauerunt et leuare non desistunt cotidie, tam in ciuitate Sedun. quam in aliis terris Vallesii districtus episco-

patus et ecclesie predictorum, et ideo quia contra nouos morbos sepe noua sunt adhibenda remedia, considerantes etiam, testante pagina juris canonici et ciuilis, indignum fore quod quis graciam uel comodum recipiat ab ecclesia in quam committit seu quam nititur impugnare, quodque diuina scriptura testante sepe patres comedunt vuas acerbas que filiorum dentes obstupescunt, ad compescendos quantum est nobis possibile predictorum et similium notariorum peruersos conatus, deliberatione habita, vnanimiter et concorditer statuimus et per presens statutum perpetuo valiturum ordinamus quod predicti notarii, siue clerici sint siue laici, qui contra predictam consuetudinem facere seu venire, ut premissum est, presumpserunt uel eam impugnare quouis modo imposterum attemptabunt, eorumque filii presentes et futuri non possint nec debeant per capitulum seu quemuis alium nomine et auctoritate capituli Sedun. ad beneficium, officium seu seruiam ecclesie ecclesiasticum aut temporale seu administrationem aliam uel curam aut procurationem assumi nec ad distributiones anniuersariorum et refectiones communes que nomine capituli solent fieri admittantur, nec possint persone ipsorum in predictis per mistrales seu dispensatores in predictis quomodolibet computari, nec etiam ad confratriam Sancte Marie in vita nec in morte recipiantur, nec pro eorum sepultura campane magne videlicet li joiiose et Aue Maria non pulsentur, vel in eis seu altero predictorum institui, recipi uel admicti cessante superioris auctoritate cogente. Et si contra factum fuerit, sit irritum et non valeat ipso jure, sed pro non facto sine aliqua judiciali declaratione totaliter habeatur. Item quod tam obtinentes dignitates seu personatus et qui in posterum obtinebunt, quam canonici prebendati in eadem ecclesia presentialiter et in futurum instituendi predictis notariis contra cancellariam et jus capituli seu consuetudines predictas facien-

tibus et perseuerantibus et emendam non facientibus eorumque filiis in aliqua eorum propria questione seu causa quacunque non dabunt scienter auxilium, consilium aut fauorem in judicio uel extra, publice uel occulte. Item quod de obseruando statuto presenti teneantur procurare capitulo juramentum. Ordinato etiam et statuto in premissis et circa premissa quod canonici ipsius ecclesie absentes, qui sunt et pro tempore fuerint, presens statutum jurare debeant et teneantur, et si quis ipsorum, quod absit, recusaret presens statutum jurare, sic recusans ad aliquam dignitatem, personatum in ipsa ecclesia non possit nec debeat aliqualiter promoueri, tamquam inobediens et rebellis. Nomina vero dictorum notariorum qui contra predicta fecerunt et qui capitulo in premissis se patenter opponunt sunt hec

(En blanc.)

Nomina vero canonicorum qui predicta in dicto capitulo statuerunt et ordinauerunt et jurauerunt, sunt hec. Primo dni Jacobus decanus Sedun., Ebalus sacrista, Johannes cantor, Nicholaus et Willelmus de Clarens, Willelmus de Mallyo, Petrus Wiffredi, Johannes de Drona, Theobaldus de Brusatis, P. de Claromonte, Bochardus, Christoforus de Preda, Guichardus de Pontevitreo, Franciscus Boudry, Dyonisius de Thoura, Petrus de Chalant, Anselmus de Castellione, Petrus Sariodi, Petrus Grandieu, Nich. de Bacio et Jacobus de Chesal, Johannes de Orba.

In quorum robur et testimonium nos canonici predicti presens scriptum sigillo capituli fecimus communiri, sub anno Dni M°CCC° quadragesimo, die suprascripto.

1801

Accord entre Johannod de La Tour et Jacques de Gessenay, donzels, au sujet de la juridiction sur les hommes des Agettes.

Sion, 1340, 29 mai.

Registrum Perrodi de Stᵒ Mauricio.

* Anno Dni M°CCC° quadragesimo, indicione VIIIª, die XXIX mensis maii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, in magna aula veteri, cum discordia verteretur inter Johannodum de Turre domicellum et Jacobum de Gissiney domicellum, ciuem Sedun., super eo quod dictus Jo. dicebat ad se pertinere merum et mistum imperum et jurisdictionem omnimodam in omnes homines censerios seu feudatarios dicti Jacobi de Gissiney in toto monte des Agietes, qui fuerunt quondam illorum de Curtinali, et in omnes homines et feudatarios quos heredes Johannis de Curtinali clerici in dicto monte tenebant, dicto Jacobo contrarium asserente, tandem predicte partes se compromiserunt in Petrum de Turre, dnum Castellionis in Valesio, tanquam in arbitrum, qui pronunciauit in hunc modum, quod dictus Jacobus vendere teneatur incontinenti dicto Johannodo de Turre quicquid idem Ja. tenet per se uel per alium in toto monte deis Agietes, in parrochia de Vex, et in toto territorio de Salens et Thions, quam venditionem idem Johannodus sibi laudari faciat sumptibus suis per dnum episcopum Sedun., cum predicta vendita sint de feudo homagii ligii mense episcopalis Sedun., de quo feudo est homo ligius dicte mense Germanus filius quondam Jaqueti Allietz de Leucha, et predicta dictus Jacobus de Gissiney tenet tanquam branchia dicti feudi. Et hoc pro precio octoginta lb. Maur. Testes: Jacobus decanus Sedun., Franciscus Boudri canonicus

Sedun., Johannes de Monthez prior Castellionis in Valesio, Perrodus filius Francisci de Bacio domicelli, Aymo de Sancto Brancherio dictus de Sancto Mauricio jurisperitus, Guillermus de Collumberio, Perrodus Raymundi de Contegio, domicelli.

1802

Jacques de Gessenay, donzel, vend à Johannod de La Tour, donzel, le fief qu'il tient de l'évêque de Sion aux Agettes, à Salin et à Thions.

Sion, 1340, 2 juin.

Registrum Perrodi de Stº Mauricio.

• Anno Dni M°CCC°XL°, inditione VIII^a^, die secunda mensis junii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, subtus locutorium, Jacobus de Gissiney domicellus, ciuis Sedun., vendidit Johannodo de Turre domicello, filio quondam Rodulphi de Turre domicelli, res infrascriptas existentes de feudo homagii ligii dni episcopi Sedun., de quo feudo est homo ligius Germanus filius quondam Jaqueti Alliet de Leucha, nepos quondam Johannis de Curtinali clerici, et ipse Jacobus est branchia dicti feudi, videlicet quicquid idem Jacobus tenebat per se uel per alium in toto monte deis Agietes, in parrochia de Vex, et in toto territorio de Salens et de Thions, tam in hominibus ligiis, etc., quam aliis vsagiis ac mero et miste imperio et jurisdictione omnimoda, alta seu bassa, pro precio octoginta lb. Maur. Dictus emptor tenetur soluere dño episcopo vsagia infrascripta, videlicet anno quolibet ministrare dno episcopo vnum secatorem, vnum fenatorem et vnum portitorem in prato dni episcopi quod vocatur pratum episcopi, juxta ciuitatem Sedun., item medietatem septem sol. de placito in morte seu mutatione vassalli tantum. Item dictus emptor seruire tenetur dicto dno episcopo prout onus feudi requirit. Testes: dnus

Jacobus decanus, Johannes de Drona canonicus Sedun., Petrus de Turre, dnus Castellionis in Valesio, Guillermus de Columberio, Perrodus Frumentini, domicelli.

Postmodum vero, anno quo supra, indicione IX^a^, die XIIII mensis nouembris, in ciuitate Sedun., in cimiterio ecclesie B. Marie Virginis, ante domum matricularie, juxta murum domus curati dicti loci, Johanneta filia quondam Perrodi de Lausanna, vxor dicti Jacobi de Gissiney et Stephanus, Johannodus et Johanneta eorum liberi laudauerunt predictam venditionem. Testes: dnus Jacobus decanus, Johannes de Drona, Jaquetus de Chesauz, canonici Sedun., Johannes curatus de Saxon, Johannes de Morestello domicellus, Petrus mistralis de Neynda.

1803

Le pape Benoît XII confirme aux religieuses du Mont-de-Grâce les libertés et les immunités dont elles jouissent.

Avignon, 1340, 22 juin.

Archives de la paroisse d'Ernen, vidimus fait en 1509 par ordre de l'évêque Mathieu Schinner; copie de M. F. Schmid.

Benedictus episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus priorisse et conuentui monasterii Montis Gracie, per priorissam soliti gubernari, ordinis Sancti Augustini, Sedun. dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit racionis vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecte in Dno filie, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia uel alias indulgencias uobis et monasterio uestro concessas, necnon libertates et

exempciones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus racionabiliter uobis indultas, sicut eas iuxte et pacifice obtinetis, uobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Auinionii, X kl. julii, pontificatus nostri anno sexto.

R. Marcelenchis.

1804

Hommage prêté à l'évêque de Sion pour une maison située dans le château de la Soie.

La Soie, 1340, 17 juillet.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. lvi.

* Anno Dni M°CCC°XL°, indicione VIII^a^, XVII die mensis julii, in castro Sete, Willelmus Durantz de Gragnuez confessus est se esse hominem ligium dni episcopi et se tenere in feudum homagii ab ipso dno episcopo quamdam domum sitam in Seta, juxta domum vicedni Sedun., item vnam peciam campi sitam ante pontem Sete, iuxta lo Veysiz, et tangit viam. De quibus recognouit se debere obolum seruicii et vnum den. placiti, item talliam cum aliis, item marescalciam et excubiam. Et ego Jacobus de Pontallyz.

Le 18 du même mois « Johannes Hermeyn primogenitus quondam Willermi Hermeyn et Johannes frater eius recognouerunt se tenere domum sitam infra castrum de Seya, juxta domum Johannis salteri et viam publicam a parte anteriori. »

1805

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, adhère à la trêve conclue entre Berne et Fribourg et leurs alliés.

Sion, 1340, 20 août.

Arch. canton. de Fribourg, Traités et contrats, 275. — Recueil diplomat. du canton de Fribourg, III, 47.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod ego Petrus de Turre, dnus Castellionis in Valesio, treugas inhitas per viros sapientes amicos et cumburgenses meos carissimos aduocatum, consules et communitatem Friburgi cum Bernensibus vsque ad proximum festum beati Michaelis[1] volo et ratifico ob honorem et amicitiam Fribergensium predictorum, promittens bona fide pro me et meis ipsas treugas firmiter attendere et nunquam violare. In cuius rei testimonium ego Petrus predictus sigillum meum presentibus duxi apponendum. Datum Seduni, die XX mensis augusti, anno Dni MCCCXL.

1806

L'évêque de Sion confirme les libertés de Martigny.

1340, 3 septembre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Nos Philippus episcopus attendentes multa servitia nobis et predecessoribus nostris per homines loci seu castri nostri Martigniaci ac labores quos incessanter sustinent pro conser-

[1] Cette trêve est publiée dans le *Recueil diplom. de Fribourg*. III, 48.

valione jurium nostrorum et terre nostre Vallesii, concedimus ut possint uti libertatibus uti huc usque, et placita relaxamus. 1340, 3 septembris.

1807

Vente d'une maison située dans le château de la Soie.

La Soie, 1340, 28 octobre.

Archives de Valère, Registr. E cancel. Sedun., f. cxxxiii.

Anno Dni M.CCC.XL, V kl. nouembris, apud Seya, ego Willermus filius quondam Anthonii de Rumma vendidi, pro X sol. intragii et I fichilino siliginis redditus michi faciendo et pro I den. seruicii et II den. placiti mense episcopali faciendis, Johannodo Fabri de Seya unam domum sitam in castro de Seya, juxta domum Rod. de Vex dEschandulyns a parte orientis, quodam yes intermedio, et supra uiam tendentem versus domum episcopalem et subtus domum dicti emptoris, retinendo michi locum vnius arche in dicta domo tempore guerre. Testes : Jo. salterus de Seya, etc.

1808

Hommage prêté à l'évêque de Sion pour des maisons situées dans le château de la Soie.

La Soie, 1340, 30 novembre.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. lix verso.

* Anno Dni M°CCC°XL°, indicione IX, vltima die mensis nouembris, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Johannodus Faber de Seya recognouit per juramentum suum se esse ho-

minem ligium dni episcopi et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo duas domunculas sitas in castro de Seya, infra duas portas, item vnam cameram sitam ante furnum eys Dux infra dictum castrum, item vnam peciam campi sitam subtus castrum de Seya, item duo fossoria vinee sita in territorio de Secort, item vnam peciam vinee sitam ein Dorbeyns, et se inde debere dicto dno episcopo homagium ligium more solito per ipsum iam factum, item decem den. Maur. seruicii annui et duos sol. placiti, item vnam pochiam perforatam ferri seruicii annui pro olla dni episcopi escumanda. Ad hec fuerunt testes rogati Poncius Trota domicellus castellanus de Seya, Johannodus de Temporyna, Johannes maior de Vernamiesy junior. Et ego Jacobus de Pontallyz, etc.

1809

Assignation de dot faite par Jean de La Tour, donzel, en faveur de son épouse Agnès, fille de François de Bex, donzel.

Sion, 1340, 27 novembre.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi.

* Anno Dni M°CCC°XL, indictione IX, die XXVII mensis nouembris, in ciuitate Sedun., in domo Jo. de Turre domicelli, dictus Jo. ad requisitionem Agnetis eius vxoris, filieque Francisci de Bacio domicelli, confessus est se recepisse a dicta Agnete nomine dotis ipsius octoginta lb. Maur. et dictam pecunie quantitatem in vtilitatem suam, ut pote in exonerationem debitorum suorum de quibus erat grauissime oneratus, totaliter fore conuersam. Item idem Jo. dedit ex causa donationis propter nupcias dicte Agneti XXXV lb. Maur. semel. Et vt dicte pecuniarum quantitates salue sint ipsi Agneti, prefatus Jo.

obligauit et ypothecauit ipsi Agneti quicquid habet in parrochia de Vex et territoriis de Saleyn et deys Agietes ac toto monte de Tyons, videlicet tam homines talliabiles, ligios, emphiteoticos, omnimodam jurisdicionem, merum et mixtum imperium, quam tallias, redditus, seruicia, placita et vsagia quecumque, ita quod in omni casu repetitionis dotis et donationis predictarum dicta Agnes et heredes sui omnia suprascripta valeant sua propria auctoritate capere et possidere. Testes : Petrus de Bacio, Ja. de Bacio, clerici, Jacodus Buchot, Marquetus filius quondam Cassonis maioris de Leuca, Jo. filius naturalis dicti Cassonis, et ego not., etc.

1810

Aymon, sautier de Sion, amodie son office à Jean Garaschod.

Sion, 1340, 3 décembre.

Archives de Valère, Registrum Conradi de Friburgo.

* Anno Dni M°CCC°XL°, indicione IX, III die decembris, in ciuitate Sedun., Aymo salterus Sedun. fecit et ordinauit Jo. Garaschod sartorem suum certum nuncium et procuratorem in exercendo officium salterie Sedun., clamas recipiendo, jus faciendo et clamas marciando et in omnibus aliis exercendis que ad officium salterie pertinent. Actum fuit inter partes predictas quod de omni emolumento siue de omnibus obuentionibus que possent percipi ratione dicti officii, dictus Jo. habeat terciam partem; de aliis autem duabus partibus promisit reddere dicto Ay. in fine anni bonum computum. Item fuit actum quod dictus Jo. debeat sequi malefactores et eos requirere ad missiones tamen dicti Aymonis ; presentibus pactionibus per vnum annum et non vltra valituris.

1811

Convocation du conseil général du pays par l'évêque de Sion.

Sion, 1341 (1340), 20 décembre.

Archives de Valère.

Philipus Dei gratia Sedun. episcopus viris nobilibus officiariis nostris et aliis burgensibus et probis hominibus communitatum terre nostre Valesii, ad quos presentes nostre littere peruenerint, salutem in Dno sempiternam, bonam voluntatem et pacem. Sicut nos experiencia docuit, multa concurrunt negocia seu facta in quibus vestra presencia seu vestri consilii necessaria est, ideo per nos conuocato consilio nostri capituli et ciuium nostrorum Sedunen., expositis eis dictis negociis, de eorum consilio duximus ordinandum vt de qualibet vestrarum communitatum, iuxta morem solitum quando conuocatur consilium generale patrie, duo, tres uel quatuor aut plures, secundum quod visum fuerit vniuersitati seu communitati cuilibet, de qualibet communitate eligantur, habentes potestatem nomine ipsarum vniuersitatum seu communitatum tractandi, consulendi et firmandi omnia et singula que tractanda, consulenda atque firmanda videbuntur coram nobis in consilio generali. Qui electi coram nobis in Seduno compareant ad complendum et firmandum ea que dicta negocia requirunt ad bonum statum et consolatum atque pacificum totius patrie Valesii et nostrorum omnium subditorum, die martis proxima post proximum festum beati Ylarii, qua die intendimus tenere consilium generale, et quod ipsa die ad tenendum dictum consilium compareatis more solito vos requirimus et rogamus, etiam precipimus et mandamus. Datum Seduni, die sabbati proximo post festum natalis Dni, anno Dni M°CCC°XLI. Vos

officiarii cuiuslibet communitatis in signum presentis mandati nostri recepti reddite portitori presentes litteras sigillatas.

Pas de sceaux.

1812

Reconnaissance des hommes d'Isérables en faveur de Pierre et d'Aymonet du Châtelard, leurs seigneurs.

Riddes, 1841, 21 janvier et 3 février.

Archives de l'évêché de Sion.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCC°XLI°, inditione IX sumpta cum anno, die vicesima prima mensis januarii, apud pontem de Rydda, ante domum Bertholeti filii quondam Jaquemeti de Anisio, per hoc presens publicum instrumentum conctis appareat euidenter tam presentibus quam futuris, quod cum vir nobilis Petrus de Castellario in Valle Digna, domicellus, dnus dAsserablo, Sedun. dyocesis, nomine suo et Aymoneti fratris sui, ad presentem diem vocari et citari fecisset omnes homines suos et bonas feminas suas dicti loci dAsserablo ad comparhendum coram ipso Petro, nomine quo supra, ad pontem de Rydda, loco quo supra, pro faciendo et audiendo placito generali dicti Petri, prout idem Petrus et eius predecessores ipsum placitum generale tenere et facere consueuerunt, prout predicta dictus Petrus, nomine quo supra, et homines et bone femine asserunt fore vera, et eciam dictus Petrus, nomine suo et predicti fratris sui et heredum suorum, homines infrascriptos vocari et citari fecisset coram se, prout dicti homines infrascripti asserunt fore verum, pro confitendis, declarandis et recognoscendis rebus feudalibus quas a dicto Petro, nomine quo supra, in feudum tenent et vsagia, seruicia, placita, homagia, fidelitates, tributa, tallias,

vestituras alpis, secta, terragia, chiminagia, banna, clamas, frauerias, merum et mistum imperium, dominium et jurisditionem et omnia debita et seruitutes in quibus ipsi homines infrascripti eidem Petro tenentur et teneri debent, et dictus Petrus, nomine quo supra, super ipsos homines infrascriptos et feudales res infrascriptas percipere debet et percipere consueuit et predecessores ipsius Petri percipere consueuerunt et habere debent et leuare. Idem Petrus, nomine suo et quo supra, pro predictis omnibus eidem declarandis, confitendis et recognoscendis et omnibus aliis in quibus sibi tenentur tam de jure quam consuetudine, eisdem hominibus infrascriptis presentibus tradidit et ponit curiam suam, videlicet Petrum mistralem de Rydda, Aymonetum Theobaldini de Anisio et Anthonium de Platata de Martygnye, coram qua curia, quam dicti homines infrascripti ratifficauerunt, approbauerunt et per bonam, legalem et fidelem habuerunt et tenuerunt, ipsi homines infrascripti constituti et coram me notario infrascripto et testibus infrascriptis, videlicet primo Perretus Fabri gener Martini Nigri dAndes, Petrus Fabri gener Perreti Johannete de Villye, Girodus filius quondam Martini Wyllens habitator de Fey, Johannodus filius quondam Perreti Louryetans dAsserablo, Johannodus et Perretus dicti Bossonat habitatores de Fey et Martinus Piliparius habitator de Fey, filius quondam Stephani lo Duc dAsserablo, omnes prenominati homines scientes, prudentes et sponthanei nec aliqua fraude seu ingenio circonuenti, sed de jure suo bene certificati, nomine suo et heredum suorum omnium presentium et futurorum et nomine consortum suorum omnium dAsserablo coram predicta curia et tanquam in generali placito eisdem, ut asserunt, die qua supra per dictum Petrum assignata et ad instanciam et requisitionem dicti Petri presentis, stipulantis et recipientis nomine suo et predicti Aymoneti fratris sui et heredum, successorum uel assignatorum suorum, has confessiones et omnia,

vniuersa et singula infrascripta in presenti instrumento contenta, vice, nomine et ad opus ipsius Petri stipulantis ut supra et heredum uel assignatorum suorum presentium et futurorum, confitentur et publice recognoscunt ac magnifestant omnes homines supradicti, nominibus quibus supra et per juramenta sua ab eisdem omnibus et singulis ad sancta Dei euuangelia corporaliter in manu mei notarii prestita, se tenere in feudum et de feudo et directo dominio dicti Petri stipulantis ut supra et a dicto Petro, et tenere velle et debere ea que inferius declarantur, videlicet partem suam vallis et ville dAssarablo et tocius territorii dictarum vallis et ville. Que vallis, villa et territorium taliter confinatur et de ipsis tales dicuntur et asserunt esse confines: Primo confinis est a pede de Sauxo posito desuper territorio et pratis illorum de Rydda, et a dicto pede protendendo superius versus Asserablo. Alia vero confinis est, ut asserunt, diuidendo ipsam vallem, villam et territorium predictum aqua que vocatur Fara ab ortu ipsius aque vsque ad pedem Sauxi de Rydda, et insuper versus Aserablo et vsque ad frestas et verticem montium qui actinent et confinant montibus de Intermontibus et de Neynda superius protendendo et vsque ou replat positum super villam dAssarablo, prout montes et limitates posite sunt inter illos dAsserablo et de Neynda, et hinc inde inferius scindendo prout ipse montes et limites scindunt et discernunt et diuidunt vsque ad territorium de Fey, et hinc vsque ad pedem Sauxi positi desuper terras illorum de Rydda. Item et omnes domos et casamenta sua existentes et existentia infra confines supradictos. Item et omnes terras cultas et incultas et prata omnia, quas et que predicti homines et eorum consortes habent infra confines predictos et infra vallem et territorium predicta. Item vsus nemorum alborum et nigrorum et aliorum, si que sint existentes infra confines predictos et territoria predicta. Item et vsus aquarum et pascuorum commu-

nium existentium infra dictam vallem et confines predictos et territoria predicta. Et generaliter tenent ab eodem Petro, stipulante ut supra, in feudum omnia, quecumque sint et quocumque nomine noncupentur, posita et existentia infra dictam vallem et confines supradictos cum juribus, pertinenciis et appendenciis omnium predictorum. Et pro predictis rebus feudalibus confitentur dicti homines, nominibus quibus supra, se ipsos debere et teneri dicto Petro, stipulanti ut supra, et successoribus suis vniuersis duo placita generalia et perpetua annis singulis et pro recepto, videlicet et ad quodlibet placitum dictorum duorum placitorum, confitentur se debere dicto Petro, stipulanti ut supra, viginti duos den. cum obolo Maur. Item confitentur predicti homines, nominibus quibus supra, se debere dicto Petro, stipulanti ut supra, et heredibus suis vniuersis vestituram et sedem alpis, et pro ipsa vestitura debent et debere confitentur dicto Petro et suis assignatis annis singulis partem que sibi pertinere posset trium cuparum lactis et vnius jornine pro alpagio. Item confitentur dicti homines se debere pro terris supradictis et quod dicte terre sint infra dictos confines debent dicto Petro et suis assignatis annis singulis terragium bladi. Item confitentur, nominibus quibus supra, quod auantarii ipsorum debent dicto Petro, stipulanti ut supra, et suis assignatis chiminagium ad mortem cuiuslibet auantarii, quod chiminagium tale est, ut asserunt, videlicet quod mortuo aliquo dictorum auantariorum, leuato per heredes aut successores ipsius auantarii mortui vno animali de animalibus ipsius auantarii, secundum vero animal dicti auantarii capere et leuare debet dictus Petrus et sui successores, videlicet illud secundum animal quod magis in animalibus mortui duxerit eligendum. Item pro predictis rebus feudalibus confitentur dicti homines, modo quo supra, se debere in generali eidem Petro, stipulanti ut supra, et suis assignatis partem que sibi pertinere posset aut deberet de centum et duodecim

sol. et sex den. cum obolo Maur. de seruicio annuali singulis annis in festo beati Martini yhemalis ; de quo seruicio debent per particulas auantarii dicto Petro et suis successoribus annis singulis respondere. Item confitentur et publice recognoscunt predicti homines, ut supra, se debere eidem Petro et successoribus suis pro rebus feudalibus placitum per eos consuetum et tale placitum quale de jure debent et soluere consueuerunt eidem Petro et predecessoribus suis, et tam pro rebus feudalibus quam personis suis et personis suis quam rebus feudalibus supradictis asserunt predicti homines et confitentur coram predicta curia, ad instantiam dicti Petri stipulantis ut supra, quod ipsi homines et heredes ab eisdem descendentes sunt et esse debent et volunt esse homines ligii dicti Petri et heredum uel assignatorum suorum et talliabiles et tallium eidem Petro debere annis singulis ad misericordiam ipsius Petri et heredum, successorum uel assignatorum suorum imperpetuum. Preterea prenominati homines, nominibus quibus supra, et coram predicta curia, sub virtute juramentorum suorum, ut supra, confitentur, asserunt et publice recognoscunt et quilibet singularis se esse et esse debere de dominio et jurisditione et mero et misto imperio dicti Petri et heredum uel assignatorum suorum, et quod dictus Petrus et heredes aut successores ipsius habent et habere debent et percipere super ipsos homines et heredes ab eisdem descendentes et percipere consueuerunt omnia banna, clamas, frauerias et omne merum et mistum imperium et omnimodam jurisditionem, quandocumque et qualitercumque deliquerint, et ab inde imperpetuum homines et eorum heredes et consortes eorum, ut supra, delinquant et committant quocumque modo et quacumque forma et qualicumque banno, quocumque nomine nuncupetur. Asserentes et confitentes predicti homines, nominibus quibus supra, predicta omnia fecisse et in predictis omnibus tam ipsi quam predecessores ipsorum hobedisse tam

erga dictum Petrum quam ipsius predecessores spacio sexaginta annorum nuper preteritorum, et ab inde eidem Petro et suis successoribus hobedire volunt et promittunt per juramenta sua, ut supra. Preterea prenominati homines, nominibus quibus supra, sub virtute juramentorum suorum, ut supra, promittunt dicto Petro, stipulanti ut supra, et heredibus suis esse ab inde imperpetuum eidem Petro et suis assignatis vniuersis esse fideles et profiguum ipsius procurare suo posse et obprobrium disturbare et omnia ab inde eidem Petro et suis assignatis facere et prestare que sub fidelitatis debito continentur et intelliguntur in omnibus quibus homo ligius erga dnum suum ligium tenetur hobedire quacumque occasione seu causa. Qui omnes prenominati homines, nomibus quibus supra, incuntinenti coram predicta curia et me notario et testibus infrascriptis fecerunt cum effectu fidelitatem predictam manualem, videlicet ipsi homines ex oris osculo. Renunciantes, etc. Testes ad predicta fuerunt vocati et rogati, videlicet Willelmus Saltery dAsserablo, Martinus Saltery dicti loci, Perretus Valunca habitator de Rydda et Thomas de Fossato habitator dicti loci de Rydda et ego notarius infrascriptus. Anno et inditione quibus supra tercia die mensis februerii, in loco predicto, coram me notario infrascripto et testibus infrascriptis et coram curia predicti Petri de Castellari dni dAsserablo, videlicet coram Petro mistrali de Rydda, Nycholao de Vinea dicti loci, Francisco Saltery de Leytrons et Aymoneto Reymondans dicti loci, Perrerius Bedillyos de Asserablo morans apud Ryddam coram predicta curia per eum approbata per juramentum suum, ad instanciam dicti Petri presentis, stipulantis et recipientis nomine suo et predicti Aymoneti fratris sui et successorum suorum, confessus fuit quod ipse Perrerius et heredes ab eo descendentes sunt et esse volunt et esse debent homines ligii dicti Petri, etc., prout in precedenti instrumento. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati, videlicet

Johannes de Montemeliori, Aymonetus Theobaldini de Anisio, dyocesis August., etc.

Et ego Franciscus Mistralis de Rydda, Sedun. dyocesis, clericus, etc.

1813

Les frères Jean, Jacques et Aymon d'Ayent vendent leur héritage paternel dans la contrée d'Ayent à leur tante Aymonette d'Ayent.

Sion, 1841, 27 janvier.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun.

* Cum Johannes et Jacobus filii quondam Johannis de Ayent de Martigniaco vendiderint pro se et Aymone fratre eorum pro LX sol. Maur. et pro vsa(giis) do(mino) fa(ciendis) Aymonete amite sue, sorori dicti patris sui, totam hereditatem suam paternam, quam habebant in tota contrata de Ayent, inter aquam de Ryei et aquam de Seduna, ego Aymo predictus approbo vendicionem per dictos fratres meos factam et hoc pro XII sol. Maur. Testes : Johannes de Venthonna domicellus, etc. Seduni, VI kl. februarii, anno Dni M°CCC°XL° primo, imperio vacante, Philippo episcopante.

1814

Redevances que François de Compeys, chevalier, doit au curé de Viége.

Viége, 1841, 7 février.

Archives de Valère, Cartul. ecclesie de Vespia, p. 39, N° xxxviii.

* Anno Dni M.CCC.XLI, indictione IX, die VII idus februarii, apud Vespiam, dnus Franciscus de Compesio miles, maior de

Vespia, nomine suo et heredum quondam Jocelmi maioris de Vespia, comitis Blandrate, ratione concordie facte, soluere promittit Philippo curato de Vespia et eius ecclesie VIII sol. Maur. seruicii et VIII fissilinos siliginis seruicii. Testes : Johannes de Vineis, Aymo de Mulimbach domicellus, Willermus et Vmbertus sacerdotes, vicarii de Vespia, etc.

1815

Legs de Guillaume de Greysier en faveur de l'église de Saint-Romain d'Ayent.

Saint-Romain, 1341, 28 mai.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. lxvi.

* EgoWillelmus de Gresie domicellus, Gebenn. dyocesis, do et lego ecclesie Sancti Romani de Ayent vnum fichilinum frumenti redditus, quem michi debet Perrodus deys Plans, super vnam peciam campi sitam supra uillam de Sancto Romano, tali condicione quod prior dicti prioratus teneatur celebrare in die anniuersarii Aymonete matris mee vnam missam quolibet anno. Testes : dnus Matheus de Garda monachus, dnus Aymo curatus de Ayent, etc. Apud Sanctum Romanum, V kl. junii, anno Dni M°CCC°XL° primo.

1816

Guillaume, fils de feu Guillaume, métral d'Ayent, vend à Guillaume de Greysier, tous les droits qu'il a sur les hommes de ce dernier à Ayent.

Sion, 1341, 31 mai.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun.

* Ego Willelmus filius quondam Willelmi mistralis de Ayent

vendidi pro XLI sol. Maur. Willelmo de Gresie domicello, condno de Ayent, totum jus, dominium et dreyturam que habeo super homines dicti emptoris in parrochia de Ayent, videlicet in qualibet (lb.) VI d., in quolibet solido pro recuperatione vsagiorum et talliarum I d. et in sol. cuiuslibet banni similiter I d., vnacum omnibus aliis juribus. Seduni, II° kl. junii, anno Dni M°CCC°XL° primo.

1817

Redevances que Ulric de Rarogne doit à l'église de Viége.

Viége, 1341, 16 juillet.

Cartularium ecclesie Vespie, f. 2, N° vii.

Notum, etc., quod ego Vldricus filius Amedei de Rarogna domicelli confiteor me debere ecclesie de Vespia tria sextaria vini seruicii reddenda in vindemiis, de possessionibus et vineis meis in Ponczіro, quas acquisiui a Petro dicto Neuen et a genero eius et ab aliis diuersis personis eiusdem loci. Item teneor de eisdem possessionibus predicte ecclesie duos fissilinos bladi seruicii et quindecim den. seruicii. Testes: dnus Vmbertus vicarius de Vespia, Petrus et Johannes de Platea domicelli et ego Willermus Aspere qui, etc., vice cuius ego Wernherus de Luceria presbiter, etc. Datum apud Vespiam, XVI die mensis julii, anno Dni millesimo CCC XL° primo, Karolo regnante [1], Philippo episcopante.

[1] L'empereur était alors Louis de Bavière, mais il n'était plus reconnu en Vallais depuis son excommunication par le pape. Charles IV ne fut élu empereur que le 11 juillet 1346.

1818

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Wymod Corna.

Sion, 1341, 9 septembre.

Liber instrum. de Seduno, de Bramosio, etc., f. 99 verso.

* Anno Dni millesimo CCCo XLIo, indicione IX, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, die IX mensis septembris, Wymodus filius quondam Alberti Corna de Vehesiery recognouit se esse hominem ligium dni Philippi Sedun. episcopi et se tenere in feudum homagii ligii duas partes pontanagii pontis Rodani Sedunensis, vnacum salicibus dicti pontis et aliis pertinenciis; item domum Seduni versus portam de Leuca, inter domum Willermi de Bodema presbiteri et domum Johannis Gareschout, super cursum aque Sedune, et se inde debere homagium ligium, vnam lb. piperis seruicii ad parvum pondus et duas lb. piperis placiti in mutatione dni et tenentis.

1819

Girard, major d'Hérémence, prête hommage au comte de Savoie pour la majorie de ce lieu.

Conthey, 1341, 20 novembre.

Archives du canton du Vallais, Liber deseni de Seduno, f. 221.

* Anno Dni millesimo CCCo quadragesimo primo, indicione Xa, die martis, XX nouembris, Girardus maior Herementie, nepos Joannis maioris de Herementia quondam, recognoscit quod ipse est homo ligius dni Aymonis comitis Sabaudie et tenet ab eo maioriam de Herementia, in qua percipit, vt dicit,

clamas et minuta banna trium sol. et sex den. et in exchetis et bannis grossis sexaginta sol., tam marciatis quam in condempnatis per castellanos seu judices dni comitis, nonam partem ; item medietatem omnium vtenxiliorum ferreorum cuiuslibet decedentis in dicta maioria sine herede legitimo ex suo corpore procreato et aliam medietatem percipit vxor si habeat, et si non habeat vxorem ipse maior percepit totum, item ibidem omnimodam escam que in hospicio reperiretur ad expendendum, exceptis tamen integris baconibus, seraciis et aliis integris et etiam panem coctum, que in hospicio sic decessi vel estra reperirentur nomine dicti decessi. Item dicit quod debet similiter escam et vtenxilia ferrea reperta in hospicio damnatorum morti pro furtis et pro[1] ..... Item tenet a dno rispagia aquarum, videlicet aque que dicitur Dessenchi tendentis ad aquam de Borny. Item debet recuperare bladum dictum de la sogny et habere, et pro dicto blado debet soluere anno quolibet dno comiti aut castellano suo Contegii viginti sol. Maur. Item debet dno duos den. seruicii et quatuor den. placiti pro molendinis que quondam fuerunt Joannis de Sans, sitis in cursu dicte aque dicte Dessonchi. Item tenet a dno idem maior et eius consortes, videlicet Joannes Bertat, Johannodus Thome, Perrerius filius condam Martini Richart, Johannodus Rosset de Marses, Joannes dou Treydo et Agnesona Bronessenta, homines dni talliabiles et jurati, videlicet feudum dictum Mayoral continens circa quadraginta posas terre et prati cum domibus, que sita sunt a petra Mayoral vsque ad torrentem dou Maein in dicta maioria; pro quo feudo debent dno viginti sol. placiti in mutatione vassalli tantum. Item tenet a dno idem maior, Martinus filius quondam Joannis maioris et consortes ipsorum duodecim iornal terre sitos in diuersis locis, pro quibus duodecim posis debent dno duodecim den. redditus et duos fichilinos ordei de sognia. Dictus vero maior

[1] Un mot en blanc.

debet officium dicte maiorie fideliter exercere et recogligere redditus et vsagia dni et bonam et legitimam reddere rationem. Apud Contegium, in domo Perrodi de Contegio domicelli, presentibus testibus, videlicet Girardo maiore de Daillon, Vuillermodo maiore de Drona, etc.

Ego vero Joannes de Creysiaco dictus Aquabella not., etc.

1820

Hommage prêté à Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, par Jeannod de la Condémine.

Sion, 1341, 22 décembre.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XL primo, indictione X, die XXII decembris, in ciuitate Sedun., in domo Ja. de Gissiney, constituti vir nobilis et potens Petrus de Turre dnus Castellionis in Valesio, ex vna parte, et Johannodus de la Condemyna de Moniat, ex altera, predictus Johannodus non vi, etc., fecit, etc. dicto Petro de Turre fidelitatem manu et osculo, etc. Testes : dictus Ja. de Gissiney, Johannodus de Grandissono et Perrodus de Lausanna domicelli.

1821

Perrod de Lucinge et Raymonde, son épouse, vendent deux vignes à Bertholet Tavelli, donzel, qui les leur rend en fief.

Aigle, 1342 (1341), 26 décembre.

Archives de Valère, minute.

* Anno Dni M°CCC°XLII°, indictione X, die XXVI mensis de-

cembris, apud Allyum, Perrodus de Lucingio et Raymunda eius vxor vendunt Bertholeto Tauelli de Gebennis domicello vineam suam in territorio Allyi, en la Rebuffyna, continentem quinque fossoratas iuxta vineam dicti emptoris, ex vna parte, et vineam dni Petri de Sallione, curati de Gissiney, ex altera; item vineam in predicto territorio in Ryuaula, continentem VIII fossor., et hoc precio viginti octo floren. boni auri et legitimi ponderis de Florencia. Testes: dnus P. Wyffredi de Sancto Mauricio, canonicus Sedun. et curatus de Allyo, dnus Jacobus curatus de Conches, etc.

Anno, die et loco quibus supra Bertholetus Tauelli de Gebennis accensat supradictis coniugibus Perrodo de Lucingio et Raymunde vineas supradictas pro vno modio boni vini de redditu annuali ad mensuram musti de Allyo.

1822

Henri de Rarogne, chevalier, délie Perrod du Borjal de tout hommage et de toute fidélité.

1342, 3 janvier.

Archives de Valère, minute.

* Anno Dni M°CCC°XLII°, indicione X, die III mensis januarii, vir nobilis dnus Henricus de Rarognya miles et Johannes filius eius, nomine eorum ac nomine dne Margarete vxoris dicti dni Henrici ac Petri filii eorumdem et fratris dicti Johannis, soluunt et quictant penitus et in perpetuum absoluunt Perrodum filium Cristini dou Borial de la Dala, nomine suo et liberorum suorum, hominem ligium seu feudarium predicti dni Henrici, de omni fidelitate, homagio et tallia in quibus

dictus Perretus dictis nobilibus tenebatur pro persona et rebus vniuersis dicti Perreti, et hoc pro precio quatuor lb. Maur. Promittentes, etc.

1823

Antoine de Volovron est reconnu major du chevalier Henri de Rarogne dans la vallée d'Hérens.

Sion, 1342, 16 janvier.

Archives de Valère, extrait cité dans un procès.

Anno Dni M.CCC.XLII, die XVI januarii, in ciuitate Sedun., vir nobilis dnus Henricus de Rarognya miles confessus fuit quod Anthonius de Volouron erat maior suus perpetuus in vniuerso dominio et omni juridicione sibi militi pertinente in valle de Heruens.

1824

Droit de juridiction du doyen de Valère sur l'église et le curé d'Aigle.

Sion, 1342, 21 janvier.

Archives de Valère, Z, 51.

Nos officialis curie Sedun. notum facimus vniuersis quod propter infrascripta constitutis in judicio coram nobis ven. viro dno Girardo decano Valerie in ecclesia Sedun., ex vna parte, et dno Johanne de Drona curato parrochialis ecclesie de Allio in dicto decanatu constitute, ex altera, cum questio verteretur inter partes predictas super eo quod prefatus dnus decanus dicebat et asserebat et adhuc dicit et asserit quod predecessores eiusdem dni decani et idem dnus decanus ha-

buerunt ab antiquis temporibus et habet idem dnus decanus visitationem et correptionem in dicta ecclesia de Allio et in curatum eiusdem ecclesie super excessibus et defectibus eiusdem curati ; prefato curato dicente quod dictus dnus decanus ipsum curatum corrigere non poterat uel punire, asserenteque se exceptum a correptione et punitione prefati dni decani per bone memorie dnum Aymonem de Turre episcopum Sedun., producens quasdam litteras quodam siggilo pendenti prefati dni episcopi, sicut prima facie apparebat, siggillatas ; prefato dno decano ex aduerso proponente quod si forte dictus dnus episcopus aliquam exceptionem dicto curato dederit in preiudicium dicti dni decani et decanatus sui, illa erat inualida pluribus rationibus expositis et declaratis coram nobis. Tandem dicte partes super premissis, mediantibus discretis viris dno Jacobo decano Sedun. et Johanne de Drona canonico Sedun., ad pacem et concordiam deuenerunt in hunc modum, videlicet quod dictus dnus decanus Valerie et successores sui in prefatum curatum et successores suos in dicta ecclesia juriditionem, visitationem, correptionem et punitionem excessuum ac defectuum seu delictorum dicti curati et successorum suorum in dicta ecclesia debent habere et habeant ac exerceant imposterum, cum semper ipsam habuerint in toto decanatu predicto, non obstantibus aliquibus litteris dicto curato concessis per prefatum dnum episcopum super quacumque exceptione, cuiuscumque tenoris existant. Quibus litteris dictus curatus renunciauit ex nunc coram nobis et eas voluit ex nunc dictus curatus nullius esse momenti et nullius esse firmitatis. Et nos officialis predictus dictas litteras decernimus ex nunc in antea nullius esse momenti uel valoris. Litteras autem quas produxit coram nobis dictus dnus decanus sigillo prefati dni episcopi pendenti sigillatas super declaratione et confirmatione juriditionis, visitationis et correptionis quas habet et habere debet prefatus dnus decanus in curatum dicte ecclesie de Allyo et in

eadem ecclesia dictus curatus approbauit et ratifficauit et voluit eas ex nunc perpetuam habere roboris firmitatem. Que omnia predicti dnus decanus et curatus promiserunt alter alteri fide sua prestita firmiter attendere et contra ea non facere uel uenire. In quorum omnium robur et testimonium nos prefatus officialis, ad preces et requisitionem dictorum dni decani Valerie et dni Johannis curati de Allio, sigillum dicte curie presentibus duximus apponendum. Datum Seduni, anno Dni M°CCCXL secundo, die XXI[a] mensis januarii.

Dy(onisius) officialis.

Sceau tombé.

1825

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Albert, major de Suen.

Sion, 1342, 24 janvier.

Archives de Valère, minute.

* Anno Dni M°CCC°XLII°, indicione decima, die XXIIII mensis januarii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, Albertus maior de Suens confessus fuit nomine suo et Nycholete filie quondam Willelmi maioris, filii quondam Petri maioris, neptis sue, ibidem presentis et nomine Perrodi de Grimisuat ciuis Sedun. absentis se esse hominem lygium dni Philippi episcopi Sedun., et mense episcopalis Sedun. nomine hospicii quondam Petri maioris patris ipsius Alberti, quod hospicium eis Mayent ab antiquo homagium ligium debebat dno episcopo pre omnibus aliis dnis, non obstante homagio dicto dno episcopo de bonis quondam Willelmi Talant aui dicti Alberti, ex parte matris ipsius, et se tenere in feudum ea que sequuntur: Primo nomen maiorie de Heroens, item condeminam de Thoryns, quam tenet dictus dnus episcopus, item molendinum de

Bayars, item turrim dEyson, sitam in monte dEyson, cum duobus iugeribus campi et vno seytario prati et grangia infra sita, subtus viam tendentem versus Sanctum Martinum, etc., et se inde debere XII den. Maur. seruicii et X sol. placiti.

Jacobus de Pontally not.

1826

Hommage prêté à Pierre de La Tour, de Collombey, par Martin de la Villette.

Grimisuat, 1342, 28 janvier.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. clxxv.

Notum, etc. quod ego Martinus de la Uileta dArba, morans apud Grimisua, venio homo ligius pre omnibus personis et dnis Petro de Turre de Columberio domicello, flexis genibus, manu et ore, a quo dicto Petro dno meo accipio in feudum homagii ligii predicti omnia bona mea et specialiter IIII^{or} fossoratas vinee sitas in banno de Dronna, prout in cartis cancellarie Sedun. continetur; excipitur domus mea et Mabilie uxoris mee, et excipitur a predictis insula quam teneo et mouetur a dno de Aniuesio, que sita est uersus insulas de Huurie in duabus peciis. Item teneor et promitto facere acquisitum vsque ad VI lb. Maur. et illud accipere et recipere a dicto P. dno meo in feudum dicti homagii, et promitto pro me et meis heredibus dare et soluere anno quolibet dicto P. dno meo et suis heredibus pro dicto feudo et homagio II sol. seruicii annuatim et XII den. nomine portus annuatim in natiuitate Dni. Item teneor sibi et suis heredibus et promitto pro me et meis heredibus facere auxilium ad carcerem dni, ad nouam miliciam, ad filiam maritandam et ad viagium transmarinum, et hoc sine plus facere uel petere a dicto Martino. Et promitto sibi facere omnia que sub fidelitate ligia requiruntur.

Ego uero prefatus P. domicellus pro me et meis heredibus promitto ipsum et suos heredes manutenere et saluare et juuare sicut hominem meum ligium fideliter in futurum. Promisimus, inquam, nos dicti P. et Martinus alter alteri predicta attendere et complere prout cuilibet nostrum competit. Martinus Battalliar clericus, qui hanc cartam leuauit, apud Grimisua, V° kl. februarii, anno Dni M°CCC°XLII°.

1827

Réversale de l'évêque de Sion en faveur du chapitre.

Sion, 1342, 8 avril.

Archives de Valère.

* Nos Philippus Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopus notum facimus quod cum capitulum nostrum Sedun. nobis ex gracia speciali concesserit quod viginti lb. annui redditus quas dictum capitulum tenet in parrochia de Nas et in villa et territorio de Vernamisia [1], nos confitemur quod dictam graciam nobis fecit dictum capitulum sub condicione infrascripta, videlicet quod dicto capitulo, antequam dictum redditum reemere possimus, soluere teneamur omnia retenta que dicto capitulo debebuntur de redditu viginti lb. Maur. supradicto pro toto tempore precedente predictam reemptionem; et cum Johannes senior maior de Vernamisia pro retentis dicti redditus quondam teneretur eidem capitulo in quatuordecim lb. et per distributionem factam per curiam nostram de bonis dicti maioris pro dictis quatuordecim lb. dicta curia nostra dederit dicto capitulo in solutum domum dicti maioris sitam in villa de Vernamisia cum grenerio antesito cum quodam

[1] Il y a ici une lacune évidente dans l'original.

campo vnius jugeris; nos dictam distributionem et res datas dicto capitulo pro dictis XIIII lb. per curiam nostram confirmamus, dantes dicto capitulo auctoritatem superficiem dicte domus et grenerii removendi de solo in quo nunc sunt et disponendi de rebus eis datis per curiam nostram vendendo seu alienando, prout eidem capitulo videbitur vtilius expedire, pro dictis XIIII lb. et expensis propter hoc factis, saluis tamen vsagiis nostris. In cuius rei testimonium nos prefatus episcopus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Seduni, VIII die mensis aprilis, anno dni M.CCC.XL secundo.

1828

Le seigneur de la vallée d'Isérable doit payer annuellement 40 sols au chapitre de Sion.

Sion, 1342, 20 avril.

Archives de Valère.

* Ego Petrus de Bacio clericus, commissarius in hac parte a dno officiali curie Sedun. specialiter deputatus, notum facio quod comparentibus Seduni coram me in judicio dno Willelmo de Clarens canonico Sedun., procuratorio nomine capituli Sedun., ex vna parte, et nobili viro Petro de Castellario, August. dyocesis, ex altera, porrexit dictus procurator contra dictum Petrum libellum cuius tenor sequitur: Coram vobis discreto viro Petro de Bacio jurisperito et commissario dni Dyonisii de Thora canonici Sedun. et officialis curie Sedun. in hac causa proponit dictus procurator contra nobilem Petrum de Castellario quod cum prefatum capitulum per se aut mistralem suum esset in possessione, a tanto tempore cuius contrarium memoria non existit, iuris percipiendi singulis annis super redditibus seu taliis vallis de Esarablo spectantibus

dno seu dnis vallis prefate quadraginta sol. Maur. pro anniuersariis faciendis in ecclesia Sedun. pro animabus quondam dnorum Rodulphi ac Petri de Castellario archiepiscoporum Taritasiensis ecclesie et dni eiusdem vallis, consueuerunt soluere dictos quadraginta sol. singulis annis, et cessatum fuit per duos annos nuper preteritos in solucione tam per ipsum Petrum quam per Humbertum eius fratrem, quare agit dictus procurator contra eundem Petrum et petit in dictam possessionem restitui capitulum antedictum et retenta solui..... Ego igitur Petrus commissarius predictus pro tribunali sedens sentencialiter pronuncio intencionem peticionis dicti capituli Sedun. fore sufficienter probatam et dictum Petrum condempno ad restituendum et soluendum dicto capitulo quadraginta sol. annue prestacionis petite. In quorum testimonium ego dictus commissarius sigillum prefate curie rogaui presentibus apponi. Datum die sabbati ante festum beati Marci euangeliste, anno Dni millesimo CCC° quadragesimo secundo.

Sceau pendant.

1829

Droits de Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, à Arbaz.

Arbaz, 1342, 16 mai.

Liber deseni de Seduno, f. 281 verso.

* Anno Dni millesimo tercentesimo quadragesimo secundo, die decima sexta mensis maii, apud Arbaz, in viridario es Sarragins, personaliter constituti Bosonetus Borcardi et alii 36 homines, omnes de Arbaz, ad requisitionem mei notarii stipulantis ad opus viri nobilis Petri de Turre dni Castellionis in Vallesio confessi fuerunt per juramenta sua quod dictus Petrus de Turre habet et predecessores sui habuerunt in villa

et territorio de Arbaz merum et mixtum imperium, omnem jurisdictionem ac omne dominium super omnes delinquentes ibidem et omnium criminosorum et sceleratorum puniendorum in villa et infra territorium predictum delinquentium secundum qualitatem delicti. Item quod habet et facere debet omnes pignorationes que ibidem fiunt ex quacumque causa. Item habet confirmationes custodum et nuntiorum communium dicti loci. Item quod tenent in feudum a dicto Petro de Turre vsamentum pascuorum, nemorum, aquarum ibidem. Item recognouerunt quod Perronetus de Turre de Collumberio domicellus tanquam mistralis dicti Petri de Turre de Ayent et de Arbaz ratione et jure mistralie sue facere debet confirmationes et pignorationes predictas et quod habet minuta banna in dictis nemoribus, videlicet tres sol. et sex den. Maur. pro quolibet banno, item pro qualibet clama tres sol. et sex den. in dicta mistralia de Ayent, secundum quod hactenus fieri consueuit. Item recognouerunt dicti homines, videlicet illi qui sunt ligii et talles (sic) dicti Petri de Turre, quod ipsi debent sequi banderiam dicti Petri de Turre et eidem ad caluacatas suas quotienscumque mandentur parere et deseruire. Item Johannodus Michiez ac Perrerius frater eius, item Ansermus Ayroz et Johannodus filius eius recognouerunt quod debent ire et deseruire ad caualcatas sub dicta banderia dicti Petri de Turre, prout hactenus ipsi et predecessores ipsorum facere consueuerunt. Testes : dnus Ansermus curatus de Ayent, etc. Et ego Girardus Quartery de Sancto Mauritio clericus, etc.

Ibid., f. 284, verso.

Les hommes d'Arbaz firent une reconnaissance de même même teneur jusqu'au signe * en faveur de Henri Asperlin évêque de Sion, comme cause-ayant de noble Pierre de la Tour. Actum apud Bluvigniod die vigesima quinta februarii, anno Dni millesimo quatercentesimo quinquagesimo quinto.

Ibid., f. 284.

Nouvelle reconnaissance en faveur de l'évêque Walter de Supersax. Actum apud Bluvigniod, in sede curie teneri solito, die vigesima nona mensis januarii, anno Dni millesimo quatercentesimo sexagesimo tertio.

Ibid., f. 285 verso.

Le 16 janvier 1465, in castro Maiorie, l'évêque Walter confirma et ratifia les reconnaissances ci-dessus et promit de les maintenir.

1830

Hommage prêté à l'évêque de Lausanne par Jean de Blonay, chevalier.

Sion, 1342, 19 mai.

Archives du canton de Vaud, Lausanne, N° 1273, copie.

Anno Dni millesimo tercentesimo quadragesimo secundo, inditione decima, die decima nona mensis maii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, in presentia reverendi in Christo patris dni dni Philippi Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopi, constitutus vir nobilis dnus Johannes filius quondam nobilis viri Petri de Blonay condni Viviaci et dni Sancti Pauli miles, idem confessus est et recognovit per juramentum suum ad instantiam dicti dni episcopi et requisitionem se esse hominem ligium ipsius dni episcopi et mense episcopalis Sedun. (et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo) totum et quidquid hospitii et abergamenti nobilis domicellus Girardus de Orons condnus Viviaci tenet et quicumque alius ab eo in parrochia de Mustruz, diocesis Lausan., specialiter vineam dictam dou Basset, quam olim tenebat bone memorie

Girardus de Orons, cantor Lausan., et quidquid est inter duas aquas dictas Bayes. Item quidquid per dictum hospitium et abergamentum dicti Girardi condni Viviaci tenet et alius ab eo apud Challies. Item feudum dictum de Martignie, quod jacet apud Novellam, quod tenebat a condnis de Blonay Aymo de Monte Jovet. Item villam cum territorio et cum monte de Viana. Item montem de Meys, situm in parrochia Sancti Mauritii Agan. Item quidquid Johannes de Arbinon domicellus tenet in villa et monte de Arbinon et de Morellis, seu alter nomine ipsius Johannis. Item quidquid habet et tenet idem confitens in monte de Alleyses, et quidquid per se vel per alium tenet in locis predictis. De quibus confessus est se debere dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. homagium ligium, quod homagium idem confitens in manu dicti dni episcopi fecit ore et manu, ut est moris, et promisit per juramentum suum esse bonus et fidelis dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. Et dictus dnus episcopus investivit ipsum de dicto feudo, salvo jure ipsius dni episcopi et alterius ratione, facta protestatione per eum de ulterioribus que debentur ipsi dno episcopo et mense episcopali Sedun. de dicto feudo; et quia sua fidelitas precedit fidelitatem dni comitis Sabaudie, ob id dictus dnus episcopus extitit protestatus. Et idem dnus Johannes fuit protestatus quod si fidelitas dicti dni episcopi precedat fidelitatem dicti dni comitis, quod tunc stet per medietatem per quam de jure stare debebit; debet, tenetur et promisit dictus miles infra proximas octabas festi natiuitatis beate Marie septembris specificare dicto dno qui nunc est vel qui pro tempore fuerit et de supradictis fidem facere. Promisit etiam facere dicto dno episcopo copiam de iisdem litteris recognitionis Petri de Orons condni Viviaci, quam fecit Petrus de Blonay pater quondam dicti dni Johannis (de rebus), quas dictus Petrus tenebat in parrochia de Mustruz et in villa et territorio de Challier. Presentibus viris venerabilibus et di-

scretis dnis Jacobo decano Sedun., Wlielmo de Clarens, Jaqueto de Chesaux, canonicis Sedun., viris nobilibus Henrico dno de Creto, Symone filio quondam Perrodi de Blonay condno Viviaci, Johanne de Bacio domicello, Rodulpho de Bulo, Perrodo de Bacio, clericis, Bertholeto maiore Sedun. domicello, Jordaneto Tuthomi, Thomasseto de Lausanna burgensi Viviaci, pluribusque aliis fide dignis testibus ad premissa rogatis. Et ego Jacobus de Pontallies, etc.

1831

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Bertholet de Greysier pour la majorie de Sion.

Sion, 1342, 20 mai.

Archives de Valère, Liber homag. mense episcop. Sedun., f. xv.

Anno Dni M°CCC°XL°II°, indicione X, die XX mensis maii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali, in presencia dicti dni episcopi constitutus Bertholetus maior Sedun., idem recognouit per juramentum suum se esse hominem ligium dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. pre cunctis dnis et se tenere in feudum homagii ligii ab ipso dno episcopo ea que sequntur: primo maioriam Sedun. cum suis juribus et pertinenciis vniuersis, item domum que vocatur turris maioris Sedun., item lingas macelli Sedun., item omnia et singula bona, res et possessiones que et quas idem maior habet et possidet uel quasi in toto territorio Sedun., qualitercumque censeantur, item vineam maiorie Sedun. predicte de Lentyna, exceptis hiis que de dicta vinea reperirentur sine dolo et fraude esse uel fuisse de feudo uel retrofeudo alieno, item omnes res et omnia bona que tenet apud Amagnoch et ea que tenet et pos-

sidet uel quasi ibidem uel per alium uel alius ab eodem qualitercumque et de quibus reperiretur esse aduanterius idem maior, exceptis hiis que sine fraude et dolo reperirentur esse et fuisse de feudo uel retrofeudo alieno, item IIII^{or} lb. Maur. annui redditus que sibi fuerunt concesse in augmentum feudi homagii ligii super talliis et seruiciis de Chamoson, que et quas habet ibidem dictus dnus episcopus Sedun. Item debet habere dictus maior robam vnius scutiferi uel militis, cum miles fuerit, quando continget dnum episcopum Sedun. robas suas dare et induere familiam suam. Item quocienscumque dictus maior extra ciuitatem Sedun. incedet cum dno episcopo, qui nunc est uel qui pro tempore fuerit, debet idem maior librari et in hospicio dni episcopi recipi, saluis in predictis seruiciis in quibus dictus maior racione sui feudi, tam in eo quod vexillum dicti dni episcopi, sicut consueuit, quando locus affuerit, portare teneatur, quam in aliis. Quibus actis fecit homagium suum in manu dicti dni episcopi recipientis nomine et ad opus mense episcopalis Sedun., manus inter manus, osculo oris interueniente vt est moris, et promisit per juramentum suum esse bonus et fidelis dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun., vtilitatem et comodum ipsius dni episcopi et mense episcopalis Sedun. procurare, dampnum et incomodum euitare suo posse, saluo semper dicto dno episcopo et mense episcopali Sedun. jure suo in hiis que tenent consortes dicti feudi, de quo est aduanterius dictus maior, prout hec in quadam chertra cancellarie Sedun. cum quibusdam aliis in presencia dicti dni episcopi visa fuerunt plenius contineri. Quibus sic actis dictus dnus episcopus inuestiuit ipsum maiorem de dicto feudo, saluo semper in predictis jure suo quod habet et habere debet in dicto feudo et alterius racione, protestato per dictum maiorem quod si de dicto feudo plus reperiretur uel aliquid de eodem debeatur, quod quocienscumque ad suam noticiam perveniet uel fuerit requisitus

per dictum dnum episcopum uel suos officiales, quod sibi manifestabit sine mora et quod sibi non sit preiudicium in futurum. Dictus vero dnus episcopus fuit protestatus quod si quid de dicto feudo sit distractum, venditum uel alienatum sine laude sua uel predecessorum suorum; quod in hiis jus suum remaneat semper saluum. Ad hec fuerunt testes rogati presentes vir discretus dnus Emericus Gaufreydi capellanus et procurator dicti dni episcopi, Poncius Trota domicellus familiaris ipsius dni episcopi, Aymo de Sancto Brancherio dictus de Sancto Mauricio clericus, jurisperitus, Perrodus de Sancto Mauricio clericus notarius publicus, Aymo de Herdes, Giroudout de Gresyez, domicelli, Perrodus Magy, Perronetus Messagyez, ciues Sedun., plures alii fide digni.

Postmodum vero, anno, indicione et loco quibus supra, XXVII die mensis maii, in presencia ven. viri dni Emerici Gaufreydi capellani et procuratoris dicti dni episcopi constitutus dictus maior, idem tamquam aduanterius, nomine suo et comparticipum suorum, videlicet illorum omnium qui consortes et comparticipes esse reperientur in dicto feudo (confessus est) se debere dicto dno episcopo et ecclesie Sedun. quinquaginta lb. Maur. placiti in morte vassalli tantum, et fuit protestatus quod dictus dnus episcopus ipsum fortem facere debeat ad compellendum comparticipes dicti feudi de soluendo jus suum ipsius comparticipibus competens de placito antedicto debito ex causa feudi predicti et ad recognoscendum illud quod ipsi tenent de eodem feudo antedicto seu alius eorum nomine. Ad hec fuerunt testes rogati Perronetus de Noerey ciuis Sedun., Johannes Bynfa de Moloyn, Martinus dou Crest, Willenchus de Nochy, Vldrichus de Laques, Johannes Caucy, Perrussodus Perrussel de Moloyn, parrochie de Laques, plures alii fide digni. Et ego Jacobus de Pontally, etc.

1832

Pierre de Saillon, seigneur de Saint-Léonard, vend un chesal à Perrette Jaquemétan.

Saint-Léonard, 1342, 26 mai.

Archives de Valère.

* Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus de Sallione dnus de Sancto Leonardo, laudatione Agnetis filie quondam Willermi Agnetis, vendidi et finaui perpetue pro quadraginta sol. Maur. michi solutis et tribus denariis seruicii soluendis in festo beati Nicholai et sex den. placiti, quando acciderit, Perrete dicte Jaquemetan quoddam casale cum eius pertinenciis et appendiciis, situm apud Sanctum Leonardum, iuxta domum Perrodi filii quondam Nantelmi de Allio habitatoris uille Sancti Leonardi, cum quadam cortina sita iuxta domum dicte emptricis, ex una parte, et domum Anthonie filie quondam Nantelmi de Sancto Leonardo domicelli, ex altera. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Johannodus filius quondam Willermi de Sallione, Jacodus decimator de Sancto Leonardo, Perrodus et Humbertus alumpni mei et dnus Willermus de Massungie curatus de Sancto Leonardo, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Gonraldus de Friburgo clericus juratus super hoc eam scripsi. Actum apud Sanctum Leonardum, VII° kl. junii, anno Dni M°CCC° XL secundo, imperio vacante, Philippo episcopante.

1833

Le clerc Jacques de Pontallly promet au chapitre de Sion de ne plus stipuler d'actes relatifs à des contrats perpétuels.

Valère, 1342, 12 juin.

Archives de Valère, D, 14.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCC°XLII°, indicione decima, die XII mensis junii, in castro Valerie, videlicet in domo habitationis ven. viri dni Jacobi decani Sedun., in presencia mei notarii et testium subscriptorum personaliter constitutus Jacobus de Pontally clericus, considerans grata seruicia sibi in sua necessitate impensa et impendenda per ven. capitulum Sedun. obligauit se sponte de vlterius non conficiendo in juridicione temporali dni episcopi Sedun. instrumenta publica, scilicet chertras cancellarie Sedun. super contractibus perpetuis qui secuntur, videlicet vendicione perpetua, donacione perpetua, permutacione perpetua, nec etiam super legato perpetuo, nec super testamento. In casu vero quod contrarium faceret, se solutarum obligauit, tociens quociens probaretur et verum esset, sexaginta sol. Maur. dicto capitulo. Promisit etiam se non daturum auxilium alicui contrairę volenti uel preiudicare juri cancellarie Sedun., et si quem procuratorium fecit contra predicta aut constituit in facto notariorum uel altero, illud reuocauit et reuocat per presentem, sub condicione quod si alii notarii terre Vallesii simul cum dicto capitulo super confectione instrumentorum in futurum ad concordiam deuenirent, quod dictus Jacobus in illa concordia talis sit sicut vnus aliorum, et quod si de suis aquisitis que fecit idem Jacobus, instrumenta super hiis confecta contingeret quod idem Jacobus vellet in chertras cancellarie predicte reducere, quod receptio ipsarum chertrarum ad ar-

bitrium ven. virorum dnorum Jacobi decani et dni Dyonisii de Thora officialis et canonici Sedun. terminetur. Recognicionibus feudorum dni episcopi et mense episcopalis Sedun. et concordiis super commissis feudorum dicte mense duntaxat exceptis, super quibus possit publica instrumenta conficere, si ad hoc requiratur ex parte dicti dni episcopi. Que omnia predicta dictus Jacobus promisit per juramentum suum ad sancta Dei ewangelia corporaliter prestitum et sub obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, et pro parte dicti capituli promisit bona fide sua ven. vir dnus Guillelmus de Clarens canonicus Sedun., sindicus et sindicario nomine dicti capituli, rata, grata et firma attendere et seruare, vt superius sunt expressa, et non contrafacere uel venire in futurum, presentibus testibus dnis Jacobo decano et Dyonisio officiali predictis, Jaqueto de Chesaul, canonicis Sedun. et Johanne de Auentica, familiari dni Vldrici curati Leuce, super hoc vocatis et rogatis. Et ego Franciscus Albi de Viuiaco clericus, etc.

Et nos prefatus officialis dicte curie Sedun., ad requisicionem dictarum partium, vna cum signo notarii supradicti ad maiorem roboris firmitatem sigillum dicte curie presentibus duximus apponendum. Datum ut supra.

Dy. offic.

1834

L'évêque de Sion absout Johannod de La Tour, donzel, d'une accusation de coups donnés et lui confirme l'acquisition des Agettes.

Sion, 1342, 28 juin.

Liber instrumentorum de Seduno, etc., f. 174.

* Nos Philippus Dei et sedis apostolice gratia episcopus Sedun. notum facimus quod cum Johannodus de Turre domi-

cellus inculpatus fuerit de verberatione facta in personam Johannis dicti Vuaut carnificis, ciuis Sedun., inquisitione facta diligenti, licet aliquantulum dicta verberatio videretur esse probata, nos cum dicto Johannodo volentes incedere gratiose ipsum absoluimus. Item cum dictus Johannodus de Turre olim emerit a Jacobo de Gyssiney ciue Sedun. res et bona de feudo nostro homagii ligii in monte des Agiettes, etc. [1], nos predictam emptionem in feudum homagii ligii laudamus pro quadraginta quatuor lb. Maur. In quorum robur et testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Seduni, XXVIII die mensis junii, anno Dni M°CCCXL secundo.

Nos vero capitulum Sedun. congregatum in choro ecclesie Vallerie predictam quittationem de verberatione predicta et predictam emptionem, etc., laudamus. Actum prima die mensis februarii, anno Dni Millesimo CCC quadragesimo tertio.

1835

Déclaration des droits de la métralie épiscopale de Sion.

Ayent, 1342, 22 juillet.

Liber deseni de Seduno, f. 184.

Anno Dni millesimo CCCXL secundo, indicione decima, die XXII mensis julii, apud villam de Aent, in domo Anthonii de Capella mistralis ibidem dni Philippi episcopi Sedun., dictus Anthonius exposuit ad declarationem jurium sue mistralle in presentia mei notarii subscripti, commissarii specialiter deputati per dictum dnum episcopum ad recipiendum testes quos idem Anthonius producere vellet super informa-

[1] Voy. la charte du 2 juin 1340, pag. 291 du présent volume.

tione jurium dicte sue mistralie, articulos infrascriptos : Primo quod apud Ayent debent esse duo mistrales, videlicet mistralis de Ayent qui est mistralis dicti dni episcopi et mense episcopalis Sedun. et mistralis de Bez qui est mistralis viri nobilis Petri de Turre dni Castillionis in Vallesio, qui duo mistrales et quilibet ipsorum debent imponere in ecclesia pro communi banna sexaginta sol. et omnia alia banna, et si quis alius imponat non valet. Vnus vero dictorum duorum mistralium debet percipere placitum autonni, alius placitum may, aliquis alterius non. Item quod in qualibet clama que fit in manu dni episcopi vel sui castellani seu mistralis debet percipere dictus mistralis sex den. Maur. et debet sibi remitti cautio, dnus episcopus tamen vel suus castellanus, si velint, possunt audire causam et clamam condonare, exceptis sex den. mistralis. Castellanus vero non potest seu debet ponere alium nuncium loco sui seu tenentem locum suum, nisi dictum mistralem. Item debet habere dictus mistralis, vt asseruit, in omnibus que ipse recuperat pro dicto dno episcopo seruiciis, talliis, bannis et aliis, videlicet in solido vnum den., nec potest aliquis recuperare preterquam mistralis. Item debet habere dictus mistralis in curia dni episcopi caligas et sotulares et robam seruientis semel in anno et mensam suam in curia dni quotiens vadit pro negociis dni. Item dictus mistralis pre predictis tenetur facere treyti dno episcopo vsque ad quadraginta sol. Maur. super vsagiis primi anni sequentis, nec tenetur facere aliam treyty dno episcopo (donec) sibi sit satisfactum de primis quadraginta sol. Maur. et tenetur exercere jura dni in parrochiis de Ayent et de Grumisy et reddere dno episcopo congruam rationem. Quibus articulis sic propositis per dictum mistralem, produxit idem mistralis ad eos probandos testes infrascriptos : Primo Willelmus de Platea de Ayent olim mistralis apud Ayent dni episcopi interrogatus respondit per juramentum suum ipsos articulos veros esse; interrogatus

qualiter scit, respondit quod bene recolit de sexaginta annis et vltra quod Vullelmus mistralis quondam pater suus ipsius deponentis et ipse deponens post decessum dicti patris sui fuerunt in pacifico possessorio omnium in dictis articulis contentorum. Item Chabertus mistralis de Platea de Ayent respondit sicut dictus primus testis. Item Ioannes Bersel de Platea de Ayent respondit sicut primus testis et quod ipse vidit dnum Cononem militem, qui in quodam festo natiuitatis Dni administrauit Willelmo mistrali patri dicti Chaberti calligas et sotulares et vnum supertunicale grisi et duxit ipsum ad prandium apud castrum de Ayent. Etc. Examinatis vero et receptis dictis testibus dictus Anthonius mistralis mihi notario predicta omnia precepit redigi in publicam formam. Testes: Johannodus spurius de Sancto Leonardo, filius quondam Mermeti de Sallons domicelli, etc. Et ego Jacobus de Pontally clericus, etc.

1836

Hommage prêté à Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, par Marquet de Thora.

Châtillon, 1342, 30 septembre.

Archives de Valère.

In nomine Dni, Amen. Anno incarnacionis eiusdem M°CCC° XLII°, indicione XI, vltima die mensis septembris, in villa de Castellione, Sedun. dyocesis, in cimiterio ecclesie beate Marie Virginis, ante portam eiusdem ecclesie, in presencia mei notarii publici et testium subscriptorum propter hoc specialiter constituto Marqueto filio quondam dni Francisci de Thora militis, Gebennensis dyocesis, idem confessus est se esse homo ligius nobilis et potentis viri Petri de Turre dni Castellionis in Vallesio, melius quam alterius dni, et promisit fideli-

tatem predicto Petro dno Castellionis et profiguum suum procurare et dampna sua defendere, prout homo ligius tenetur suo dno fidelitatem deseruire. Et est sciendum quod prefatus Petrus recepit dictum Marquetum in suum hominem ligium, ut premissum est, de certis feudis sitis in dyocesi Sedun., prout olim sui antecessores dictum homagium a Petro predicto et a suis antecessoribus predictum homagium recognouerunt. Ad hec fuerunt testes presentes vocati et rogati : dnus Willermus de Maylo, Jacobus de Chesa, canonici Sedun. Johannes de Mond castellanus Castellionis predicti, Stephanus de Pres, domicelli, Johannes Esperlin maior de Rarognia, alii quam plures fide digni. Et ego Aymo filius quondam Johannis de Mulinbach domicelli, auctoritate imperii publicus notarius, hiis omnibus presens interfui, presensque instrumentum signo meo consueto signaui rogatus in testimonium veritatis omnium premissorum.

1837

Bertholet de Greysier, major de Sion, vend pour deux ans les fruits et revenus de la majorie à Perronet de Noère.

Sion, 1342, 27 octobre.

Archives de Valère, Registrum Petri Lombardi.

In nomine Dni, Amen. Anno Dni M°CCC°XLII°, indictione XI, die XXVII° octobris, in domo mei notarii, etc. constituti vir nobilis Bertholetus maior Sedun., ex una parte, et Perronetus de Noere ciuis Sedun., ex altera, prefatus Bertholetus, non vi etc., vendidit, transtulit et dimisit dicto Perroneto stipulanti, etc. exitus et obuentiones omnimodas maiorie Sedun. clamarum, bannorum et freweriarum quarumcumque ratione dicte maiorie obueniendarum ac omnes fructus, joeucias et

recollecturas terrarum, possessionum ipsius Bertholeti, decimarum, reddituum, seruitiorum, placitorum et vsagiorum quorumcumque ipsi Bertholeto debitorum et debitarum per quoscumque ab aqua que dicitur Yserna vsque ad aquam que dicitur Ryey, tam in plano quam in monte, et hoc per spacium duorum annorum prima die instantis mensis marcii incipiendorum et continue sequendorum, et hoc precio et pro precio XXIX lb. Maur. anno quolibet dictorum duorum annorum soluendarum eidem Bertholeto terminis qui sequuntur, videlicet in festo Assumptionis beate Marie Virginis XIIII lb. et X sol., et in festo Purificationis beate Marie XIIII lb. et X sol. Maur., et pro redditibus et vsagiis dnorum annuatim debitis persoluendis, excepto et retento per dictum Bertholetum in premissis veste seu vestibus pannorum, si quam vel quas dnus episcopus Sedun. sibi maiori daret et dare vellet de librata sua durante dicto tempore. Acto et conuento expresse inter dictas partes quod si dictis duobus annis durantibus guerra fieret inter gentes episcopatus Sedun. et gentes comitatus vel alias quasuis gentes, per quam expediret dictum dnum episcopum cum suo exercitu equitare cum armis, dictus P. teneatur et debeat se armis munitum vel alium ad hoc ydoneum offerre ad ferendum vexillum, dictumque vexillum ferre equester teneatur per se vel per alium ad hoc ydoneum, si dictus dnus episcopus predictus ipsum acceptare velit et in casu quo dictus dnus episcopus ipsum acceptaret ad dictum vexillum ferendum. Si idem dnus episcopus nollet aut recusaret equum dicto Perroneto prestare pro dicto vexillo ferendo, expensasque ipsi P. et eius famulo ac sumptus facere ministrare debitos, dictus Bertholetus teneatur ipsi Perroneto equum prestare et sumptus facere et ministrare, super quibus expensis et sumptibus dictus P. credatur suo juramento tantum. Acto eciam et conuento inter ipsas partes quod dictus P. debet manutenere tectum domus maiorie coopertum,

excepto tecto stabuli, expensis vero dicti Bertholeti, ita quod nec domus nec muri domus in aliquo minime dampnificentur ex defectu tecti predicti, que domus seu muri si contingerent dampnificari ex defectu predicto, dictus P. teneatur dicto Bertholeto ad emendam dampnorum ratione defectus dicti tecti sustentorum, et quod dictus P. super expensis quas in domo faciet credatur sempliciter juramento suo. Acto insuper et conuento quod si idem P. depnificaretur per guerram aliquam, que durante dicto tempore moueretur, quominus posset officium dicte maiorie exercere vel non posset fructus dictarum terrarum percipere et redditus ipsi maiori debitos infra confines predictos recuperare, quod Bertholetus predictus teneatur ipsi restituere aut de predicto precio deducere ad dictum proborum hominum super hoc communiter eligendorum. Item actum estitit inter dictas partes quod a predicta vendicione excluduntur et excipiuntur commissiones et excheyte feodorum et rerum immobilium, si que durante dicto tempore contingeret commicti. Pro dicto precio sic persoluendo Willermodus Meller clericus fideiussorem se erga dictum Bertholetum constituit, et Perrodus Pacot marescallus Sedun. obligauit domum suam sitam Seduni in loco de Glauney, qui promiserunt, etc. Testes: Franciscus de Sancto Jorio domicellus et Henricus Mistralis de Campomunito, rector hospitalis Sancti Johannis Sedun. Et ego not.

1838

Bulle de confirmation de Clément VI en faveur de l'hospice du Grand-Saint-Bernard.

Avignon, 1342, 4 novembre.

Archives du Grand-Saint-Bernard.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis prepo-

sito et fratribus hospitalis sanctorum Nicolai et Bernardi de Monteiouis, ordinis sancti Augustini, Sedun. diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis uotis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Ea propter, dilecti in Dno filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia seu alias indulgentias uobis et hospitali uestro concessas, necnon libertates et exemptiones a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter uobis et hospitali uestro indultas, sicut eas juste et pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem hospitali auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, II nonas nouembris, pontificatus nostri anno primo.

R^tus C.
B. Romanus.

Bulla plumbea : CLEMENS PP VI.

1839

Jean Mecken vend une pièce de terre à Jean in Platea.

Ernen, 1342, 6 novembre.

Archives de Valère.

* Johannes filius quondam Nicholai Mecken de Brucko, laudatione Margarete vxoris sue, vendit in allodium Thome filio quondam Nicholai in Platea de inferiori Arangnon domicello

vnum frustrum terre situm apud Lurtingo Husler pro XXVI sol. sibi solutis et sex den. seruicii annuatim soluendis Johanni filio quondam Rodolphi Trolers naturali. Datum apud Arangno, die sexta mensis nouembris, anno Dni MCCCXLII, Philippo episcopante.

Cet acte est le dernier dans lequel paraît l'évêque Philippe ; un autre acte du 26 novembre est daté : *Guichardo Sedunensi electo.* C'est donc entre ces deux dates que Philippe de Chamberlhac quitta Sion pour aller occuper le siège de Nice, où il fut transféré par le pape, qui le nomma, quelques années plus tard, archevêque de Nicosie. Pendant qu'il occupait ce dernier siège, Philippe fit une donation au chapitre de Sion ; elle est mentionnée à la suite du *Nécrologe du Sion* du XIVe siècle (tom. II des *Documents*, pag. 577) et dans le *Liber I ministraliæ*, dans lequel on lit :

IIII lb. redditus acquisite de XL lb. quas dnus Philippus olim episcopus Sedun., factus archiepiscopus Nicoseisensis donauit capitulo ut III lb. pro I refectorio annuatim, alii XX sol. pro anniuersario distribuantur.

1840

Le prieur de Géronde donne une vigne à mi-fruits.

Sion, 1342, 22 novembre.

Archives de Valère, Registrum Conradi de Friburgo.

Anno Dni M°CCC°XLII°, XXII die nouembris, Seduni, dnus Johannes prior conuentus ordinis Carthusiensis de Gironda, nomine dicti conuentus, dimisit et concessit per spacium XIX annorum Johannodo dicto Sirro, sutori, habitatori Seduni, la myhey seu medietatem recollecture cuiusdam vinee site en Vercoma, videlicet de flore vini et non introlliato, que vinea jacet subtus castrum de Seya.

1841

Guillaume, fils de Willermet Meunier, vend deux vignes au chanoine Jacques Bochard.

Sion, 1342, 26 novembre.

Archives de Valère.

* Willermus filius quondam Willermeti lo Mugneir de Uico et Borgesia uxor ipsius vendunt pro quatuor lb. et VIII sol. Maur. sibi solutis et pro vno fichilino siliginis redditus annui capitulo Sedun. faciendo, etc. Jacobo Bochardi canonico Sedun. duas pecias vinee sitas en Lentina. Datum Seduni, VI kl. decembris, anno Dni MCCCXLII, Guichardo Sedun. electo.

Guichard, évêque élu de Sion, était fils de Gui Tavelli, citoyen de Genève. Eléonore ou Elinode, sœur de Guichard, épousa Jean de La Tour, seigneur de Châtillon. Guichard avait un frère, Barthélemi, dont le fils Jacques épousa Jeannette d'Anniviers, dame de Granges.

1842

Accord entre les syndics de Saillon et Guillaume de Collonibey, donzel, au sujet d'impositions communales.

Saillon, 1342, 27 novembre.

Archives de Valère, Registrum Girardi de Dallion.

* Anno Dni M°CCC°XLII°, indicione XI, die XXVII° nouembris, apud Sallion, constituti Guillelmus de Columberio domicellus, ex I parte, et Perrussodus Beatricis, Perrodus de Crista, habitatores de Sallion, procuratores et sindici dicte ville et tocius communitatis de Sallion, ex altera, cum discordia verteretur inter dictas partes super eo quod dicti procuratores

petebant a dicto Guillelmo quod cum ipse teneret plures res et possessiones que fuerunt plurium hominum de Sallion, qui temporibus retroactis tam pro dictis rebus quam aliis contribuere consueuerant et debebant in exewis, talliis, angariis, perangariis et communitatibus quibuscumque qui fiebant in dicta communitate de Sallion, tam pro caualcatis, refectione pontium, ecclesiarum, viarum, itinerum, deffenss(ionum), barreriarum et rerum aliarum, vnde dicebant dictum domicellum contribuere debere in predictis ratione rerum predictarum ; petebant eciam a dicto Guillelmo decem octo den. annuatim, in quibus idem Guillelmus eidem communitati tenebatur virtute cuiusdam compositionis olim facte inter P. de Columberio domicellum, patrem ipsius Guillelmi, et Petrum Quarter et Petrum de Chouley, nomine communitatis de Sallion, vt in littera data anno Dni M°CCC°XIIII, die XII septembris, continetur, predicto Guillelmo respondente quod in dictis XVIII den. bene tenebatur, sed ad alia minime tenebatur. Cum super predictis dicte partes diucius litigassent in curia dni comitis Sabaudie , ad concordiam deuenerunt in hunc modum. Dicti procuratores dictum Guillelmum quittauerunt de dictis XVIII den., item de omnibus petitis supradictis, et hoc pro C sol. Maur. semel, quos dicti procuratores confessi sunt se habuisse a dicto Guillelmo.

1843

Rodolphe de Don Romain se reconnaît homme lige et taillable de Jacques d'Anniviers, donzel.

Saint-Romain, 1342, 2 décembre.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun. f. cxxxviii.

' Ego Rodulphus donni Romani de Sessona confiteor me

esse hominem ligium et talliabilem ad misericordiam pre omnibus dnis Jacobi de Aniuesio domicelli, nomine Margarete vxoris mee, filie quondam Nantelmi de Ayent domicelli. Testes : Willermus mistralis, etc., et dnus Aymo curatus de Ayent qui hanc cartam leuauit, apud Sanctum Romanum, IV nonas decembris, anno Dni M.CCC.XLII.

1844

Testament d'Yolande de Montferrat, comtesse de Savoie.

Chambéry, 1342, 14 décembre.

Guichenon, Histoire de Savoie (Turin, 1780), IV, 179.
Extrait.

Anno a nativitate Dni MCCCXLII, die decima quarta mensis decembris..... Actum in castro Camberiaci, presente reverendo in Christo patre dno Guichardo electo confirmato Sedunensi.

1845

Règlement de compte entre Guillaume de Greysier, donzel, coseigneur d'Ayent, et Perrerius Lissant, son receveur.

Sion, 1343, 16 janvier.

Liber deseni de Seduno, f. 181.

Anno incarnationis Dni millesimo CCCXLIII°, XVI die mensis januarii, in ciuitate Sedun., constitutis Guillelmo de Gresiaco domicello, diocesis Geben., condno de Ayent, ex vna parte, et Perrerio dicto Lissant de Lux, perrochie de Aent, ex altera; cum discordia verteretur inter dictas partes super eo videlicet quod ipse Perrerius Lissant exercuisset officium dicti Guillelmi apud Aent et apud Herens, quare petebat

dictus Guillelmus a dicto Perrerio quod redderet sibi computum bannorum per ipsum recuperatorum, que banna extimabat viginti lb. Maur.; item petebat XX lb. pro eo quod ipse Perrerius commiscauit homines dicti Guillelmi de Herens et fecit ipsis hominibus sibi facere gratiam specialem vltra aliam quam promiserat dicto Guillelmo de quatuor lb. et sine licentia dicti Guillelmi; item petebat IX lb. et XVI sol. quas recuperauit nomine ipsius Guillelmi ab heredibus Anthonii Messellierx de Lens; item petebat centum et quinque sol. quos recuperauit ab Alberto Moret de Sueyn; item petebat XX fichillinos quos recuperauit anno nuper preterito; item petebat decem sol. pro eo quod ipse Guillelmus dictum Perrerium, qui erat homo talliabilis dicti Guillelmi, posuerat ad certum vsagium; de quibus omnibus idem Guillelmus asserebat a dicto Perrerio nullum habuisse computum; altera parte in contrarium asserente. Tandem dicte partes ad transactionem deuenerunt per hunc modum. Videlicet quod dictus Guillelmus quittauit dictum Perrerium de dictis recuperatis et de dictis decem sol. et super omnibus aliis petitionibus, exceptis redditibus, seruiciis et ceteris vsagiis perpetuis in quibus sibi tenetur dictus Perrerius, et hoc pro septem lb. Maur. semel. Testes: dnus Matheus monachus de Aent, dnus Aymo curatus dicti loci et ego Joannes de Orseriis clericus, etc.

1846

Bertholet de Greysier, major de Sion, amodie à Guillaume de la Lowina tous ses revenus dans la châtellenie de Châtillon.

Sion, 1343, 22 janvier.

Archives de Valère, Registrum Petri Lombardi.

* Anno Dni M°CCC°XLIII°, indictione XI, die XXII januarii,

in ciuitate Sedun., in domo viri nobilis Bertholeti de Gresie maioris Sedun., prefatus Bertholetus dimisit et admodiauit Willermo de la Lowina de Castellione quicquid idem Bertholetus habet quoquomodo in parrochia et castellania castri Castellionis in Valesio, tam in redditibus bladi et pecunie, seruiciis et vsagiis, quam in dominio, jurisditione omnimoda et seruitutibus aliis, exceptis placitis et chiminagiis excedentibus summam decem sol. Maur. semel et excheitis seu commissionibus, ad tenendum et percipiendum per octo annos incohandos in festo Purificacionis beate Marie currente anno Dni M°CCC°XLIIII°, et hoc pro sexdecim lb. Maur. anno quolibet per dictum Willermum soluendis in dicto festo Aymoni dErdes domicello, cui Aymoni idem Bertholetus, vt asserebat, tenebatur et tenetur ex causa cuiusdam transactionis inter eos facte super dote Alexie vxoris dicti Aymonis, sororisque dicti Bertholeti. Mandans, etc. Testes: Aymo dictus de Sancto Mauricio clericus, jurisperitus, Giroldus de Gresie, Perronetus de Noere, ciues Sedun., etc.

1847

Accord entre Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, et Jean de Venthône au sujet d'un fief.

Sion, 1343, 8 février.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XLIII°, indictione XI, die sabbati post festum Purificationis beate Marie, in ciuitate Sedun., in ecclesia beati Theodoli, constitutis viro nobili et potente Petro de Turre dno Castellionis in Valesio, ex vna parte, et Johanne de Ventona domicello, ex altera; cum lis, questio seu discordia verteretur et jam orta esset inter

dictas partes super eo videlicet quod dictus P. de Turre petebat et exigebat a dicto Jo. magnam decimam de Ayent, seu id quod percipit in dicta decima, juridicionem quam dictus Jo. exercet apud Ayent, quas decimam et juridicionem seu partem quam in ea percipit idem Jo. tenet a dicto dno de Turre in feodum vmagii legii, sibi fore commissas et apertas multis rationibus, videlicet primo pro eo quod idem Jo. olim recognouerat dictam decimam quam ab ipso P. tenet, ut supra, se tenere a dno episcopo Sedun.; item pro eo quod ipse non recognouerat seu non recognitionem fecerat de premissis eidem P. modo debito, nec infra tempus a jure et consuetudine terminatum; item super eo quod dictus P. dicebat quod pro predictis decima et juridicione ac pro quibuscumque aliis que idem Jo. tenet, percipit aut possidet nomine suo aut vxoris sue apud Ayent et in parrochia de Ayent debentur eidem P. duo vmagia, vnde cum idem Jo. de dictis rebus non recognouerit se debere seu se teneri dicto P. ad solum homagium; qua propter dicebat dictus P. omnia que apud Ayent nomine suo seu dicte vxoris sue tenebat, sibi Petro fore commissa. Item quod cum ipse P. de Turre; tempore guerre existentis inter gentes comitatus Sabaudie et gentes episcopatus Sedun., misiset ac vellet mittere Perrodum de Lasana domicellum, familiarem suum, apud castrum Castellionis pro ipso castro suo muniendo, ut dicebat, idem Perrodus captus et detentus extitit per gentes contracte de Siro, que eidem Pe. abstulerunt equum suum et robam suam, ex quibus dictum castrum suum in periculo extitit per hostes suos, si supervenisent, capiendi. De quibus idem P. de Turre dicebat ipsum Jo. esse corpabilem. Que quidem illata dicto Perrodo familiari suo ad animum suum reuocans dictus Pe. de Turre nollet sustinuise et facta fuisse pro mille et quinque centum flor., ad quos petebat idem P. de Turre dictum Jo. condempnari. Dicto Jo. premissorum omnium contrarium asserente, etc. Tandem

dicta lis, questio et discordia per amicos et arbitros communes a partibus communiter electos sedata extitit in hunc modum, videlicet quod dictus Jo. det, soluat ac dare et soluere teneatur dicto P. ad sui bonam misericordiam, pro bono pacis et concordie omnium premissorum, V^c flor. auri legalis ponderis. Item quod dictus Jo. dicto P. pro rebus predictis de feudo ipsius P. existentibus, ut in instrumentis et litteris super dicto feudo et recognitionibus ipsius feudi continetur, ad solum et vnicum homagium teneatur, ad quod homagium sibi Petro faciendum et reddendum idem P. teneatur, et promisit recipere in hominem suum Anthonium filium dicti Johannis, quociens idem Anthonius dictum homagium obtulerit se facturum. Quo homagio facto et reddito per dictum Anthonium dicto Petro, prefatus Jo. sit quictus et liber ab homagio antedicto. Et pro premissis dictus Petrus remisit et quictauit dicto Johanni et suis heredibus ac assignatis omnem commissionem feudi et quidquid juris, rationis et actionis habebat et habere poterat idem Pe. aduersus dictum Jo., heredes et assinatos suos ratione predictorum omnium petitorum ex parte dicti Petri et propositorum contra dictum Jo. Promisitque esse verus guerens et defensor dicto Jo., heredibus et assignatis suis contra dnum episcopum Sedun., si ab eo molestaretur in futurum ratione recognitionis predicte, que eidem dno episcopo dicitur facta fuisse per dictum Jo. de decima predicta, et causam deffensionis in se assumere quociens a dicto Jo., heredibus vel assignatis suis super hoc fuerit requisitus, omni exceptione juris et facti cessante penitus et remota. Quequidem omnia et singula premissa dicte partes laudauerunt, ratifficauerunt, approbauerunt et emologauerunt, etc., et promiserunt per juramenta, etc. Testes : viri nobiles dnus Ja. de Compesio, dnus Gotefredus de Nuns, milites, Jacobus de Gissiney domicellus, Nycholaus de Castellione clericus, jurisperitus, et Johannes Martini ciuis Lausan. et ego not.

1848

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, fait remise à Jean de Venthône d'une somme de 500 florins moyennant 45 flor. une fois payés.

Sion, 1343, 8 février.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi.

* Anno et die quibus supra, in ciuitate Sedun., in domo Iacobi de Gisseney, Petrus de Turre quictauit et remisit Johanni de Venthona quingentos flor. auri boni et ponderis legalis in quibus sibi tenebatur ratione cuiusdam concordie inter ipsos celebrate pro XLV flor. semel sibi ex nunc solutis. Testes : predictus Jacobus de Gissiney, Johannes Mastyn de Lausanna et Perrodus de Lausanna, domicelli, et ego not.

1849

Guillaume d'Anniviers, chantre de l'église de Sion, reconnaît que la chancellerie appartient au chapitre.

Valère, 1343, 31 mars.

Archives de Valère, D, 16.

* Anno nativitatis Dni millesimo CCC°XLIII°, indictione XI^a^, die vltima mensis marcii, in choro ecclesie Valerie, constitutis Nicolao, Guillelmo de Clarens, Willelmo de Mallio, Dionisio de Thora, Petro Wyffredi, Ansermo de Castellione, Petro Granlis, Nicolao de Bacio, Johanne de Drona, Theobaldo de Brusatis, Reymondino de Muricio, Petro de Claromonte, Jacobo le Chesal, Christoforo de Preda et Francisco Boudrici, canonicis Sedun., capitulantibus, dnus Guillelmus de Aniuisio ca-

nonicus et cantor ecclesie Sedun. publice recognouit cancellariam Sedun. et tocius terre Vallesii jurisditionis episcopalis, ecclesie et capituli Sedun. et prouentus eiusdem pertinere pleno jure ab antiquo tempore ad capitulum ecclesie Sedun. predicte et ipsum cantorem et cantoriam nullum ius habere in cancellaria supradicta. Promisit pro se et successoribus suis vnionem et constitutionem et statutum factum de predicta cancellaria per quondam dnum Petrum de Orons episcopum Sedun. et capitulum supradictum, sub anno incarnationis dnice millesimo CC°LXXXV°, in ecclesia castri Valerie, XI° kl. junii, tenere et inuiolabiliter obseruare, etc. Testes: dnus Franciscus curatus Fulliaci, Aymo de Olono, Mermetus Hubodi, etc. Et ego Jaquinus Fortis, clericus, etc.

1850

Promesses de mariage entre Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, au nom de sa fille Catherine, et Humbert de Chevron, au nom de son fils Pierre.

Sion, 1343, 21 avril.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi, f. XIIII.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XLIII°, indictione X$_a$, die XXI^a mensis aprilis, in ciuitate Sedun., retro domum Petri Grandis canonici Sedun., que quondam fuit dni Nycholai Bynfa quondam dicti loci canonici, in presencia notariorum nostrorum et testium subscriptorum propter infra scripta specialiter et personaliter constitutis viris nobilibus Petro de Turre dno Castellionis in Valesio, ex vna parte, et dno Humberto dno Chiurionis, milite, ex altera, cum tractaretur inter dictas partes de matrimonio contrahendo inter Petrum filium dicti dni Humberti et dne Anphelisie eius consortis, filieque viri nobilis felicis recordationis Petri vicedni

Sedun., et Katherinam filiam dicti Petri de Turre et Agnetis de Grandissono ipsius Petri consortis, impuberem, prefatus dnus Humbertus promisit dicto Petro de Turre, stipulanti et recipienti vice et nomine et ad opus dicte Katherine filie sue, se curaturum et procuraturum cum effectu, sine dolo et fraude, quod dictus Petrus ipsius dni Humberti filius, quando veniet ad etatem pubertatis, contrahet matrimonium cum dicta Katherina, nisi interueniente, quod absit, impedimento legitimo quo sancta mater ecclesia ipsum matrimonium prohiberet; et vice versa dictus Petrus de Turre promisit dicto dno Humberto, stipulanti et recipienti vice, nomine et ad opus dicti Petri filii sui, se curaturum et procuraturum bona fide, sine dolo et fraude et cum effectu, quod dicta Katherina, quando ad legitimam perueniet pubertatem, matrimonium contrahet cum dicto Petro prefati dni Humberti filio, concedente sancta matre ecclesia et si, quod absit, aliud canonicum non obsistat. Quibus actis prefatus Petrus de Turre dedit et constituit ac dat et constituit dicte Katherine filie sue, sub spe matrimonii inter ipsam et dictum Petrum prefati dni Humberti filium celebrandi, in dotem et nomine dotis ipsius Katherine mille et quingentos florenos boni auri et ponderis legitimi soluendos dicto Petro per quinque annos incohandos a tempore dicti matrimonii inter dictos futuros coniuges celebrati, videlicet in fine primi anni quo matrimonium fuerit celebratum, tercentum flor., et sic ex tunc anno quolibet eodem termino reuoluto anno tercentum flor. vsque ad perfectam et integram solucionem dictorum mille et V^{c} flor.; acto et conuento inter dictas partes quod si dictus P. de Turre voluerit pro quolibet termino seu pro illo termino quem voluerit, possit dare et regdere in solutum pro dicta dote certos redditus, videlicet in Valesio, dando et estimando pro viginti sol. Maur. redditus annualis decem libras Maur. semel Prefatusque dnus Humbertus dedit et constituit dicto P. de Turre, stipulanti et recipienti vice,

nomine et ad opus filie sue predicte, pro dotalicio et in dotalicium, quod vulgaliter druely appellatur, quingentos flor. boni auri et legitimi ponderis semel, recuperandos et habendos per dictam Katerinam post dictum matrimonium celebratum. Si ipsum Petrum suum futurum coniugem mori contingerit, nullis relictis liberis ex ipsis legitime procreatis, et si forte premortuo dicto Petro suo marito futuro vellet vti bonis ipsius Petri, dictum dotalicium seu druelly in dicto vsufructu totaliter consumatur. Item idem dnus Hunbertus, sub contemplacione et spe dicti matrimonii contrahendi, dedit et concessit predicto Petro filio suo et nobis notariis infrascriptis, stipulantibus et recipientibus vice, nomine et ad opus ipsius Petri, omnia bona, res, jura, nomina et actiones que pertinebant et pertinere poterant et debebant quoquomodo, quouis titulo et quacunque causa seu quocunque jure ad virum nobilem felicis recordacionis Petrum vicednum Sedun. antedictum, tempore mortis sue, ratione vicedominatus Sedun. et ratione senescalie Sedun. vel alio quocunque titulo, jure uel causa, in quibuscunque locis existant a ponte Wuriaci supra versus Valesium, retento tamen sibi et dicte dne Anphelisie eius consorti et eorum cuilibet superstiti vsufructu suo in dictis rebus et bonis omnibus et administrationem, quamdiu ipsi uel ipsorum alter superstites extiterint in humanis, et quod dicta dna Anphelisia possit et sibi liceat in vita sua uel in morte ordinare et legare de dictis rebus et bonis vsque ad quantitatem decem lb. Maur. redditus annualis pro remedio anime sue ; quem redditum, si de eo ordinauerit dicta dna Anfelisia, dictus Petrus predicti dni Hunberti et dicte dne Anphelisie filius seu causam habens vel habiturus ab eo reemere valeat pro centum lb. Maur. semel, quociens sibi placuerit, saluo etiam et retento ipsis dno Humberto et Anphelisie coniugibus quod in casu in quo dicta Katherina haberet vsufructum.....

Le reste manque parce que le feuillet suivant du registre a été coupé.

1851

Hommage prêté au vidomne de Sion par Martin Lambor.

Sion, 1343, 8 mai.

Archives de Valère.

Anno Dni M°CCC°XLIII°, indicione XI^a^, VIII mensis maii, in domo dni vicedni de Seduno, Martinus Lambor confessus est se tenere per se et consortes suos in planum feudum a dno Humberto vicedno predicto, nomine dne Amphelisie vxoris sue, filie nobilis viri Petri quondam vicedni Sedun., varias terras apud Bramossium. Consortes dicti feodi sunt dnus Petrus curatus de Bramossio, Perrola de Magy, Willermola Bononeta, Perrodus de Sancto Laurencio, Girardus Bruydi, qui sunt presentes, absentes consortes sunt dnus Rodulphus Esperlini miles, Willelmus Girardi. De quo feodo debentur II sol. Maur. seruicii, XX sol. placiti et tres modii siliginis censuales, de quibus III modiis soluuntur annuatim altari sancti Anthonii II modii nomine dicti vicedni.

1852

L'évêque de Sion permet de transférer à Fiesch le couvent du Mont de Grâce fondé d'abord près de l'église d'Ernen.

Sion, 1343, 28 mai.

Archives de la paroisse d'Ernen, Vidimus de l'an 1509, copie de M. Ferd. Schmid.

Nos Guichardus Dei et apostolice sedis gratia episcopus Sedun. notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod ex certa sentencia (l. scientia) confirmamus, rati-

ficamus et approbamus domum et conuentum sanctimonialium uirginum Montis Gracie, in parrochia de Aragnon, nostre diocesis, existentem, ordinis sancti Augustini, non mendicancium, et quidquid inter reuer. in Christo patrem dnum dnum Philippum eadem gracia olim episcopum Sedun., immediate predecessorem nostrum, ex una parte, et dilectum nostrum dnum Petrum Murmant curatum dicti loci de Aragnon, fundatorem dicte domus, (ex altera,) actum extitit super fundacione et dotacione dicte domus, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Insuper cum predictus conuentus situs sit nimis propre ecclesiam parochialem dicti loci, ita quod quando diuinum officium in ipsis celebratur, auditur in vtroque locorum predictorum, quare de consilio peritorum concessimus et concedimus per presentes quod dicta domus conuentualis tempore opportuno possit se transferre vltra Rodanum apud Vies, ad possessiones eiusdem, infra parrochiam predictam, et ibi ecclesiam ac claustrum et campanile cum campanis construere et erigere, secundum quod sanctimoniales uirgines decet sub perpetua clausura manere ; cimiterium uero in predicto claustro concedimus et sepulturam, saluo iure et porcione debita parrochialis ecclesie predicte, nisi de funeribus corporum predictarum sanctimonialium, quod quibus funeribus curatus sibi iure aliquo non ualeat vendicare. Quod quidem ordinatum est de consensu et voluntate expressa dicti curati ecclesie parrochialis predicte. Item concedimus quod predicte sanctimoniales possint inter se vnam magis ydoneam eligere priorissam, cui alie in omnibus obediant secundum regulam et constituciones ordinis prelibati, ac eciam ualeant vnum ydoneum sacerdotem in confessorem, qui earum confessiones audiat et eis omnia ecclesiastica sacramenta ministret, quocienscumque fuerit opportunum. Primum vero lapidem angularem benediximus et predicto fundatori poni cum aliis sacerdotibus in fundamento dicti

monasterii licenciauimus, et indulgencias predictarum sanctimonialium confirmamus, in quantun de iure possumus. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Seduni, V kl. junii, anno Dni millesimo CCC°XL° tercio.

1853

Appel interjeté au siége apostolique par le chapitre de Sion contre l'évêque au sujet d'une infraction à la juridiction du chapitre dans le château de Valère.

Sion, 1343, 11 juin.

Archives de Valère, B, 62.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XL° tercio, indicione XI^a^, die XI^a^ mensis junii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali dicti loci, coram reuer. in Christo patre et dno dno Guichardo Dei et apostolice sedis gracia episcopo Sedun., meque notario publico et testibus infrascriptis, propter hoc specialiter constituto venerabili viro et discreto Francisco Boudrici canonico Sedun., procuratore et procuratorio nomine, vt dicebat, capituli Sedun., vna cum maiori parte dnorum ipsius capituli sibi assistentium in negocio infrascripto, idem Franciscus, procurator et procuratorio nomine quo supra, legi fecit ibidem lingua latina et intelligibili per Gonterum Fortis clericum ciuitatis Sedun., auctoritate imperiali publicum notarium, quamdam cedulam seu appellacionem scriptam in papiro, cuius tenor sequitur in hec verba: Coram vobis reuer. in Christo patre dno Guichardo Dei et sedis apostolice gracia episcopo Sedun., proponendo dicit cum reuerencia Franciscus Boudrici canonicus Sedun., procurator et procuratorio nomine capituli Sedun., ad ipsius et aliorum de dicto

capitulo noticiam peruenisse quod vos a decem diebus citra existentes in castro Valerie, quod ad dictum capitulum mero et misto jurisdicionis imperio noscitur pertinere, benigne recepti fecistis quoddam sasimentum in casu vobis non concesso de consuetudine nec de jure super et de bonis quondam dni Ebali de Gresiaco olim canonici et sacriste in ecclesia Sedun.; de quibus bonis idem dnus Ebalus vivens disposuit et ordinauit in sua vltima voluntate super ea relictis et constitutis executoribus, qui super dicta executione intenti fideliter non poterant nec possunt vsque in presens de negligencia aliqua reprehendi, dictusque dnus Ebalus potuit de dictis bonis tam de jure quam de consuetudine patrie approbata ac omnes canonici et personatum et beneficia obtinentes in ecclesia Sedun. possunt licite de bonis similibus testari et ordinare in eorum vltimis voluntatibus. Ex quibus causis, item ex eo quia nulla vobis jurisdicio temporalis competit in dicto castro Valerie, senciens graue preiudicium ex dicto sasimento generari personis, canonicis, beneficatis et capitulo Sedun., idem Franciscus nomine capituli et singulorum de capitulo a vobis cum instancia requisiuit quod dictum sasimentum de facto et non jure appositum amouere et tollere deberetis, et super hoc eciam vos existentes in capitulo congregato in choro ecclesie Valerie Sedun., pro parte dicti capituli requisiti de reuocacione predicta, illam facere distulistis et adhuc differre videmini in graue preiudicium capituli et singulorum de capitulo Sedun. Quare nomine dicti capituli et singulorum de capitulo ex causis premissis, ad quas seu illas que sibi sufficient de predictis probandas coram judice competente se offert paratum, senciens dictum capitulum et singulos de eodem et se nomine eorumdem grauatos indebite et grauari timens imposterum, in hiis scriptis ad dnum papam et apostolicam sedem, nominibus quibus supra, a vobis et dictis grauaminibus appel-

lat et pronocat ac eos et dictum capitulum et singulos et jura et bona dicti capituli et singulorum supponit et submictit protectioni dicti dni pape et apostolice sedis, petens apostolos seu litteras loco apostolorum dimissorias super hoc sibi per vos concedi, quas seu quos a vobis iterum cum instancia petit, requirit et postulat, quibus supra nominibus, sibi dari, precipiens de predictis proposicione, appellacione et requisicione apostolorum per me notarium infrascriptum fieri vnum et plura publicum et publica instrumentum et instrumenta, quociens opus erit. Quaquidem appellacione sic facta prefatus dnus episcopus respondit dicto appellanti quod ipse dicte appellacioni non differt nec eam admittit, nisi si et in quantum de jure fuerit admictenda, dicens causas in dicta appellacione insertas minime fore veras. Quam responsionem dixit se facere ex abundanti, protestato tamen per eundem dnum episcopum quod tempus a jure statutum sit et remaneat sibi saluum ad respondendum super premissis. Dicens eciam quod dicta bona in ipsa appellacione contenta iterum sasiebat et manus suas super hiis apponebat. Et tunc iterum appellauit dictus appellans modo quo supra et dictus dnus episcopus verbotenus resasiuit dicta bona. Et de hac responsione petiit idem dnus episcopus a me notario publico infrascripto sibi per me fieri publicum instrumentum. Ad hec autem omnia et singula suprascripta fuerunt testes vocati specialiter et rogati qui sic vocantur : dnus Johannes de Requinguen capellanus Sedun., Paganus de Modoecia lumbardus, nunc mistralis capituli Sedun., Petrus olim mistralis dicti capituli, clerici, Aymo de Olono domicellus et plures alii omnes litterati. Et ego Petrus Rufi de Sancto Mauricio clericus ciuis Sedun., auctoritate imperiali publicus notarius, etc.

1854

Nouvel appel du chapitre de Sion contre l'évêque.

Sion, 1343, 14 juin.

Archives de Valère, B, 62.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XL° tercio, indicione XI, die XIIII mensis junii, in ciuitate Sedun., in curia episcopali dicti loci, videlicet in camera cubicularis dni episcopi Sedun., coram reuer. in Christo patre ac dno dno Guichardo Dei et apostolice sedis gracia episcopo Sedun., meque notario publico et testibus infrascriptis, propter hoc specialiter constituto viro ven. et discreto Francisco Boudrici canonico Sedun., procuratore et procuratorio nomine, ut asserit, capituli Sedun., vna cum pluribus dnis de dicto capitulo sibi assistentibus in negocio infrascripto, idem Franciscus, procurator et procuratorio nomine quo supra, vocem appellacionis in scriptis emisit in hec verba : Coram vobis reuer. patre dno Guichardo Dei et apostolice sedis gracia episcopo Sedun. propono et dico ego Franciscus Boudrici canonicus Sedun., procurator et procuratorio nomine capituli Sedun., cum reuerencia conquerendo quod vos post et contra appellacionem per me nomine dicti capituli ex causis legitimis expressis in eadem, ad quas seu illas que sufficerent de eisdem probaturum me obtuli, die vndecima presentis mensis, coram vobis in curia vestra episcopali, occasione cuiusdam sayssimenti per vos circa bona quondam dni Eballi olim sacriste et canonici Sedun. indebite actentati, interpositam ad dnum papam et apostolicam sedem ; item post requisicionem apostolorum debitam a vobis factam super appellacione huiusmodi, vos nulla deliberacione habita, sed statim ex abrupto et turbato animo, for-

sitam non absque contemptu reuerencie apostolice respondistis verbotenus quod dictam appellacionem non recipiebatis, nullam causam seu racionem declarantes verbo seu scriptis, sed asserentes in genere causas in dicta appellacione expressas non fore veras, de quarum veritate judicare ad vos, salua reuerencia vestra, non pertinebat nec pertinet, dicta appellacione pendente. Item ibidem presente maiori parte canonicorum capituli Sedun. dixistis protestando quod iterum circa dicta bona faciebatis et renovabatis sayssimentum et ponebatis manus vestras, vltra id expresse comminantes, in odium et grauamen dicti capituli, quod intenditis ponere castellanum in castro Valerie juris dicti capituli, in quo nunquam aliquis episcopus Sedun. posuit vel tenuit castellanum aliquem uel custodiam dicti castri, imo capitulum Sedun. est et fuit hactenus continue in paciffica possessione custodie dicti castri et ponendi castellanum, excubias et janitores et exercendi temporalem jurisdicionem omnimodam in eodem. Preterea ad me et nonnullos alios de dicto capitulo fideli relacione peruenit quod vos, pater, per quamdam patentem litteram scriptam sub die nono mensis presentis et sub vestri nomine et sigillo: Vniuersis, etc., asseritis per verba principii seu prefactionis eiusdem littere solita sepe referri et cetera que in eadem continentur, quod de voluntate et assensu dicti capituli, ut includitur ibi minus veraciter, testamentum dicti quondam dni Eballi confirmastis, cum tamen in capitulo congregato in choro ecclesie Valerie, non in primo sed sexto die dicti mensis, vobis ibidem existentibus, palam ego Franciscus fui protestatus, procuratorio nomine dicti capituli, quod confirmacionem aliquam a vobis dicti testamenti non requirebamus nec erat necessaria, cum tam de jure quam consuetudine patrie approbata dictum testamentum sit legitimum sine approbacione quacunque. Quare ex dictis sayssimento, manus apposicione et comminacione actentatis dicta appellacione pendente, item

ex dictis apposicione seu narracione consensus capituli contra veritatem insertis in littera confirmacionis predicte et ab ipsa confirmacione facta nemine requirenti contra jus et consuetudinem patrie, in preiudicium omnium de capitulo ac ipsius capituli et omnium aliorum clericorum presentium et futurorum ciuitatis Sedun. qui de bonis eorum similibus illis de quibus dictus Eballus testatus est, licite possunt absque auctoritate seu approbacione vestra seu alterius cuiuscumque testari seu disponere, ut premictitur, sentiens dictum capitulum et singulos de capitulo ipso et me nomine ipsorum communiter et diuisim grauatum et grauatos indebite et grauari timens imposterum, ex causis et racionibus premissis ad quas uel illas de ipsis que sufficient probandas coram judice competente offero paratum, nomine capituli et singulorum de capitulo ac meo et omnium quorum interesse potest, hinc appellantem adherere volentium in hiis scriptis ad dnum papam et apostolicam sedem a vobis et a dictis grauaminibus actentatis et cominatis prouoco et appello, dictum capitulum et singulos de illo et adherentes, ut supra, et me ac bona et jura eorum omnium communiter et diuisim protectioni et jurisdicioni dni pape et apostolice sedis super omnibus et singulis supradictis et dependentibus ex eisdem uel ea quomodolibet contingentibus ad presens uel in futurum, specialiter submictendo, et protestor quod per hanc appellacionem non intendo recedere ab appellacione per me, ut supra dicitur, alias interposita, sed eidem insistens peto tam super presenti quam super illa litteras dimissorias seu apostolos per vos michi parato recipere, nominibus quibus supra, dari et concedi, quas et quos iterum et iterum cum instancia requiro et peto, rogans notarios hic presentes quod de predictis et singulis faciant quilibet eorum vnum et plura ad opus omnium et singulorum quorum potest quomodolibet interesse, publicum et publica instrumentum et instrumenta seu chartras presentibus testibus, etc. Quaqui-

dem appellacione sic facta prefatus dnus episcopus assignauit eis terminum juris vbi fuerit ad respondendum et apostolos tradendos, si et in quantum de jure fuerit faciendum. Cui assignacioni dictus appellans nomine quo supra non consensit, nisi si et in quantum de jure fuerit. Testes ad premissa fuerunt presentes, videlicet Rodulphus de Bullo judex dicti dni episcopi, Aymo de Sancto Mauricio, clerici, jurisperiti, dnus Willermus de Leucha, dnus Johannes de Leucha, sacerdotes, Hugo de Hospitali clericus, magister Willermus de Leucha phisicus et plures alii. Et ego Petrus Rufi de Sancto Mauricio clericus, etc.

1855

Statut du chapitre de Sion au sujet des fonctions de diacre et de sous-diacre.

Valère, 1343, 1er juillet.

Archives de Valère, C, 18, copie.

Nos capitulum Sedun. notum facimus vniuersis quod anno Dni M° tricentesimo quadragesimo tercio, in kallenda magna mensis jullii, propter infra scripta et alia ordinanda ad sonum campane more solito in choro congregati, actendentes quod secundum statuta et consuetudines eiusdem ecclesie decanus Vallerie, decanus Seduni, sacrista, cantor ratione personatuum suorum et tres canonici obtinentes canonias agnexas prebendas suas per ordinem tenentur ad septimanas in officio sacerdotali per se uel per alios canonicos in ecclesia Vallerie faciendas. Item quod obtinentes canonias quinque non agnexas ac duo alii canonici tenentes duas prebendas siue aliquam canoniam specialiter nominatam in dictis statutis tenentur ad dyaconatum, quorum vnam obtinet dnus Guilliermus de Aniuisio,

qui est cantor, ad officium sacerdotale astrictus, sicque ex hoc et ex eo quod dicti decanus Vallerie, sacrista et alii canonici canonias quinque et prebendas non agnexas obtinent, sepe oritur dubitacio qui canonici et ratione quarum prebendarum debeant dyaconatum et subdyaconatum in ipsa ecclesia Vallerie, volentes super quantum est nobis possibile prouidere, concorditer statuimus, primo quod loco duarum prebendarum que dyaconatum debebant per statutum olim factum, duo de antiquioribus canonicis in assensione prebendarum presentis temporis et futuri, qui prebendas tantum sine personatu, dignitate aut canonia obtinent vel imposterum obtinebunt, in ecclesia Vallerie per se vel per alios debeant gradatim facere dyaconatum et ad onus supportandum dyaconatus per se vel per alios more solito dicte ecclesie vel eorum prebende, quando fructus earum ipsis viuentibus deueniunt in capitulum teneantur. Item quod omnes alii canonici obtinentes prebendas solummodo et qui imposterum obtinebunt, sine personatu aut dignitate aut canoniis, exceptis predictis duobus debentibus euangelium vel eorum prebende, pro temporibus quibus ipsarum prebendarum fructus in alios quam in ipsos prebendatos peruenirent, ad subdyaconatus officium per se vel alios more solito in eadem ecclesia faciendum per ordinem gradatim secundum quod quilibet erit prior in dicta ecclesia Vallerie assequutus prebendam. Item quod quilibet eorum teneatur ad equaliter ad pensionem annuam septem sol. Turon. grossorum pro rata cuiuslibet seruitoris qui facit cotidianum officium soluendam. In quorum testimonium sigillum capituli presenti statuto apponi mandamus.

1856

Testament de Guillaume de Saint-Maurice, curé de Savièse.

Saint-Germain, 1343, 7 juillet.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. ciiij.

In nomine Dni, Amen. Notum, etc., quod ego Willermus de Sancto Mauricio curatus de Sancto Germano parrochie de Sauesia, sanus mente et mei compos per Dei graciam, licet infirmus corpore, considerans quod nichil est certius morte et nichil incertius hora mortis et quod dies hominis pertranseunt uelut vmbra, idcirco meum testamentum nuncupatiuum licet in scriptis seu meam vltimam voluntatem facio, condo et edo in hunc modum. In primis animam meam Deo et beate Marie uirgini et omnibus sanctis recommendo et reddo humiliter et deuote, volens et mandans ac precipiens quod clamores mei et debita mea, si qui uel que reperiantur, antea primo persoluantur integre et de plano sine strepitu judiciorum, pacifice et fideliter emendentur per executores meos infrascriptos. Item eligo sepulturam meam in claustro ecclesie beate Marie Sedun. Item volo, precipio et ordino quod singulis annis fiat anniuersarium meum in die obitus mei, si fieri poterit tunc competenter, alioquin sequenti die competenti, sicut fieri consueuit in dicta ecclesia beate Marie Sedun. inferiori, et misse celebrentur et fiant oblationes panum cum candelis ardentibus et super thombam meam dicantur VII salmi et fiant dicte oblationes cuilibet sacerdoti missam ibidem celebranti, vt inferius declaratur, videlicet XXX sol. Maur. annis singulis, quorum XXX sol. distribuantur XX canonicis, sacerdotibus et clericis in choro, ut consuetum est, et X sol. in panibus et in candelis, et in ipsis X sol. percipiant capellani superiores

sicut et inferiores. Item volo, precipio et ordino quod venerabile capitulum vel per eius nuntium fiat singulis annis vnum refectorium competens in die anniuersarii mei dnis canonicis quibus in eo placuerit interesse et sacerdotibus ac clericis qui in dicto anniuersario meo voluerint esse presentes, vnacum expensis exequiarum diei obitus mei. Item volo, precipio et ordino quod de libris meis infra scriptis et de ceteris mobilibus meis, si opus fuerit, fiat venditio, ut de pecunia que inde percipietur emantur per dictum capitulum possessiones aut redditus vsque ad congruum valorem, de quibus dictum refectorium singulis annis fiat et administrentur cibaria tunc, prout quantitas, tempus et dies illa requiret, ad honorem Dei et totius cleri, pro remedio anime mee et animarum parentum meorum et omnium fidelium animarum. Dicti autem libri sunt hii[1]. (1) Primo Decretum cum glosis, quod extimo X lb. (2) Item quedam Decretales cum glosis Bernardi[2], quas extimo X lb. (3) Item quoddam Speculum dni Willermi Durandi[3], quod michi constitit X lb. sex sol. minus. (4) Item Summa dni Azonis[4], que michi constitit XI lb. (5) Item liber dni Innocencii IIII^ti[5], qui michi constitit VI lb. (6) Item quedam Bibliotheca[6], que michi constitit sex lb. (7) Item liber Summarum, precii LX sol. (8) Item liber Sermonum Innocentii tercii, precii XX sol. (9) Item Codex precii XL sol. (10) Item quidam liber qui vocatur Gemma[7] Bone Guide[8] de Sas-

[1] Nous numérotons ces livres pour faciliter la comparaison de cette liste avec une autre que nous publions à la suite du testament.

[2] Probablement Bernard de Compostelle, canoniste du milieu du XIIIe siècle.

[3] *Speculum judiciale* de Guillaume Durand.

[4] Azon, jurisconsulte du XIIe siècle.

[5] *Apparatus super decretales.*

[6] *Biblia*, dans la 2e liste.

[7] *Summa*, dans la 2e liste.

[8] Bonaguida d'Arezzo, XIIIe siècle.

sona et Glose Clarsie super decretales et quedam opuscula juris in vno volumine, precii XXX sol. (11) Item liber sextus Decretalium et Glose magistri Guillelmi Nasi in vno volumine et quedam juris opuscula, precii XL sol. (12) Item liber Institutionum cum Glosis Asenssii et libellus Egidii in vno volumine, precii XXX sol. (13) Item Summa Goffredi[1] precii XL sol. (14) Item Glose dni Henrici[2] super decretis, precii XXX sol. (15) Item Decretales antique, precii XXX sol. (16) Item alius liber Bone Guide, precii XXI sol. (17) Item Ystorie super decretis, precii duorum florenorum. (18) Item textus Decretalium manualium, precii X sol. (19) Item Flores beati Bernardi[3], precii XL sol. (20) Item Libellus fugitiuus, precii IIII^{or} sol. (21) Item Casus super decretis, precii XX sol. (22) Item liber Elucidanei[4], precii IIII^{or} grossorum. (23) Item liber de Regimine sanitatis[5] cum cumputo, precii V gross. (24) Item liber Vsus feudorum cum glosis Assii, precii X sol. (25) Item quedam Canoniqua[6] summorum pontificum et Romanorum et imperatorum, precii XII grossorum. De quibus ego prefatus Willermus testator volo et ordino quod dnus meus episcopus Sedun. eligat, acceptet pro se ad debitum suum vnum librum de predictis quem voluerit meliorem et pro eo habeat se contento. Item quod illi duo libri quos dnus Johannes Boneti canonicus Sedun. quondam legauit ecolesie Sancti Germani, videlicet Lectura abbatis et Suffragia monachorum et quidam liber Sermonum sint et remaneant ecclesie Sancti Germani. Item do et lego ecclesie Sancti Germani librum qui dicitur

[1] *Summa in decretales* de Caufred de Trano, XIIIe siècle.

[2] Henri de Suse, cardinal d'Ostie, mort en 1271.

[3] Saint-Bernard.

[4] *Elucidarius*, dans la 2e liste. Plusieurs ouvrages portent ce titre.

[5] C'est probablement l'ouvrage d'Albohal Evenzoay, traduit de l'arabe en latin, en 1299.

[6] Il faut très probablement lire *Chronica*.

Lumbardica passio sanctorum [1], ita quod aliquis non valeat alienare, alioquin deuoluatur ad manus capituli predicti. Item volo et ordino quod quedam Summa viciorum grossa et grata et quidam liber qui dicitur Brecon, quos habui a conuentu Fratrum Minorum Lausan. sub commendato, reddantur eisdem. Item cum ego constituerim Johannodo Grossi filio Johannis Grossi de Sancto Mauricio, pro dote et nomine dotis Francesie quondam neptis mee, quedam bona que continentur in quodam publico instrumento confecto per manum Willermi Fabri clerici Sancti Mauricii Agan., sub conditione quod illa bona non possint alienari sine consensu et requisitione mea, et relatum sit michi quod dicta Francesia fecit donationem dicto Johannodo de dictis bonis, me non requisito et sine voluntate mea, dico dictam donationem non valere, et ideo ipsam in quantum possum reuoco in quantum de facto processit. Item volo et ordino quod de illis tribus modiis frumenti quos michi debet Boso salterus de Bacio annuatim, quod Francesia filia dicti Bosonis et Margarete eius vxoris, vxor Germani de Crista de Granuez, habeat et percipiat post decessum meum duos modios frumenti annuatim, tercium vero modium do et lego dicte Margarete nepti mee. Item do et lego abbacie Sancti Mauricii Agan. vnum modium frumenti redditus quem michi debet predictus Johannodus Grossi de Sancto Mauricio super certis rebus, prout in quodam publico instrumento continetur. Item do et lego Willermo Fabri de Sancto Mauricio clerico librum meum qui vocatur Hostien(sis). Item do et lego Perrodo filio predicti Bosonis salteri omnimodam actionem realem et personalem, vtilem et directam seu mixtam, quam habeo et habere debeo quoquomodo erga dictum Johannodum Grossi, tam ratione dotis Francesie neptis mee, quondam uxoris dicti Johannodi, quam alia ratione quacumque uel causa. Item do

[1] La *Légende dorée* de Jacques de Voragine, soit Varaze.

et lego dno Petro uicario meo Psalterium meum glosatum. Item do et lego Perrodo Neuou clerico meo et Johannodo filio quondam Francisci Fabri de Sancto Mauricio, cuilibet ipsorum XX sol. Maur. super tribus cifis meis argenteis. Item cum dictus Johannodus Grossi promiserit michi soluere annuatim III modios frumenti infra certos terminos in dicto instrumento contentos, sub conditione quod si dictus Johannodus non soluerit ipsos michi Willermo predicto, donatio quam ego fecerim dicto Johannodo pro dicta dote et nomine dicte dotis nulla esset, ac dictus Johannodus non attenderit dictam conditionem nec alias in dicto instrumento contentas, dico dictam donationem que dicitur ab ipsa Francesia facta dicto Johannodo esse nullam et ipsam reuoco in quantum de facto processit, et quia dictus Johannodus promiserat tenere bene et decenter dictam Francesiam vxorem suam, ipse Johannodus ipsam perperam inhoneste cruciauit vsque ad mortem, sicut vox et fama publica in villa Sancti Mauricii attestantur. Item instituo heredem meum vniuersalem in bonis que habeo apud Sanctum Mauricium et in parrochia de Bacio et in ceteris bonis meis de quibus non legaui, Margaretam neptem meam, filiam quondam Jacobi Fabri de Sancto Mauricio, ad uitam ipsius tantum, et post decessum ipsius Perrodum et Francesiam eius filios. Item executores meos facio, deputo, ordino et relinquo ab aqua predicta Morgie de Contez superius discretum virum Johannem de Dronna canonicum Sedun. et dnum Columbum curatum de Sirro, et ab aqua predicta Morgie de Contez inferius Willermum Fabri de Sancto Mauricio clericum. Dans eisdem, etc. Quibus Johanni de Dronna et dno Columbo meis executoribus do et lego cuilibet eorum XX sol. Maur. semel pro eorum pena et labore. Hanc autem, etc. Testes: dnus P. Veyto sacerdos, Germanus de Crista de Gragnuez, Bosonerius Grossi de Bacio, Willermodus Marugler, Perrodus Masclet, Mauricius Gillamont, Willermodus de Augusta de Sancto Ger-

mano et Jo. de Orseres clericus, qui hanc cartam leuauit apud Sanctum Germanum, in domo ecclesie dicti loci, nonas julii, anno Dni M°CCC°XLIII°.

Selon la volonté du testateur, le chanoine Jean de Drone vendit les livres légués au chapitre; on trouve le compte rendu de cette vente dans le *Liber I. ministralie*, à l'année 1354.

Infrascripti sunt libri quos leganit dnus quondam Willermus curatus Sancti Germani capitulo pro suo anniuersario faciendo, pro quibus Johannes de Drona eius executor recepit nomine capituli aseptandos, etc. infrascriptos [1] :

Primo pro Speculo (3) vendito Aymoni Mariete per manum dni Willermi de Clarens IX lb. Maur.

Item pro Summa Azonis in legibus (4) tres lb. Maur.

Item pro Biblia (6) vendita dno P. Grander canonico Sedun. VI floreni.

Item pro libro Sententiarum (7) et libro Sermonum Innocentii (8) venditis dno Vldriodo curato Leuce X fl.

Item pro testu Codicis sine glosis (9) IIII fl.

Item pro Summa Bonaguidi (10) XL sol.

Item pro libro Institutionum (12) XXX sol.

Item pro Summa Gofredi (13) in jure canonico XL sol.

Item pro Glosis dni Hugonis [2] super decretis (14) XXX sol.

Item pro Istoriis decretorum (17) XIIII sol.

Item pro testu Decretalium sine glosis (18) X sol.

Item pro libro Florum Bernardi (19) XL sol.

Item pro libro Elucidarii (22) II sol. IIII den.

Item pro libro de Regimine sanitatis (23) III sol.

[1] Les chiffres placés à la suite des titres des livres correspondent à ceux de la liste du testament.

[2] Dans le testament on lit *Henrici* au lieu de *Hugonis*.

Item pro libro Vsus feudorum (24) X sol.

Iem pro Summa Hugonis LX sol.

Item pro libro Decretalium cum apparatu (2 ?) vendito curato de Moudono pro VI lb. Debuit idem Io. recipere X fl. a Ny. Ganter mistrali retentos de distributione G. de Pontevitreo.

Item dnus G. episcopus rapuit et retinet librum Apparatus Innocentii (5), legatum ad idem opus capitulo, estimatum VI lb., nichil volens soluere.

Item restant in archa capituli juxta portam ecclesie Valerie libri infrascripti non venditi, per dictum dnum Willermum legati :

Primo Decretales antique (15) precii XX s.

Item alius liber Libellorum et Pratice Bonaguide (16) precii XXI sol.

Item libellus Regule fugitiue (20) precii IIII sol.

Item Casus decretorum (21) precii XX sol.

1857

Les frères Jean et Antoine veulent opérer le rachat de la majorie d'Ernen vendue à François de Compeys.

1343, 23 août.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Johannes et Antonius fratres (filii Widolini), presente Petro de Turre, rectore generali in Vallesio pro R^mo^, vendiderunt Francisco de Compesio militi maioriam de Aragnon, quam iterum rehabere intendunt offerendo pecunias. 1343, 23 augusti.

Dans la même collection se trouve une seconde analyse de l'acte ci-dessus, mais avec une date probablement fausse.

Presente Petro de Turre rectore generali terre Vallesii pro R^mo^ in puncto vendite majorie de Aragnon oblatio summe pro reemptione dicti officii mayoratus. 1341, 7 januarii.

1858

Société de commerce entre quelques marchands du Milanais établis à Sion.

Sion, 1343, 23 août.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XLIII°, XI indictione, die XXIII augusti, in ciuitate Sedun., in domo et presencia mei notarii, etc., constituti Lucolus et Mercolus de Zutis fratres, pro vna parte, et Paganus de Modoecia ac Cominus Bossus Lombardi, comitatus Mediolani, habitatores Sedun., quilibet eorum pro alia; prenominati omnes, vnanimiter ad invicem, sponte et certi quilibet in facto suo, non vi, non dolo inducti, sed bene scientes, motu proprio, non per alium seu alios ad hoc inducti, formauerunt, fecerunt et faciunt ad invicem concorditer communem societatem et negocia cuiuslibet mercandie legitime faciendas et facienda, tam de pannis quam de aliis et negociationibus quibuscumque, de quibus ipsi concordauerunt mercandum seu negociandum vsque ad summam sex centum flor. auri de Florencia. Quam summam florenorum ipsi socii, scilicet quilibet eorum alter alteri, stipulanti et recipienti ad opus suum seu assignatorum vel successorum suorum, promiserunt et promittunt ponere ad opus dicte societatis et tradere et assignare quilibet pro tercia parte, et dicti Paganus, Lucolus et Mercolus apud et in manibus dicti Comini communis socii per ipsos concorditer electi ad illam recipiendam, nomine dicte societatis, infra et vsque ad proximum festum beati Michaelis proxime venturum, ita quod si aliquid (l.

aliquis) eorumdem sociorum deficiat in toto uel in parte assignare, ut supra, partem ipsum contingentem, tunc in eo casu partem non habeat in eadem societate, nisi pro rata portionis pecunie quam veraciter infra dictum festum assignabit predicto Comino; sed tota societas remaneat inter illos duos qui assignationem facient et pro illa parte cuilibet quam quilibet ponet plus uel minus seu equaliter ad opus ipsius societatis. Item promiserunt et promittunt sibi ad inuicem dicti socii omnes alter alteri solempnibus stipulationibus interuenientibus fideliter et studiose mercari et negociari societatem predictam vtiliter juxta posse et in ea lucrum et profectum communiter procurare, res et bona ipsius societatis ad opus commune ipsorum sociorum fideliter saluare et custodire, et quidquid ex eadem societate vel occasione ipsius ad manus alicuius ipsorum peruenerit, ad integrum in eadem societate consignare, debita non contrahere et credencias non facere alteri sine aliorum consensu. Preterea rationes dicte societatis promiserunt vnus alteri ostendere et rationem facere, quotiens fuerit requisitus. Insuper comoda et profectus, lucra, expensas et eciam dampna et casus fortuitos, sicut de jure fuerit, quod absit, si fuerint, promiserunt et promittunt communicare, participare et sustinere ad inuicem pro rata capitalis cuiuslibet eorum et in fine societatis seu mercandie huiusmodi, quam durare volunt per vnum annum incipiendum in festo beati Michaelis proximo veniente, et tunc quod deducto ab vno quoque et assignato cuilibet suo capitali quod posuerit, et deductis expensis et debitis necessario factis pro mercandia et negociatione huiusmodi in pecunia, si tantum de dicta mercandia empta venditum fuerit tunc quod ad hoc sufficiat, alioquin de pannis et rebus ipsius mercandie secundum extimationem illorum factam lucrum vel residuum totum diuidantur quod supererit inter eos pro rata capitalis quod quilibet assignauerit et habuerit in societate predicta. Que omnia et singula pre-

dicti socii et quilibet ipsorum alter alteri et aliis ad invicem, stipulanti et stipulantibus nominibus propriis et heredum seu assignatorum cuiuslibet ipsorum, promiserunt et jurauerunt ad sancta Dei ewangelia et sub obligatione bonorum suorum michi notario publico, eciam stipulanti et recipienti nomine et ad opus dicte societatis et omnium quorum interesse poterit, fideliter obseruare et non contra facere uel venire directe uel indirecte per se uel per alium seu alios aliqualiter in futurum. Ad predicta fuerunt testes vocati Alprandolus filius dni Bazani de Mandello ciuitatis Mediolanensis, dnus Petrus curatus de Bramosio et Perrodus Ruffi de Sancto Mauricio clericus. Ego P. Lumbardi clericus, not.

1859

Amédée VI, comte de Savoie, ordonne à son châtelain de l'Entremont de payer les 10 sols légués jadis à l'hospice du Mont-Joux par le comte Edouard pour deux anniversaires.

Chambéry, 1343, 16 septembre.

Archives du Grand-Saint-Bernard.

* Amedeus comes Sabaudie dilecto castellano nostro Intermontium salutem. Cum inclite recordationis dnus et patruus noster dnus Edduardus comes Sabaudie pro duobus anniuersariis dudum donauerit hospitali Montis Jouis decem sol. gross. Turon., et Petrus Francisci vigore commissionis sibi facte pro dictis decem sol. dicto hospitali assetauit septuaginta nouem sol. Maur. super exitibus talearum de Orseriis, ex quo totali assetamento constabat nouem sol. Maur. eidem plus assetatos fuisse quam deberetur eidem, ecce quod ad nostram veniente presenciam dno Humberto Francisci priore

dEstuy, sindico hospitalis eiusdem, humiliter supplicante ut de dictis decem sol. gross., dicto errore sublato illorum nouem sol. Maur., de cetero dicto hospitali satisfieri faceremus. Nos auctoritate fratris et tutoris nostri dni Amedei comitis Gebenn., ex ordinatione reuerendorum executorum vltime voluntatis genitoris nostri dni Aymonis comitis Sabaudie quondam, ratifficantes assignationem predictam mandamus quatenus de exitibus dictarum talliarum iuxta dicti assetamenti formam, exceptis nouem sol. Maur., persoluas. Datum Chamberiaci, die XVI mensis septembris, anno Dni M°CCC°XL° tercio.

Redd. litt. port.

Expedite in concilio parlamenti presentibus executoribus dnis Archiepiscopo Tharent., Sedun. et Maurian. episcopis.

Guido.

1860

Sentence arbitrale au sujet des alpages entre les communes de Betten et de Goppisberg.

Moérel, 1343, 24 novembre.

Archives de la commune de Goppisberg, copie de M. Ferd. Schmid.

* Anno dominice incarnacionis M°CCC°XLIII°, VIII kl. decembris, apud Morgiam, in cimiterio dicti loci. Cum lis seu discordia verteretur et diu esset ventilata inter homines et communitatem de Bettan, ex vna parte, et inter homines et communitatem illorum de Gobgisberg parochie de Morgia, ex altera, pro quadam alpe cui dicitur Terpnech, sita in montibus de Morgia, dicens vtraque pars se habere porcionem, racionem et hereditatem in dicta alpe de Terpnech, predicte partes in ipsarum communitatibus elegerunt ad dictam dissensionem pacificandam quosdam procuratores. Qui quidem electi commiserunt in arbitros, videlicet in Jacobum maiorem de

Morgia et Petrum salterum dicti loci. Qui quidem arbitri, datis caucionibus ydoneis, scilicet homines de Bettan cauerunt per Johannem salterum de Morgia et homines de Goblinsberg per Jacobum filium Jacobi maioris predicti, pronunciauerunt quod illi de Bettan debent ducere gregem suum seu animalia, tam parua quam mangna, aput alpem de Terpnech et in confines suos, et illi de Gobgisberg debent ducere animalia sua, tam parua quam mangna, aput alpem de Golmun et aput alpem cui dicitur dye Sweybe, prout actenus fuit consuetum, ita quod vna pars super aliam cum animalibus seu pecudibus suis nullam ponat custodiam seu custodem; ita eciam quod nulla pars debet ducere super dictas alpes aliqua animalia seu gregem nisi tantum quantum potest yemare cum feno suo proprio per yemen; item eciam quod postquam dicte partes mulserint seu lac acceperint ab eorum animalibus in eorum gazis seu stapfla, emittantur animalia quecumque in dictas alpes ad libitum eorum sine aliquo gubernatore, et postmodum circa diem et noctem quelibet pars congreget animalia sua, ut moris est, ad eorum gazas; item quod a festo beati Petri in estate gregem seu mangna animalia sua super alpibus memoratis pernoctare debent propter fimum ad vtilitatem et profiguum dictarum alpium nisi infirmitas animalium uel tempestas impediret. Item actum est quod illi de Terpnech habuissent decem sumptus quibus wolgariter dicitur erbatmal, remissi sunt ad quinque erbatmal, et illos quinque cedant illis qui de jure habere tenentur. Ad predicta fuerunt testes vocati et rogati frater Johannes Jarroffere de Morgia ordinis Predicatorum de Lausanna, Johannes salterus de Morgia predictus, Aymo filius quondam Petri Werenherii de Morgia clericus. Et ego Johannes de Prato clericus, etc.

1861

Monitoire de l'évêque de Sion contre ceux qui s'opposent à l'exercice des droits de chancellerie du chapitre dans les paroisses d'Hérens et de Mage.

La Soie, 1343, 7 décembre.

Archives de Valère, D, 9 et 10, copies vidimées.

Guichardus Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopus curatis siue vicariis de Eruens et de Magy salutem et in Dno karitatem. Ven. capitulum nostrum nobis exposuit querelose quod non nulli sue salutis immemores nituntur emolumentis chertrarum cancellarie, quam cancellariam a nobis in feudum sub homagio ligio tenere dinoscitur et in possessione vel quasi percipiendi dictarum chertrarum emolumenta diutinis temporibus extitit capitulum memoratum, jure nostro semper saluo, capitulum ipsum priuare minus iuste seu super dictis emolumentis aliqualiter impedire, preconizaciones faciendo uel fieri procurando publice vestris in ecclesiis quod aliquis hominum suorum non vtantur chertris cancellarie supradicte, quarum usus utilis esse rei publice per se patet propter registra dictarum chertrarum que custodiuntur in archiuis nostris publicis et sunt ad eternam rei memoriam custodita, supplicans humiliter quod eidem capitulo super hiis vellemus monicionibus et aliis optimis remediis prouidere. Nos igitur dicto capitulo iuste supplicanti racionabiliter annuentes vobis mandamus quatenus moneatis in vestris ecclesiis populo congregato diebus festiuis et eciam non festiuis impedientes et turbantes huiusmodi et quoscumque dantes super hiis auxilium publice uel occulte, quod infra dies octo post publicacionem per vos factam presentium ab huiusmodi turbacione desistant totaliter et impedimento deincepx quominus vsus et liber stilus dictarum cher-

trarum procedat, sicut hactenus consueuit, et illos qui dictam proclamacionem fecerunt seu fieri procurarunt, ut eam infra dictum terminum, quatenus de facto processit, de facto cum effectu reuocent et dedicant, alioquin omnes et singulos sic monitos, quos ex tunc excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatos publice nuncietis diebus singulis, donec absolucionem a nobis meruerint optinere, proclamantes insuper et denunciantes in vestris ecclesiis quod omnes et singuli chertris vtantur dicte cancellarie, sicut est hactenus consuetum, quacunque facta preconizacione in contrarium non obstante. Datum Sete, die VII mensis decembris, anno Dni M°CCCXLIII°.

1862

Hommage prêté à Jean de La Tour, donzel, par Aymon Albi et ses consorts.

Sion, 1344 (1343), 29 décembre.

Archives de Valère, Registrum Conradi de Friburgo.

Anno Dni M°CCC°XLIIII°, indicione XIII, IIII kl. januarii, Seduni, infra domum Petri de Claromonte canonici Sedun., in presencia mei, etc., constituti Jo. de Turre domicellus, nomine vsufructuario quondam Agnetis maiorisse de Leuca, uxoris sue, ex vna parte, et Ay. filius quondam Vl. Albi dEspionna, parrochie de Leuca, Pe. en der Gazon, nomine Salome uxoris sue, Ay. filius quondam Willelmi dEspionna, nomine Jo. filii Albi de la Rua, dicte parrochie, ex altera, predictus Ay. filius quondam Vl. Albi nomine suo, Pet. et Ay. predictorum, nomine quibus supra, consortum suorum et branchiarum feudi subscripti, de voluntate eorumdem ibidem presencium, confessus est et publice in verbo veritatis reco-

gnouit se esse hominem ligium predicti Jo. de Turre domicelli, pre omnibus aliis dnis, ibidem presentis et nomine vsufructuario quo supra hanc confessionem recipientis, et se tenere ab eodem, nomine quo supra, in feudum dicti homagii ligii ea que sequuntur: primo vnam peciam campi sitam apud Champilz superiorem, item vnam peciam prati sitam apud Champez superiorem iuxta aquam que vocatur Lorenza, item vnam peciam prati sitam dicto loco, iuxta dictam aquam, item vnam paruam peciam terre sitam in dicto loco, iuxta lo bez quod tendit versus Champez inferiorem, item vnum ortum situm apud Champez, iuxta lo bez commune de Champez, item vnam domum cum grangia et rascardo sitam iuxta viam publicam tendentem versus insulas, et se debere dicto Jo. quinque sol. Maur. census annuatim. Quibus sic actis dictus Ay., nomine quo supra, fecit homagium flexis genibus et manibus junctis in manibus dicti Jo. de Turre. Qui Jo., eodem nomine quo supra, donum dicti feudi reddidit dicto Ay., etc. Testes: Marchodus de Heroens ciuis Sedun., etc. Ego Conradus de Friburgo clericus, notarius, etc.

1863

Enumération des bénéfices ecclésiastiques dont le chapitre de Sion a le droit de collation ou d'élection.

(V. 1843.)

M. D. R. XVIII, Chartes sédunoises, pag. 450.

1864

Donation et vente faites par Jacquemod de Ruynis à Perronet de Châtillon, vidomne de Leytron.

Leytron, 1344, 11 janvier.

Archives du canton du Vallais.

*Anno Dni M°CCC°XLIIII°, die XI mensis januarii, apud Leytron, ante grangiam Perroneti de Castellyone, Jaquemodus de Ruynis de Montagnon, considerans multa grata seruicia que idem Perronetus de Castellyone vicedognus de Leytron sibi fecit, dedit dicto Perroneto quinque den. Maur. seruiciales et vendidit eidem Perroneto tres den. Maur. seruiciales precio duorum sol. Maur.

Et ego Johannes Carterii de Sallyone, notarius, etc.

1865

Vente faite à l'évêque de Sion par Jean de Monthey et son fils.

La Soie, 1344, 3 février.

Liber deseni de Seduno, f. 205.

* Anno Dni M°CCCXLIIII°, die tertia mensis februarii, in castro Sete, Joannes de Montez et Petrus filius eius vendiderunt dno Guichardo Sedun. episcopo et mense sue episcopali primo triginta sol. Maur., quos ipsi percipiunt super seruiciis et talliis de Syrro, sibi assignatos per predecessores dicti dni episcopi. Item quatuordecim sol. redditus, quos percipiunt super medietate prati vocati Praz Corter apud Bramues. Item dimidium modium bladi redditus altero annorum super medietate juge-

ris terre in Bramosio. Et hoc pro precio quatuordecim lb. et quatuor sol. Maur. Testes : dnus Petrus Sariodi canonicus Sedun., etc.

Ego vero Petrus de Lyon clericus, etc.

1866

Agnès, veuve de François Albi, reconnaît devoir 40 sols à Perrod Juglar.

Musot, 1344, 12 février.

Archives de Valère, Registrum Joh. Daux.

Anno Dni M°CCC°XLIIII°, XII die mensis februarii, apud Moiot, in domo nobilis mulieris Agnetis relicte Francisci Alby de Granges, dicta Agnes recognouit se debere Perrodo Juglar, famulo nobilis viri dni de Turre, quadraginta sol. bon. Maur. ex causa boni mutui, quam summam promixit soluere in proximo festo Assumptionis B. Marie.

1867

Sentence arbitrale entre l'évêque de Sion et Humbert de Villette, seigneur de Chevron, au sujet du vidomnat et de la sénéchalie.

Chambéry, 1344, 1er mars.

Liber instrumentorum de Sedano, etc., f. 12.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCC quadragesimo quarto, indicione XII, die prima mensis marcii, apud Chamberiacum, in domo Fratrum Minorum, in camera consilii, in presentia reuerendorum in Christo patrum dnorum Joannis archiepiscopi Tharen., Anthelini Maurian. epi-

scopi et illustris viri dni Ludouici de Sabaudia dni Vuaudi, testiumque et notariorum infrascriptorum personaliter constituti reuerendus in Christo pater dnus Guichardus dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopus, nomine suo et mense sue episcopalis Sedun., ex vna parte, et vir nobilis dnus Humbertus de Villetta, dnus Chiuronis, nomine suo et dne Amphelisie eius vxoris et heredum suorum, ex altera, se compromiserunt super articulis et questionibus infrascriptis, nominibus predictis, in predictos dnos Tharentasiensem archiepiscopum et Maurianensem episcopum et predictum dnum Ludouicum de Sabaudia, nomine suo et dni Amedei comitis Geben., licet absentis, tanquam arbitros. Qui pronunciauerunt in primis super eo quod dictus dnus Chiuronis nomine predicto reuerenter petebat a predicto dno episcopo, heredibusque suis senescalliam et eius officium cum pertinentiis, que fuerunt Petri vicedomini et senescalli Sedun., patris dicte dne Amphelisie, confirmari eodem modo quo fuerunt concessa per predecessores ipsius dni episcopi Sedun. et declarata predicto eius patri per reuerendum in Christo patrem dnum Philippum[1] . . . . . pretendente et dicente quod dicta senescalcia et eius officium cum pertinentiis sibi et dicte sue mense episcopali erat excheuta et commissa per plures rationes et causas, pretendens et allegans quo . . . . . Item . . . super eo quod dictus dnus Chiuronis, nomine predicto, dicebat et asserebat qua ratione vicedominatus Sedun. percipere debebat omnia bona mobilia a se mouentia prodictorum committentium infra vicedominatum Sedun.; dicto dno episcopo scilicet dicente et asserente omnia bona dictorum prodictorum ad se pertinere debere. Item super eo quod predictus dnus Chiuronis, eodem nomine, petebat, requirebat et asserebat omnia bona prodictorum committentium in vicedominatu de Sirro et

[1] Les points indiquent des lacunes dans le registre.

de Vespia ad se pertinere debere; predicto episcopo contrarium asserente et dicente ad se pertinere debere. Item proponebat dictus dnus Chiuronis, nomine quo supra, quod si aliquod delictum erat commissum infra dictum vicedominatum Sedun. durantibus duobus mensibus, videlicet mayo et octobri, quod licet non esset inquisitum nec inquiri inchoatum, quod potest omni tempore inquirere . . . . . et exigere; dicto dno episcopo contrarium asserente et dicente post dictos duos menses ad se pertinere debere. Item proponebat dictus dnus Chiuronis, nomine predicto, bona cuiusdam Lombardi submersi et casu in aqua Roddani, in territorio de Bramueis, sibi expediri et deliberari per dictum dnum episcopum, qui dicta bona pro semel per alium receperat et penes se habebat; dicto dno episcopo contrarium asserente et dicente quod dictus Lombardus submersus fuerat in Roddanum et in via, et quod vie et aque, tam in dicto territorio quam alibi de Branciis quam alibi, ad dictum dnum episcopum pertinent et pertinere debent et per consequens bona predicta. Item dicebat dictus dnus Chiuronis, nominibus premissis, quod ipse habet plenam jurisdictionem in territorio et dominio de Rarognia contra quascumque et in quascumque personas ibidem delinquentes; eodem dno episcopo contradicente, maxime in mansuariis suis et extraneis delinquentibus in territorio predicto, in quibus asserit dictum dnum Chiuronis nullam jurisdictionem habere, ad ipsum dominum episcopum pertinere. Tandem predictus dnus dnus Ludouicus, nomine suo et predicti dni Amedei comitis Gebenen. videlicet absentis, de voluntate et consensu dictorum dnorum archiepiscopi Tharent. et episcopi Maurian. presentium et de consensu et voluntate dictarum partium nomine quo supra, presentium et consentientium, pronunciauit vt sequitur. Primo quod predictus dnus episcopus Sedun. senescalliam predictam, que pertinebat ad patrem dicte dne Amphelisie, confirmet et concedat dicto dno

Chiuronis, nomine predicto, pro se et suis heredibus et eo modo quo fuit concessa per suos predecessores et declarata predicto patri per R^dum^ in Christo patrem dnum Philippum olim episcopum Sedun., non obstantibus aliquibus commissionibus que potuerunt ex quibuscumque causis hactenus contigisse, et quod dictus dnus episcopus bona fide sua requirat dominos de capitulo suo Sedun. quod dicte senescallie confirmationi facte dicto dno Chiuronis, nomine quo supra, consentiant et confirment atque ratifficent, et quod dictus dnus Chiuronis infra vnum annum proximum a data presentium dicto dno episcopo reddat pro dicta senescallia homagium ligium vnum de filliis suis, qui dicto dno episcopo pro se et heredibus et successoribus suis et dicti dni episcopi faciat homagium ligium pro senescallia predicta. Cuius littere declaratio talis tenor est[1]. Secundo pronunciauit dictus dnus Ludouicus, nomine quo supra, quod dictus dnus Chiuronis, nomine quo supra, vicedominatus Sedun. debeat habere tertiam partem bonorum mobilium et immobilium omnium . . . . . vicedominatu Sedun. et dictus dnus episcopus residuum . . . . . in anno, videlicet in mayo et octobri dictus dnus Chiuronis prodictorum tunc commitentium gaudeat sicut ceteris bannis et obuentionibus . . . . . bona omnium prodictorum contra personam dicti dni episcopi vel eius familiam, officiarios, ciuitatem, castra vel villas suas ad dictum dnum episcopum debeat pertinere in solidum omni tempore et punitio eorumdem. Item pronunciauit quod questio premissa vicedominatus de Sirro et de Vespia sit reseruata inquirenda et sinenda in manu dnorum Petri Sinodi et Dionisii de Thora, canonicorum Sedun., et quod predicti dnus episcopus et dnus Chiuronis habeant stare inquisitioni et deffinitioni eorumdem, qui statim vt commode poterunt procedant et procedere valeant super istis. Item pro-

[1] Voy. plus haut, pag. 244.

nunciauit quod si dictus dnus Chiuronis tempore dictorum duorum mensium maii et octobris non duxerit jus suum inquirendum vel non inchoauerit super delictis tunc emergentibus, lapsis dictis duobus mensibus non possit idem dnus Chiuronis super illis querimoniam inferre nec punire, imo ad dictum dnum episcopum pertineant. Si autem inchoauerit infra dictos duos menses, in illis procedere possit et jus suum integrum sibi imposterum reseruetur et omni tempore possit prosequi et exequutioni demandari. Item pronunciauit quod dictus dnus Chiuronis a petitione bonorum dicti Lunbardi submersi in aqua dicti Roddani desistat, silentium sibi imponendo. Item pronunciauit quod dictus dnus Chiuronis, nomine quo supra, faciat homagium ligium dicto dno episcopo ratione vicedominatuum et aliorum pertinentium quos et quas ab eodem dno episcopo in feudum tenere dinoscitur, et de gracia speciali in dicto homagio possit excipere dictus dnus Chiuronis homagia dicti comitis Sabaudie et dicti dni archiepiscopi Tharen., in vita ipsius dni Chiuronis tantum; post mortem vero dicti dni Chiuronis heredes ipsius succedentes in vicedominatibus et aliis pertinentiis predictis ad homagium ligium sine aliqua exceptione ipsi dno episcopo teneantur. Item pronunciauit quod questio de Rarognia super dictis mansuariis et extraneis remaneat inquirenda pariter et finienda simpliciter et de plano, sine figura strepituque judicii, in manibus predictorum dnorum Petri Synodi et Dionisii de Thora, canonicorum Sedun., qui statim vt breuius poterunt in premissis procedant ad inquirendum veritatem presentibus partibus vel non presentibus, vocatis vel non vocatis, et dicte partes earum inquisitionem facere et obedire omnimode teneantur. Item pronunciauit quod pro predictis superius nominatis, declaratis et inferius declarandis dictus dnus Chiuronis det et soluat et dare et soluere teneatur predicto dno episcopo ducentos et quinquaginta florenos auri, soluendos per terminos, videlicet infra

proximum festum natiuitatis beati Joannis Baptiste medietatem et aliam medietatem anno reuoluto infra dictum festum. De quibus tamen dictus dnus episcopus de gratia speciali dicto dno Chiuronis . . . . . Item pronunciauit quod dictus dnus Chiuronis infra octo dies . . . . . sub pena centum librarum Maur. predictas pronunciationes faciat . . . . . ratifficari et approbari, imponendo dictus dnus penam centum marcharum argenti dictis partibus si contra predicta vel aliqua de dictis facerent vel venirent. Item pronunciauit quod dicta homagia et certa vsagia, placita, seruicia atque jura pro et in predictis dicto dno episcopo Sedun. debita sibi salua remaneant, non obstantibus antedictis et pronunciatis. Item pronunciauit quod omnia predicta dictentur, etc. Item pronunciauit quod protestationes alias facte per dictum dnum episcopum ad conseruationem jurium suorum et eodem . . . . . protestationes facte per ipsum dnum Chiuronis nomine predicto sint salue et in suo robore permaneant et persistant, etc. Promiserunt, etc. Et incontinenti dictus dnus Chiuronis, volens quantum in ipso est, predicta adimplere, dictum suum homagium pro vicedominatibus predictis et aliis pertinentiis, salua fidelitate dictorum dnorum comitis Sabaudie et archiepiscopi Tharent., ad vitam suam duntaxat, fecit predicto dno episcopo, etc. Et similiter idem dnus episcopus de dictis feudis dictum dnum Chiuronis inuestiuit, etc. Renunciantes, etc, Probi testes ad hec sunt vocati et rogati dnus Ancelinus dnus Anatam, Chabertus dnus Acus, Raymondus de Belloforti dnus vallis Ysare, Franciscus de Serualle, milites, dnus Petrus de Muris, Georgius de Salero, Joannes Albi de Bocia et Petrus Borre, jurisperiti, et alii plures fidedigni. Preterea anno et indicione quibus supra, die VII mensis marcii, coram nobis notariis et testibus infrascriptis predicta dna Amphelisia, apud Chiuronem personaliter constituta, omnia predicta sibi per nos notarios infrascriptos et in pre-

sentia testium infrascriptorum lingua materna exposita et lecta de authoritate et jussu dicti dni Chiuronis, presentis ibidem et volentis, ac de consilio viri nobilis et discreti dni Guillielmi de Chiurone canonici Bisuntinensis laudauit, etc. Actum apud castrum Chiuronis, in aula dicti castri, vbi testes aduocati et rogati fuerunt dnus Guillielmus frater dicti dni Chiuronis et Humbertus de Setenay, Humbertus Cheysie et Humbertus filius Aymonis de Gimillio, domicelli. Et ego Guilliemetus Faretis de Conflelo, etc.

1868

Testament de Guillaume de Collombey, donzel,

Sion, 1344, 14 mars.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod Guillerminus de Columberio domicellus testamentum suum nuncupatiuum et sine scriptis fecit et constituit. In primis animam suam Dno nostro Jhesu Christo commendauit et inter cetera in suo testamento contenta talia fecit legata hiis verbis expressa: Item sepulturam suam elegit in ecclesia beate Marie Sedun. sub testitudini campanilis eiusdem ecclesie, infra portam, iuxta tumbam quondam dni Ebali de Gresiaco sacriste Sedun., si placet dnis de capitulo Sedun. Item precepit ipsam sepulturam bene et solempniter fieri per executores suos infra scriptos, secundum ordinationem ipsius testatoris factam et alibi scriptam dimissamque dictis executoribus suis, de bonis suis in pecunia tradita et extra manum ipsius testatoris posita pro ipsa sepultura facienda et complenda, cum ceteris per ipsum Guillerminum ordinatis, soluendis per ipsos executores, ut in ipsa ordinatione continetur. Item dedit et legauit sexaginta

sol, Maur. redditus annui perpetui pro vno refectorio die anniuersarii sui singulis annis toti clero Sedun. per capitulum Sedun. faciendo et ministrando. Item dedit et legauit viginti sol. Maur. redditus annui die anniuersarii ipsius testatoris distribuendos inter clerum dicte ecclesie, videlicet hiis qui interfuerint in vigiliis et missis. Item dedit et legauit decem sol. redditus annui pro remedio anime bone memorie dni Aymonis de Castellione Augustensi, quondam episcopi Sedun., inter totum clerum die anniuersarii dicti dni episcopi distribuendos. Item dedit et legauit decem sol. annis singulis die anniuersarii dni Johannis Boneti quondam canonici Sedun. pro remedio anime ipsius dni Johannis distribuendos inter clerum. Item decem sol. Maur. redditus annis singulis die anniuersarii Johannete vxoris quondam Petri de Montana diuidendos inter canonicos et clerum qui interfuerint in vigiliis et missis. Que omnia legata dictus testator posuit et assignauit super illos centum sol. Maur. redditus annui quos olim idem Guillerminus acquisiuit a Petro vicedomino Sedun., seu quos centum sol. eidem Guillermino debebat Petrus uicedominus Sedun.. positos et assignatos super pedagium quod dictus vicedominus percipit et percipere consueuit atque debet in ciuitate Sedun., item et super virgultum suum de Maladeria, etc., cum omni jure, ratione, actione, dominio, etc. Item posuit et assignauit predicta legata super illum dimidium modium frumenti redditus perpetui quem ipse testator acquisiuit a dictis Chesers de Bramosio. Item dedit et legauit viginti sol. Maur. semel confratrie beate Marie Sedun. pro uno fichilino frumenti redditus perpetui emendo. In ceteris autem bonis suis non legatis idem testator fecit et constituit sibi heredem suum vniuersalem, videlicet Ysabellam filiam suam legitimam et naturalem. Cui quidem Ysabelle, si forsan decedat sine herede legitimo a suo corpore procreato, substituit heredes, videlicet dnum Johannem de Columberio curatum de Neynda, fratrem ipsius

testatoris, pro medietate ad uitam ipsius curati tantum tenenda et habenda, et Henricum fratrem suum pro alia medietate et etiam in proprietate alterius medietatis dicto curato virtute dicte substitutionis relicte. Dictus testator constituit sibi executores suos, videlicet dnum Johannem curatum de Neynda predictum, dnum Jacobum de Aragnon capellanum Sedun., etc. Ad hoc fuerunt testes rogati dnus Willermus de Leuca, dnus Johannes Reckinguere, Ebalus de Vespia, capellani ecclesie Sedun., dnus Rodulphus de Narres presbiter, Wermodus Bornet, Ansermodus de Leuca, clerici Sedun., Johannodus Maioris de Dallion et Girardus de Dallion Maioris clericus, ciuis Sedun., etc. Actum Seduni, versus Sanctum Paulum, in domo dicti testatoris, die XIIII[a] mensis marcii, anno Dni M°CCC°XLIIII°, imperio vacante, Guichardo episcopante.

1869

L'évêque de Sion permet aux religieuses de Mont-de-Grâce, de Fiesch, de faire pêcher deux fois par semaine dans son lac du mont de Moérel.

Ernen, 1344, 10 avril.

Archives de la paroisse d'Ernen, copie de M. F. Schmid.

Nos Guichardus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedunen. notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod cum nos hodie in ecclesia de Aragnyon cum solempnitate qua decet consecrauimus nouem moniales uirgines in loco de Aragnyon institutis (sic), diuina gracia largiente nec non discrecione et prudencia dni Petri Mormant rectoris ecclesie de Aragnyon, nos eisdem monialibus volentes facere graciam specialem, amore Dei et intuitu pietatis concessimus ipsis, ut bis in qualibet edomada annualiter et annualiter

possint facere piscari in lacu nostro sito in monte de Morgia, ad opus ipsarum et necessarium vsum duorum dierum dumtaxat tantum non execendo, vocato prius famulo nostro qui ibi erit; retento quod quamdiu erimus presentes personaliter apud Nares et a Nares superius, quod dicte moniales cessare debeant interim de faciendo piscari in loco predicto, ut nobis et societati nostre possimus de piscibus largius prouidere; quam concessionem durare volumus quamdiu fuerimus in ecclesia Sedunen. presidentes et non vltra. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum apud Aragnyon, X^a^ die mensis aprilis, anno dni millesimo CCCXLIIII°.

1870

L'évêque de Sion et les citoyens acceptent et promettent d'observer la sentence arbitrale prononcée au sujet de leurs différents.

La Soie, 1344, 22 mai.

Archives de la ville de Sion.

In nomine Dni, Amen. Anno Dni millesimo CCC° quadragesimo quarto, die vicesima secunda mensis maii, indicione XII, apud Setam. Cum dissensionis materia foret orta inter reuerendum in Christo patrem ac dnum dnum Guichardum Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopum, ex vna parte, et ciues suos Sedun., ex altera, ex qua fuerunt secute depredationes, incendia, capciones hominum et alia plura. Tandem ad requestam et tractatum gentium serenissimi principis Amedei comitis Sabbaudie missarum ad hec per dictum dnum comitem, videlicet reuer. patris dni abbatis Sancti Mauricii, dnorumque Rodulphi de Blonay, Petri de Sallione, militum, et Johannis Ranaysii judicis Chablasii, legum professoris, dicte

partes ad pacem et concordiam inclinate contenta in quadam cedula papirea quatuor sigillis sigillata, scilicet dicti dni Johannis Rauaysii judicis Chablasii, Lanceloti de Castellione condni de Culo, ballini Auguste, Petri de Turre dni Castellionis in Vallesio, magistri Guillelmi phisici de Leuca, electorum per partes ad pacem et concordiam faciendam et pronunciacionem eiusdem, oblata dicto dno episcopo per dictos quatuor electos, supplicantes eidem dno episcopo quod concedere, laudare et ratificare dignaretur eadem, licet clausa forent nec ei legerentur. Qui dnus episcopus, habito consilio cum predictis dnis abbate, Rodulpho, Petro de Sallione, Francisco de Compesio comite Blandrate, Henrico et Rodulpho de Rarognia, militibus, Johanne dno Aniuisii, Jocermino de Vrnavas, Johanne de Platea, Vldrico de Rarognia, Johanne Asperlini, Francisco de Vineis, Johanne de Mont, Nantermo vicedno Martigniaci et pluribus aliis, memorata contenta in cedula predicta per dictos electos pronuncianda concessit et ratificauit, voluit et laudauit, licet non fuerint sibi lecta, et ea pro se et mensa sua episcopali juramento episcopali, manu posita supra pectus, ea attendere et seruare et non contrafacere vel venire, sed ea firmiter obseruare. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati dnus abbas Sancti Mauricii, dni Rodulphus de Blonay, Franciscus de Compesio, Henricus et Rodulphus de Rarognia, Johannes Warquisiles, milites, Johannes dnus Aniuisii, Jocerminus de Vrnavas et Vldricus de Rarognia. Preterea eadem die apud Sedunum, ante capellam beati Theodoli, Petrus Magy, Thomasinus Lombardus, Perronetus de Noere, Nycholaus de Chastellione et Petrus Ruphi de Sancto Mauricio, sindici et procuratores tocius communitatis Sedun., nomine suo et sindicario seu procuratorio nomine totius communitatis predicte, presentibus et consencientibus Anthonio Hubodi, Hugoneto de Drona, Amedeo Chiurilliot, Petro Barber, Perroneto de Augusta, Theodolo de Cruce, Odino Con-

stancii, Willelmo dAyent, Anthonio Frewart, Jacobo de Gissinel, Willelmo Comblola, contenta in dicta cedula clausa et sigillita, vt supra, eis oblata per dictos quatuor electos concesserunt, ratificauerunt, voluerunt et laudauerunt et promiserunt juramentis suis, tactis euuangeliis sacrosanctis, tam sindici, nomine quo supra, quam alii consentientes eisdem, eadem attendere et seruare et non contrafacere vel venire, sed ea attendere firmiter et perpetuo inuiolabiliter obseruare. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati dni Petrus de Sallione miles, Vldricus curatus de Leuca, Nycholaus curatus de Nas, Petrus[1] . . . . . de Sancto Mauricio, Jacobus de Aragnon, Walterus de la Vota, Johannes de Leuca, sacerdotes, Franciscus maior de Chamoson, Humbertus de Gimillier, Anthonius Werlini, domicelli, Nicolaus. . . . . Leuca, Jacobus filius Jacobi maioris de Morgia. Deinde apud Setam, eadem die, dictus dnus episcopus et dicti sindici, suo nomine et quo supra, pronuncianda per dictos electos presentia concesserunt, ratificauerunt, emologauerunt, voluerunt et laudauerunt juramentis et nominibus quibus supra, dantes eisdem pronunciandi plenariam potestatem, promittentes nunquam contra facere vel venire, sed ea perpetuo firmiter obseruare. Pro ipsis firmius attendendis constituerunt se fideiussores et principales solutores pro parte et ad mandatum dicti dni episcopi Johannes dnus de Anivisio, Petrus de Turre, dnus Rodulphus . . . . . Petrus de Sallione, Rodulphus de Rarognia, Henricus de Rarognia, Franciscus de Compesio, milites, Johannes Asperlini de Rarognia, Jocerminus Vrnauas, Johannes de Mo. . . . . de Chamoson, Vldricus de Rarognia. Et pro parte dictorum sindicorum, nomine quo supra et dicte communitatis, ad requisitionem et mandatum dictorum sindicorum Petrus de Turre dnus Castellionis in Vallesio, magister

[1] Le parchemin est endommagé et illisible à la fin de plusieurs lignes.

Willelmus dc Leuca phisicus, duus Franciscus de Compesio miles, Johannes Asperlini, Perrodus Fromentin. Dni Rodulphus de Bionay et Petrus de Sallione, milites . . . . . electi aperuerunt dictam cedulam et ex potestate sibi data super hoc a partibus voluerunt, dixerunt, pronunciauerunt et arbitrati sunt de verbo ad verbum vt in articulis contentis in dicta cedula . . . . . tibus continetur. Concordatum fuit et actum quod captio Thomini facta et incarceracio ipsius et fideiussio prestita per ipsum vel amicos suos quando relaxatus fuit a carcere, non inferat p. . . . . aliquod franchesiis seu consuetudinibus dictorum ciuium Sedun., seu possessionibus eorumdem, nec eorum posteris in futurum, ac si predicta nunquam forent facta seu attemptata, et de his dictus dnus episcopus . . . . . debeat dare dictis ciuibus Sedun. tenorem huiusmodi articuli. Item est actum quod omnes capti seu qui capti fuerunt per illos de ciuitate Sedun. aut eorum complices seu sequaces seu eorum adiutores seu coherentes, aut per ipsum dnum nostrum episcopum aut suos sint liberati et liberentur ipso facto et sint libertati dati omnimode et hostagiamenta prestita seu promissa sint quittata et remissa, et fideiussores, si qui fuerint obligati, sint liberati ab omni promissione, obligacione et fideiussione quacunque. Item quod omnes sasine facte per ipsum dnum episcopum vel precepte fieri contra dictos ciues et habitatores quoscunque Sedun. aut aliquem ipsorum, occasione predictorum, sint remisse, sine sint persone seculares aut ecclesiastice, aut alie persone quecumque. Item actum fuit quod omnia juramenta et omnes cride facta seu facte indebite per ipsos ciues et habitatores quoscunque et pignoraciones et exercicium cuiuslibet actus solite juridicionis facti in preiudicium ipsius dni episcopi et ecclesie Sedun. non inferant preiudicium ipsi dno episcopo nec mense episcopali Sedun. nec eius successoribus in futurum, ac si nunquam fuissent facte seu attemptate, et pro non

facte totaliter habeantur. Item actum est quod sentencie excommunicacionis late contra debitores ciuium seu habitatorum predictorum relaxate uel reuocate per ipsum dnum episcopum in statum pristinum reducantur, et actiones et debita ipsis ciuibus et habitatoribus, vt supra, salva et libera remaneant quantum ipsius dni episcopi interierit, mandato ipsius seu precepto in contrarium facto aliqualiter non obstante, remissiones ipsorum debitorum facte per ipsum dnum episcopum reuocentur in pristinum statum ad vtilitatem creditorum quorumcunque, vt supra. Item quod illud murale quod factum est de nouo et de ante occupacionem castri Turbillionis, ante turrim maioris Sedun., per ipsos ciues seu habitatores Sedun., deleatur et omnimode et fonditus destruatur. Item est ordinatum et pronunciatum quod super catenis de nouo impositis per ciues Sedun., an sint remouende vel imponende et serrande, dimittatur cognicioni capituli Sedun., nobilium Vallesie et communitatum eiusdem patrie, et quo usque dictus articulus catenarum fuerit cognitus, vt supra, scilicet an dicte catene sint dimittende aut tollende, interim cessus diuinorum preceptus obseruari per ipsum dnum episcopum in ecclesia Sedun. et perrochia eiusdem loci in sua remaneat firmitate, nisi placeret eidem dno episcopo quod dictus cessus tolleretur siue suspenderetur, seruatis modis superius declaratis. Item quod omnes sentencie excommunicacionis, interdicti aut suspensionis late per ipsum dnum episcopum occasione premissorum contra quascunque personas singulares, ecclesiasticas et seculares sint casse et reuocate, cessacione diuinorum in suo statu remanente, vt supra estitit declaratum. Item pronunciatum et ordinatum estitit quod espingale capte cum quibusdam aliis rebus Seduni ipsi dno episcopo eidem restituantur per ipsos ciues Sedun. Item omnia alia mobilia que eidem dno episcopo fuerunt capta et ablata in capcione dicti castri et ante, eidem restituantur ple-

narie, exceptis victualibus consumptis. Item ordinatum et pronunciatum estitit per ipsos commissarios, vt supra, quod Anthonius Werlini de Vespia possit libere ire et redire et morari in terra dicti dni episcopi, non obstante quod idem Anthonius adhesit dictis ciuibus contra ipsum dnum episcopum, et ipse dnus episcopus omnimodam offensam factam per ipsum Anthonium occasione predictorum remittere teneatur et remissa sit quo ad premissa. Item actum est pronunciatum quod Giroudetus de Gresier et filius suus et Willermodus Copper et Franciscus Eschandulins commendarius possint secure morari Seduni et alibi ire et redire, non obstante quod predicti adheserunt predicto dno episcopo et non obstantibus aliquibus offensis illatis per ipsos vel eorum alterum ipsis ciuibus Sedun. vel alicui eorum seu adherentibus eorumdem a tempore dissensionis orte occasione dicti Thomini, et possint rebus suis libere gaudere et dicto Giroudeto fiat emenda de vino et aliis rebus ablatis per ipsos ciues Sedun. seu eorum complices ad euidenciam vener. viri dni Jacobi decani Sedun. et Dyonisii de Thora canonici Sedun. Item pronunciauerunt et dixerunt, quod omnia dampna illata qualiterque et quocumque modo hinc et inde a tempore dicte dissensionis sint quitta et remissa hinc et inde, et nullatenus petantur siue sint ablata per ipsum dnum episcopum aut eius complices siue per ipsos ciues Sedun. siue eorum complices aut coadiutores, et omnes iniurie et rancores penitus sint remisse hinc et inde, servatis modis superius declaratis, et bona pax et caritas ad inuicem obseruetur. Item dixerunt et pronunciauerunt quod dicte partes omnia suprascripta, excepta cognicione de cathenis que remanere debeat secundum formam ordinacionis de ea suprascripte, infra decem dies proximos complere quelibet dictarum partium, in quantum eam tangit, effectualiter teneatur. Item pronunciauerunt et dixerunt quod dicte partes premissa omnia et singula perpetuo et inviolabiliter compleant et

obseruent, et hoc sub pena mille marcharum argenti, que pena parti otemperare volenti per partem otemperare nolentem totiens committatur et realiter persoluatur, quociens contra premissa vel aliquid de premissis factum fuerit vel quomodolibet attemptatum, et ipsa pena exacta rata maneant suprascripta. Quam pronunciacionem sic factam, vt superius continetur, in presencia nostrum notariorum infrascriptorum sepedictus dnus episcopus, nomine quo supra, ex vna parte, et dicti sindici, nomine suo et quo supra, ex alia, dictam pronunciacionem et omnia contenta in eadem laudauerunt, ratificauerunt, homologauerunt et sic fieri voluerunt et promiserunt ipse partes, nominibus quibus supra, necnon et fideiussores et principales per eas partes dati, prout cuilibet ipsorum competit, scilicet dnus episcopus, nomine quo supra et juramento episcopali quo supra et sub obligacione bonorum ecclesie sue Sedun. et dicti sindici et fideiussores et principales juramentis suis supra sancta Dei euuangelia corporaliter prestitis et sub obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, pro se et successoribus, heredibus et assignatis, excepto dicto Johanne dno Anivisii qui promisit bona fide loco juramenti, omnia et singula contenta in pronunciacione predicta et alia supra et infra scripta firmiter attendere, complere et seruare et non contra facere vel venire per se vel per alium in futurum, nec alicui contravenire volenti consentire, se submittentes omnes predicti, tam principales quam sindici, omnibus et singulis curiis tam ecclesiasticis quam secularibus. Renunciantes, etc. De quibus omnibus suprascriptis petierunt dicte partes per nos notarios infra scriptos fieri vnum, duo vel plura publica instrumenta ad opus partium predictarum. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati dni abbas Sancti Mauricii Aganen., prior de Clages, Girardus de Lustrier canonicus Sancti Mauricii, Jaque-

metus de Champingio prior de Vertro, Mermetus de Vernier et Stephanus de Chides, domicelli.

Et ego Petrus de Lyons clericus, etc.

Ego vero Gonterus Fortis clericus, etc.

1871

L'évêque de Sion confirme une clause de la sentence arbitrale prononcée entre lui et les citoyens de Sion.

La Soie, 1344, 28 mai.

Archives de la ville de Sion.

Nos Guychardus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sedun. notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum discordie quedam nouiter forent horte inter nos, ex vna parte, et ciues nostros Sedun., ex altera, super quibus sedandis electi fuerunt viri nobiles et discreti Petrus de Turre dnus Castellionis in Valesio, Lancellotus de Castellione cumdnus de Cullo, ballinus Auguste, dnus Johannes Rauasii judex Chablasii et magister Willelmus Perroneti de Leuca, dicti pronunciauerunt electi quemdam articulum, inter ceteros articulos, tenoris subsequentis : Concordatum fuit et actum quod captiuatio Thomini dicti Venech parrochie de Vespia et incarceracio ipsius et fideiussio prestita per ipsum uel amicos suos, quando relasatus fuit a carcere, non inferant preiudicium aliquod franchesiis seu consuetudinibus dictorum ciuium Sedun. seu poss(essorio) eorumdem, neque eorum posteris in futurum, ac si nunquam predicta forent facta seu attentata, et de hoc dictus dnus episcopus suam litteram debeat dare dictis ciuibus secundum tenorem huiusmodi articuli. Quia vero prius quam foret nobis lecta pronunciatio memorata, de consilio tunc nobis assistencium tam consiliariorum quam

fidelium nostrorum, videlicet dni abbatis Sancti Mauricii Aganen., dnorum Rodulphi de Bloney dni Sancti Pauli, Francisci de Compesio comitis Blandrati, Henrici et Rodulphi de Rarognia, militum, Johannis dni de Aniuesio, Jocernini de Ornauas, Vldrici de Rarognia, Johannis Asperlini, Johannis de Mont, domicellorum, et plurium aliorum, prius quam nobis lecta fuerit cedula papirea continens pronunciacionem faciendam per electos predictos eorum sigillis quatuor sigillata, ratifficauimus que in ea continebatur, de legalitate dictorum electorum tam nos quam dicti consiliarii confidentes, venire contra dictam nostram ratifficationem, ut pote factum proprium abhorrendo, de hoc presentem nostram litteram secundum tenorem huiusmodi articuli suprascripti damus ciuibus ante dictis. Datum Sete, cum appositione sigilli nostri, die XXVIII[a] mensis maii, anno Dni millesimo CCCXL quarto.

Sceau pendant en cire rouge.

1872

Accord entre les héritiers de Pétrine Tanzii, jadis femme de feu Jean de Morestel, d'une part, et Perrod de Morestel, frère et héritier de ce dernier, d'autre part.

Sion, 1344, 8 juillet.

Archives de Valère, Registrum Petri Lombardi.

Anno Dni M°CCC°XLIIII°, indictione XII, die VIII julii, in ciuitate Sedun., in domo seu hospicio publico quondam Jo. Tançii, dicti Curti, ciuis et habitatoris Sedun., constituti vir ven. et discretus dnus Theobaldus de Brusatis, natus quondam dni Petri de Brusatis dicti de Supramonte de Nouaria, et dna Bertrama filia quondam dicti Jo. Tançii, monialis beate Marie de Canturio, ordinis Clugniacensis, ac Jacobus de Brena

filius Alberti de Brena, procurator et syndicus abbatisse et monialium predicti conuentus, ex vna parte, et Perrodus de Morestello, ex altera; cum discordia verteretur inter dictum dnum Theobaldum, se causam habere dicentem a Bertramo Lanigerii de Cumis habitatore in loco de Cermenate, diocesis Cumensis, et dna Floramonte eius vxore, filiaque et coherede predicti Jo. Tançii, donne Francie quondam vxoris sue, Maxoli fratris et Petrine sororis quondam ipsius dne Floramontis, jure venditionis sibi facte per dictum Bertramum, nomine suo et procuratorio nomine dicte dne Floramontis, vt in quodam instrumento publico per me subscriptum notarium facto super venditione predicta plenius continetur, et predictum Jacobum procuratorem, nomine quo supra, ex vna parte, et dictum Perrodum de Morestello, filium et heredem Willermi de Morestello quondam et Johannis fratris ipsius Perrodi quondam, ex altera, super mutuis petitionibus quas vna pars alteri faciebat, et primo super eo quod dictus Perrodus dicebat et petebat a dictis dno Theobaldo, dna Bertrama et Jacobo, nominibus quibus supra, quod cum dictus Johannes de Morestello, frater quondam ipsius Perrodi, Petrinam predictam filiam quondam dictorum Johannis Tançii et donne Francie in vxorem legitimam habuisset, cui Johanni de Morestello dicti Jo. Tançii et donna Francia se daturos promiserant in contractu matrimonii eorum pro dote dicte Petrine sex viginti lb. Maur., ipsas VI^{xx} lb. sibi Perrodo tanquam heredi dicti Jo. fratris sui persolui, cum de ipsis, vt asserebat, foret nichil dicto Jo. de Morestello persolutum. Item petebat omnia jocalia et bona mobilia que fuerant dicte Petrine, sibi reddi et deliberari debere jure consuetudinis terre et patrie Vallesii. Item super eo quod dicebat dictus P. quod dictus Johannes de Morestello, spacio XIIII annorum quibus moram contraxit in hospicio predicto, anno quolibet dictorum XIIII annorum posuit et apportauit tam in blado,

vino, quam rebus aliis ad extimationem XL flor., quas flor. quantitates sibi petebat restitui per partem alteram. Item dicebat predictus Perrodus quod dicta donna Francia quondam promiserat dicto Johanni de Morestello ipsum Jo. associare in acquisito per eam facto titulo emptionis a dicto Bertramo Lanigerii vendente sibi nomine dicte donne Floramontis ratione successionum Jo. Cançii, Maxoli et Petrine predictorum, quare petebat se tanquam heredem dicti Jo. de Morestello associarii debere pro altera parte in acquisito predicto iuxta dicte patrie consuetudinem, et propter hoc esse et remanere debere in possessione hospicii dictorum Jo. Tançii et Francie in Seduno jacentis pro parte sibi ex causis premissis pertinente, donec sibi facta satisfacio et plenaria restitucio de predictis. Parte altera premissorum per dictum Perrodum petitorum contrarium asserente et dicente se ad predicta petita minime teneri certis causis per ipsam super hoc allegatis, petens, inquam, a dicto Perrodo herede dicti Johannis fratris sui sibi per eum restitui centum et XX lb. Maur., quas asserebat ipsa pars dictos quondam Willermum et Johannem de Morestello pro dote dicte Petrine, vxore quondam dicti Jo. de Morestello, a patre et matre ipsius Petrine (accepisse). Item super eo quod petebat ab eodem Perrodo retenta X annorum annue prestationis IIII^{or} modiorum bladi, videlicet II mod. siliginis et II ordei, et vt in futurum satisfaceret annuatim super dictis IIII^{or} modiis in quibus dicti Jo. et Perrodus fratres tenebantur donne Francie. Item super eo quod eadem pars petebat a dicto Perrodo satisfationem fieri debere de victu et alimentis habitis per ipsos Jo. et Pe. fratres in hospicio et de bonis dictorum Jo. Tançii et donne Francie coniugum pro annis XIIII, de quibus nichil satisfecerant, vt dicebat. Item super eo quod ipsa pars petebat a dicto Perrodo herede, vt supra, centum et LX lb., quas receperat idem Jo. de Morestello de pecunia dicti quondam Jo. Tançii per manus Gui-

gonis Tancii ciuis Sedun. Item viginti octo lb. quas prefatus Jo. de Morestello receperat ex venditione XXII vacarum, que erant dicte donne Francie. Ipso Perrodo negante ad predicta se teneri. Tandem dicte partes, mediantibus amicis et arbitris per ipsas partes communiter electis, videlicet dno Dyonisio de Thora canonico Sedun., Johanne de Platea domicello et Pagano de Modoecia Lombardo, clerico, ad talem pacem et concordiam deuenerunt, videlicet quod dictus Perrodus de Morestello soluat et soluere promisit parti alteri quinquaginta flor. boni auri et legitimi ponderis semel hinc ad proximum festum beati Martini yemalis. Item quod dictus Perrodus renunciet et ex nunc renunciat et cessit omnibus suis petitionibus supradictis, dictaque pars aduersa pro dictis L flor. renunciet et ex nunc renunciat omnibus suis petitionibus supradictis. Quequidem omnia predicte partes laudauerunt et approbauerunt et promiserunt, etc. Testes : dnus Franciscus de Viniaco curatus de Leytrono, Ay de Olono domicellus, etc.

Et ego not.

1873

Marguerite, veuve de Jacques d'Anniviers, codame d'Ayent, cède à Guillaume d'Anniviers, chantre de Sion, tout ce qui lui est dû par certaines personnes.

Ayent, 1344, 9 septembre.

Archives de Valère, Registrum Will. Arencyerii.

* Anno Dni M°CCC°XLIIII°, inditione XII, IX die mensis septembris, in castro de Ayent, nobilis dna Marguereta relicta quondam Jacobi de Aniuisio domicelli, condna de Ayent, cessit omnes actiones quas habet contra omnes personas, quarum tamen nomina ignorat, que eidem Marguerete vel

pupillis suis Johanni et Johannete tenentur ratione censuum, reddituum, seruiciorum, etc., spectantium ad ipsam, tam ex parte quondam Nantermi de Ayent patris dicte Marguerete, quam etiam Francisci fratris dicte Marguerete, cessit, inquam, Willermo de Aniuisio cantori ecclesie Sedun.; item contra omnes qui celant vel occupant testamentum ordinatum per Petrum quondam vicednum Sedun., aunnculum dicte Marguerete, seu instrumenta vel litteras, etc.

1874

Vente de la majorie d'Ernen à l'évêque de Sion.

1344, 13 octobre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Johannes et Antonius filii Widolini majoris vendiderunt episcopo Guichardo majoriam de Aragnon, sive quidquid juris, etc., precio decem florenorum auri. 1344, 13 octobris.

Dans la même collection se trouve l'analyse d'un acte qui est peut-être le même que le précédent, quoique le prix de vente soit différent; la date de ce second acte est évidemment fausse, puisque Guichard n'était pas encore évêque en 1341. Voici cette analyse :

Johannes et Antonius filii Widolini majoris cedunt episcopo Guichardo omne jus et actionem super et in majoria a Monte Dei superius, que dicitur majoria de Aragnon, et redditibus et seruitiis pro 30 florenis auri, quam summam offerunt ut vellet in redemptionem acceptare. 1341, 7 januarii.

J'ai dit que ce second acte est peut-être le même que le précédent; cependant la dernière phrase semble indiquer qu'il est question ici d'une demande de rachat d'une vente qui aurait été faite antérieurement. L'analyse de ces deux pièces est malheureusement trop incomplète.

1875

Jean Pegeu, prieur d'Ayent, libère les frères Guillaume et Antoine Ruffi de tout hommage, et se contente de celui qui lui est prêté par Jean Ruffi, frère des précédents.

Sion, 1344, 16 octobre.

Archives de Valère, Registrum E cancel. Sedun., f. c.

* Notum, etc., quod coram me jurato cancellarie Sedun. et testibus infrascriptis propter hoc specialiter constitutis viro religioso dno Johanne Pegeu priore de Ayent, ordinis Acthanacensis, ex vna parte, et Johanne filio quondam Perrerii Ruffi de Platea de Ayent, nomine suo, Anthonii et Willelmi fratrum suorum, ex altera, quod cum Petrus pater dictorum fratrum teneretur in tribus homagiis, vno ecclesie Beati Romani de Ayent, alio dno episcopo Sedun. et tercio heredibus Nantelmi de Ayent domicelli, et ipsi fratres requisiti fuerint a predicto dno priore, dno episcopo Sedun. et ab heredibus dicti Nantelmi quod eis facerent homagia eis, ut supra, debita, uel relinquerent feuda; que homagia dicti fratres facere non poterant, nisi homagium debitum ecclesie Beati Romani de Ayent, cum ipsi essent erga ecclesiam Sancti Romani ad hoc astricti, prout in quadam chartra cancellarie Sedun. continetur; vnde idem dnus prior pro se et suis successoribus, habito prius diligenti tractatu cum dno abbate Acthanacensi et conuentu ordinis Acthanacensis et cum jurisperitis et sapientibus in regalia terre ecclesie Sedun., dedit prenominatis fratribus Anthonio et Willelmo plenam potestatem faciendi homagia cuiconque persone voluerint, liberans dictos fratres Anthonium et Willelmum et eorum heredes ab omni homagio, remanente dicto Johanne fratre dictorum Anthonii et Willelmi erga ecclesiam Sancti Romani de Ayent obligatus, sicut erat

ante confectionem huius chertre, modo quo Petrus pater eius extiterat obligatus, et hoc pro LX sol. Maur. eidem dno priori persolutis. Quibus sic factis dictus Johannes flexis genibus manu et ore fecit homagium ligium pre cunctis dnis et personis dicto dno priori. Testes: dnus Aymo prior de Granges, dnus Matheus de Garda monachus apud Ayent, etc. Et dnus Aymo curatus de Ayent, qui hanc cartam leuauit, Seduni, XVII kl. nouembris, anno Dni M°CCC°XLIIII°.

1876

Wibert Brutin reconnaît dépendre de la seigneurie de Godefroid de Nuns, chevalier.

Granges, 1344, 20 octobre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Wibertus Brutini de Nas, frater quondam Willermi Oliuier de Granges et Johannodi Borcardi, confiteor et recognosco me extitisse et esse de pleno dominio, mero et mixto imperio dni Gotheffredi de Nuns militis, morantis apud Granges, ac eciam omnes liberos meos a corpore meo matrimonialiter procreatos et procreandos secundum consuetudinem dominii et jurisdicionis de Granges. Cui dno meo dno Goteffredo et suis heredibus promitto pro me et meis heredibus dare et soluere annuatim duodecim den. nomine manutenencie in natiuitate Dni. Ego autem predictus miles pro me et meis heredibus do et concedo eidem Wiberto et suis heredibus et volo quod ipse et sui heredes vtentur pascuis, aquis et nemoribus in castellania de Granges, sicut vnus de aliis hominibus meis et sicut vnus focus et vltra. Inde rogaui cartam fieri, etc. Actum apud Granges, XIII kl. nouembris, anno Dni M°CCC°XLIIII°, imperio vacante, Guichardo episcopante.

1877

Marquet, fils de feu Casson, major de Louèche, vend à Perrod de Grimisuat sa part du droit de langues à la boucherie de Sion.

Sion, 1344, 15 décembre.

Archives de Valère, Registrum Jo. Bonyet.

* Anno Dni M°CCC°XLIIII°, XV die decembris, in ciuitate Sedun., Marquetus filius quondam Cassonis maioris de Leuca domicelli vendidit Perrodo de Grimisuat ciui Sedun. tale jus quale habet in duabus linguis omnium bouum in macello Sedun., quas percipit ad presens Johannodus de Turre domicellus cum dicto Marqueto altero annorum, nomine vsufructuario quondam Agnetis eius vxoris, matrisque dicti Marqueti, vt ipse Marquetus plenius asserebat. De quibus predictis duabus linguis dictus Johannodus de Turre percipit ad vitam suam in vno anno et dictus Marquetus altero annorum, et post decexum dicti Jo. de Turre idem P. de Grimisuat debet percipere annuatim dictas II linguas, et hoc pro quinquaginta sol. Maur. semel.

Johannodus Bonier.

1878

Le donzel Louis de Vinéis et sa femme Agnès protestent contre toute aliénation de biens que le donzel Jacques de Morestel pourrait faire en faveur de sa femme Jeannette de Gessenay.

Sion, 1345 (1344), 28 décembre.

Archives de la ville de Sion.

* Nos officialis curie Sedun., vicarius generalis dni Gui-

chardi episcopi Sedun., notum facimus quod Ludouicus de Vineis domicellus, nomine suo et Agnetis vxoris sue, in iudicio coram nobis contradixit omnimodas venditionem, dotis assignationem, donationem et quamuis aliam obligationem factas per Jacobum de Morestello domicellum Johannete vxori sue, filie Jacobi de Gissenez ciuis Sedun., si quam eidem vxori fieri fecit in contractu matrimonii ipsorum ante uel post de rebus ipsius Jacobi, in ipsorum coniugum Ludouici et Agnetis preiudicium, et cauit de stando iuri et faciendo quod debebit per Johannodum de Turre domicellum. In cuius rei testimonium sigillum curie nostre duximus presentibus apponendum. Datum Seduni, die XXVIII mensis decembris, anno Dni M°CCCXL° quinto.

1879

Girold de Greysier détermine la part d'héritage qui doit revenir à son fils Willermod.

Sion, 1345, 4 janvier.

Archives de Valère, Registrum Jo. Bonyet.

* Anno Dni M°CCC°XLV°, IIII die januarii, Seduni, in domo Giraldi de Gressier, dictus Giroldus, ex una parte, et Willermodus eius filius, ex altera, de consensu Johannete vxoris dicti Willermodi fecerunt ad invicem pacta in hunc modum, videlicet quod dictus Giroldus dedit dicto Willermodo pro jure et partagio hereditatis ipsius W. tam paterne quam materne post decexum dicti Giroldi, scilicet medietatem bonorum mobilium et inmobilium dicti Giroldi et quondam Beatricis eius vxoris, matris dicti Willermodi, ad vitam dicti Giroldi, ita quod vero dictus Willermodus nullam aliam partem habere

debeat uel petere in bonis predictis ad vitam ipsius G., set manere debeat sub regimine et potestate dicti Giroldi eius patris. Dicto vero Giraldo defuncto dictus Willermodus habeat medietatem omnium bonorum predictorum et diuidat cum Perrodo filio dicti Geroldi fratre ipsius et Anthonia vxore dicti Giroldi omina bona supradicta. Item actum fuit inter dictos patrem et filium quod dictus Willermodus et Perrodus eius frater, filius dicti Giroldi, debeant maritare Katerinam eorum sororem, filiam dicti Giroldi, et alios liberos a dictis Giroldo et Anthonia eius vxore legitime procreandos, si quos in futurum habuerint, de bonis ipsorum secundum facultatem hospicii. Promittunt per juramenta sua, etc.

Jo. Bonier.

1880

Vente faite par Louis Albi, de Granges, donzel, à Rodolphe de Rarogne.

Louèche, 1345, 16 février.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi.

Anno Dni M°CCC°XL° quinto, die XVI februarii, apud Leucam, ante domum Alesie filie Ludouici Albi de Granges domi, celli, idem Ludouicus vendidit dno Rodulpho de Rarognia militi primo quoddam casale situm iuxta domum dicte Alesie item quamdam grangiam ante dictam domum, juxta carreriam tendentem versus curiam dni episcopi, item IIII^ta^ partem casalis et torcularis ante dictam grangiam, et hoc pro precio XII lb. Maur. Testes : Aymo de Olono, Johannes de Placea, Jo. de Mond, domicelli, etc. Et ego Petrus Lombardi, etc.

1881

L'évêque de Sion confirme à Isabelle, fille de Guillaume de Collombey, la possession du fief dont son père avait joui.

Saillon, 1345, 2 mars.

A.-J. de Rivaz, Opera hist. XIII, 205, ex arch. nobilium de Montheolo, apud nob. fratres du Fay de La Vallaz.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCC°XLV°, die secunda mensis martii, indicione XIII[a], apud Sallionem, in domo Guillelmi de Columberio domicelli quondam, in presentia mei notarii publici et testium subscriptorum, propter ea que sequuntur personaliter et specialiter constituti rever. in Christo pater et dnus dnus Guichardus Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopus, ex una parte, et nobilis Margareta de Blonay, relicta dicti Guillelmi, tutrix et tutorio nomine Ysabelle filie dictorum Guillelmi et Margarete conjugum, ex altera. Cum inter dictas partes discordia verteretur super eo videlicet quod dictus dnus episcopus petebat et dicebat quod feudum quod dictus Guillelmus tenebat a mensa episcopali Sedun. sub homagio ligio, ceciderat in commissum et eschetam, et pro commisso petebat rationibus pluribus et diversis, maxime pro eo quod non fecerat homagium tempore debito, scilicet tempore rever. patris et dni dni Philippi Dei gratia Sedun. episcopi, predecessoris ipsius dni episcopi Guichardi, nec etiam tempore suo dicti dni Guichardi, tandem dicta Margareta, quo supra nomine, misericordiam postulante, fuit sedata discordia prelibata ut sequitur in hunc modum, videlicet quod dictus dnus episcopus, nomine suo et ecclesie sue Sedun., dicte Margarete, quo supra nomine, supplicationibus inclinatus, necnon ad preces dilectorum suorum viro-

rum nobilium dni Rodulphi de Blonay militis, dni Sancti Pauli, et Johannis dni Aniuesii domicelli presentium et deprecantium dictum dnum super istis, dictam commissionem feudi petitam per dictum dnum episcopum, ut prefertur, remisit dicte Margarete presenti et solemniter stipulanti, nomine quo supra, et hoc pro decem lb. bonorum Maur., quas dictus dnus episcopus confessus est habuisse et recepisse a dicta Margareta, nomine (quo) supra, tam ratione remissionis feudi prelibati quam laudis facte per dictum dnum episcopum de quatuor lb. Maur. redditus venditis per Bertholetum de Ponte de Rida dicto Guillelmo. Item cum dicta filia non posset homagium facere nec feudum deservire, eo quod esset filia et minor, dictus dnus episcopus dedit et concessit dilationem et sufferlam dicte Margarete, nomine filie supradicte stipulanti, usque ad duos annos proximos dictum homagium faciendi, et hoc pro decem sol. bon. Maur. nomine sufferte quolibet anno; quam quidem sufferlam promisit solvere dicta Margareta, quo supra nomine, annualim durante sufferta. Que omnia supra scripta, facta et concordata, ut superius declaratur, dicte partes, nominibus quibus supra, confesse sunt esse vera et ita fore acta et ea, in quantum quamlibet earum tangit, promiserunt juramentis suis, scilicet dictus dnus episcopus fide episcopali et dicta Margareta jure (l. juramento) suo tactis sacrosanctis evangeliis, attendere, solvere et servare et non contrafacere vel venire per se vel per alium in futurum. Quibus actis dictus dnus episcopus investivit eam, nomine quo supra, de feudo per traditionem annuli sui, salvo tamen jure (suo) et alterius cujusvis. Quod quidem feudum dicta Margareta, quo supra nomine, declaravit, recognovit et vyavit, sicut inferius declaratur. Primo quamdam vineam sitam in territorio de Gloz, continentem circa decem fossoratas. Item virgultum de Mari cum quadam domo ibi sita, continentem circa quinque seytoria prati; nec scit aliter confinare vineam neque

virgultum. Item virgultum cum domo quam solet tenere Petrus de Mari quondam et appellatur dictum virgultum lo Crouz, super quibus debet dictus Petrus unum modium siliginis et quinque fischilinos messelli et novem sol. et sex den. per annum et sex sol. placiti. De quo modio siliginis per annum dictus Petrus solvit unum fichilinum et solvere tenetur Martinus de Randona XI fich. siliginis pro dicto Petro et duos sol. seruicii in festo Sanctorum Omnium uno anno et alio anno decem sol. et tres sol. per annum in festo nativitatis Dni pro quibusdam meneydis, item unum den. seruicii in dicto festo, item in Ascensione Dni anno quolibet capreolum valentem sex den.; item debent decimatores de Leytron quinque fich. messelli p. p. annuatim ratione virgulti dou Crous suprascripti. Item virgultum situm subtus cristam de Chamoson, continentem circa III seytoria, quod tenent heredes Waltheri lo Jorio, de quo debent XII sol. per annum; de quibus dictus Petrus de Mar percipit VI sol. Item III den. servicii quos debent heredes Aymonis Chertra cum placito. Item Stephanus de Torrente habitans apud Sanctum Petrum III den. seruicii cum placito. Item heredes Petri Chertra III obulos servicii cum placito. Item Wido de Sancto Andrea quondam III den. servicii et XII den. placiti. Item, quos debet dictus dnus episcopus et solvit nomine suo salterus et major de Chamoson, sexaginta sol. per annum super talliis de Chamoson; quorum quadraginta sol. sunt de feudo dicte mense et viginti sol. de allodio. Que omnia predicta sunt de feudo ligio mense episcopalis predicte, exceptis viginti sol. predictis, de quibus debetur dicto dno et mense sue homagium ligium. Protestans dicta Margareta, nomine quo supra, quod si plura reperirentur esse de feudo dicti homagii, quod illa recognoscet et manifestabit quam primum ad ejus notitiam pervenerit et fuerit opportunum. Cui protestationi consensit dictus dnus quod dicte Margarete, quo supra nomine, prosit et eam relevet hinc ad duos

annos proximos concessos de sufferta tantum et non ultra, et quod infra duos dictos annos recognoscet plura, si sint, eidem Margarete terminum assignando. De quibus omnibus suprascriptis petierunt dicte partes, nominibus quibus supra, fieri publica instrumenta, unum vel plura, ad opus cuiuslibet partis. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati dnus Dionysius de Thora canonicus Sedun., Girardus de Daillon, Johannes dnus Anivisii, Perrodus de Ecclesia et plures alii Datum et actum anno, loco, die, indicione et coram testibus quibus supra.

Ego vero Petrus de Lyon notarius, etc.

1882

Droits du comte de Savoie et du prieur de Lutry à Vionnaz.

Chambéry, 1345, 1 mai. — Chillon, 1293, 7 août. — Chambéry, 1321, 26 septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist., XIII, 209, ex arch. status Vallesii.

Ludovicus de Sabaudia dnus Waudi et Amedeus comes Gebennensis, tutores dni nostri carissimi Amedei comitis Sabaudie, dilecto nostro hallivo Chablasii et Geben., castellanoque Chillionis, qui nunc sunt et pro tempore fuerint aut eorum loca tenentibus salutem et dilectionem sempiternam. Conquestus est nobis vir religiosus dnus frater Johannes prior prioratus Lustriaci, nomine suo et sui prioratus predicti, quod cum inter memorie recolende dnum Amedeum quondam comitem Sabaudie, carissimum avum dni nostri nunc comitis supradicti, ex parte una, et Johannem priorem Lustriaci tunc temporis, ex alia, suo nomine et conventus ejusdem, super facto ville parrochieque de Vyona et pertinentiis ejusdem

certe facte fuerint conventiones et pacta exinde plurima consecuta, que per felicis recordationis dnos comites Odduardum et Aymonem fratres, dicti dni comitis quondam natos, roborata et confirmata fuerunt, mandataque per dictos eorum officiarios rationabiliter observari, quarum litterarum comitis Amedei quondam predicti tenores inferius fuerunt inserti; vos ballivus et castellanus predicti, veniendo contra formam dictarum litterarum et earum tenorem, plures novitates indebitas sibi et dicto ejus prioratui intulistis ibidem et inferre cohibere non cessatis, scilicet novitates et gravamina que inferius describuntur cum multis et diversis aliis quas et que scribere nimis longum esset, in sui juris et ejus prioratus predicti non modicam lesionem, dicendo et asserendo quod vos et familiares vestri saysistis barrastisque contra dictarum seriem litterarum. Item quod super causis civilibus et criminalibus citatis homines dicti loci, penas eisdem imponendo. Item quod per terrores et minas quam plures homines dicti loci de Viona facitis, eos commississe homicidum, latrocinium vel adulterium asserentes, veniendo contra formam litterarum dictarum. Item quod custodem seu forestarium ponitis in plano nemore de Viona, quod nemus ad se pertinere asserit, ut in litteris antedictis. Item quod quamdam raissiam, quam prior ipse fieri fecit in villa de Viona predicta, cum preter eum nullus alius molendina nec battitoria habeat, ut dudum fuit, sicut dicit, eidem impeditis. Item quod ministrali ejusdem viginti quinque lb. penam imposuistis quod cognoverit cujusdam latrocinii in dicta commissi parrochia per quemdam hominem prioris predicti cum quadam securi, que per dictum hominem dicitur male capta remutare (?) vobis pro dno nostro predicto, veniendo et faciendo contra tenorem litterarum dictarum. Item quod homines ipsius prioris loci de Viona predicti inquietatis et molestatis minus debite, banna ab eis exigendo pro eo quod guerre dni de Guyer et illorum

de Gebenn. cavalcate minime adfuerunt, vel pro eo quod Villamnovam tunc non custodire curaverunt, donec super hoc licentiati fuissent, veniendo et faciendo contra tenorem et formam dictarum dni Amedei quondam comitis litterarum, suppliciter nos exorans ut circa hec sibi et dicto suo prioratui velimus, sicut juri convenit, salubriter providere. Igitur cum dicti dni nostri intersit nostrique etiam, qui regimini suo sumus in comitatu Sabaudie, postulantibus justitiam ministrare, neminem opprimere vel gravare, volentes quod ipse dnus noster comes dni patrui ac contutoris vestigia ipsius predecessorum insequatur, qui suis temporibus justitiam dilexerunt, vobis precipimus et mandamus, tutorio nomine supradicto, quod dictas conventiones et pacta, sicut in ipsis litteris videbitis contineri, efficaciter et inviolabiliter observantes, nihil prorsus contra tenorem et seriem earumdem in ipsorum prioris et prioratus prejudicium in futurum faciatis aut aliter quomodolibet attemptetis. Scilicet si quid contra formam dictarum litterarum factum vel attemptatum extitit, ad statum pristinum revocetis. E contrario per vos vel predecessores vestros in dictis officiis facto ipsis priori et prioratui in aliquo non obstante, etiamsi in computis dni nostri predicti habeatur de predictis mentio aliqualis, per quem usum non intendimus nec volumus in aliquo dictas concessiones et litteras infirmari, sed nihilominus prout ante eas volumus persistere in robore firmitatis.

Tenor littere dni quondam Amedei primo concesse sequitur per hec verba :

Nos Amedeus comes Sabaudie et marchio in Italia notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos in meritate recognoscimus quod prior et conventus Lustriaci debent castro nostro Chillionis quinquaginta michas albas et tria sextaria vini annuatim pro custodia ville et parrochie de Viona. Cum autem venationem in propria persona exercemus

in plano nemore de Viona, quod ad domum Lustriaci pertinet, debent nobis homines de Viona ac parrochia dicti loci de Viona quatuor panes quatuor librarum, quatuor caseos, quatuor capones et duo sextaria vini. Si quis in predicto nemore quercum vel arborem que malus nuncupatur inciderit, vel vulpem . . . . [1] seu piscationem in aqua que Tela dicitur exercuerit, et inde clamatus et probatus fuerit, bannum trium sol. et duodecim den. de drueriis incurrit. Debent etiam homines dicte parrochie de Viona castro nostro Chillionis bastimentum per tres dies ad panem suum. In alpe de Ruscon habet castrum nostrum Chillionis annuatim in quolibet foco remancia que dicitur fruz, preter quam in illo qui est prioris, caseum unum et servicium unum et duos cartos arietis debet tota alpis de custodia. Si in prènominata alpe fraveria sanguinis facta fuerit et castellanus noster clamorem habuerit, bannum debet factor fraverie pro posse suo misericorditer LX sol. ad cognitionem prioris Lustriaci et hominum de Viona seu causam habentis ab ipso priore, et hoc in hominibus dicte parrochie de Viona, etc. Si vero clamor factus fuerit, inde nihil debetur. Preterea si quis latro probatus fuerit vel homicidium commiserit seu adulterium perpetraverit et inde probatus fuerit, prior seu tenens vel tenentes dictum locum debent corpus reddere castellano nostro predicto, et tunc omnis ejus facultas erit dicti prioris vel locum tenentis. Si autem corpus ejus non reddiderit, medietas totius facultatis erit castellani nostri, preterquam terre et domus que erunt prioris. Quodlibet casale dicte parrochie debet nobis unum caponem in carnisprivio, vel unum denarium, si caponem non habuerit. Item si castrum nostrum Chillionis necessitatem habuerit de soyes ad levandum tradendum et canabum per terram quesierit, ibi possunt querere et accipere, tunc debet de terra que est prioris et est infra terminos venationis. Debent homines placitum in muta-

[1] En blanc.

tione comitis, videlicet Anselmus IV sol. et XII den. de drueriis, Petrus Magnus II sol. et VI den. de drueriis, Roland III sol. et XII den. de drueriis, Uldricus III sol. et XII den. de drueriis. Recognoscimus autem quod nullam habemus frenueriam neque marschaliam in hominibus dicte parrochie de Viona, et quod aliquis non potest vadiare dictos homines vel eorum res capere pro priore Lustriaci vel pro suis, et quod pro predictis tenemur bona fide villam et parrochiam predictam cum suis pertinentiis, homines etiam ville et parrochie cum rebus eorum manutenere et deffendere bona fide. Et preter hec que superius exprimuntur nihil habemus in dicta villa et parrochia. Ad majorem quoque firmitatem, ex certa nostra scientia, pro nobis et heredibus seu successoribus nostris, promittimus bona fide contra premissa non venire vel aliqua de premissis. Volentes et concedentes expresse quod cum premissa omnia per recordationis inclite dnum Amedeum comitem Sabaudie, carissimum patronum (l. patruum) nostrum, olim fuerint recognita, nos si a tempore recognitionis hujusmodi circa ea extiterit aliquid innovatum, illud ad statum pristinum ex nunc totaliter revocamus. In quorum omnium robur et testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Chillionis, die veneris ante festum sancti Laurentii, anno Dni M°CC°XCIII°.

Tenor vero alterius littere comitis Amedei quondam predicti sequitur per hunc modum :

Amedeus comes Sabaudie dilecto castellano nostro Chillionis qui nunc est vel pro tempore fuerit salutem et dilectionem sinceram. Significavit nobis prior Lustriaci, suo nomine et conventus Lustriaci, quod tu impedis ipsum percipere passonagium plani nemoris de Viona, quod ad ipsum prioratum pertinet, prout ex tenore presentium litterarum tam predecessorum nostrorum quam nostri vidimus contineri. Super quo mandamus tibi quod in perceptione passonagii ipsum

non impedias nec passonagii nomine aliquid ibidem percipias usu aliquo per te vel alios officiales nostros vel jure alio non obstante. Nam ut ipsum passonagium habeat de cetero cum ipso duximus componendum. Insuper scias quod dictus prior nobis conquestus est ex eo quod cum in quadam littera nostra data Chillioni, die veneris ante festum sancti Laurencii, anno Dni M°CC°XCIII, et in quibusdam aliis litteris quorumdam predecessorum nostrorum, quod si aliquis in parrochia de Viona latrocinium, homicidium vel adulterium commiserit et inde probatus fuerit, prior vel tenens ipsum locum de Viona pro ipso priore debet corpus ipsius malefactoris castellano nostro Chillionis reddere, tu non expectato quod ipsum corpus tibi reddatur, non etiam expectato quod probatus fuerit ipsum maleficum commisisse ipsum delictum, malefactorem capis et captum punis seu puniri facis. Super quo tibi mandamus quod nos nolumus quod tu ipsos dictos malefactores capias nec manum super ipsos apponas, nisi prius probati fuerint in curia dicti prioris aliquod ex dictis maleficiis commisisse, nisi prius ipsum priorem vel tenentem locum de Viona pro ipso requisieris et in defensionem posueris de faciendo debito jure super ipso maleficio, et de hoc faciendo fuerit negligens, vel nisi malefactor in fuga fuerit manifesta, in quo casu, quia fuga ipsum culpabilem ostendit, volumus quod per te et successores tuos capi possit, ut inde fiat quod justitia suadebit. Super aliis autem in prenominatis litteris nostris contentis, illud observari per te et successores tuos volumus quod in ipsis litteris plenius continetur. Datum et actum Chamberiaci, cum appositione sigilli nostri, die XXVI mensis septembris, anno Dni MCCCXXI.

Reddantur littere portitori.

In quorum omnium robur et testimonium nos tutores predicti ad memoriam perennem omnium predictorum sigillum nostrum communis tutele, quo in negotiis utimur Sabaudie

comitatus, presentibus jussimus appendendum. Datum et actum Chamberiaci, in castro dni nostri predicti, die prima mensis maii, anno Dni MCCCXXXXV.

Relatione dnorum Stephani de Compesio et Georgii de Solerio.

Pro quibus etiam supradictis ad opus dni nostri supradicti.

Nicolus.

Redd. litt. port.

1883

Promesse et traité de mariage entre Marquet, fils de feu Casson, major de Louèche, et Guigonette, fille de Perronet de Noérey.

Sion, 1345, 20 mai.

Archives de Valère, Registrum Petri Lombardi.

* Anno Dni M°CCC°XLV, XX die mensis maii, in ciuitate Sedun. Cum tractaretur de sponsalibus contrahendis inter Marquetum filium quondam Cassonis maioris de Leuca, domicelli, ex vna parte, et Guigonetam filiam Perroneti de Noerey dicti Mesagier, domicelli, ex altera, dictus Perronetus constituit dicte filie sue in dotem quadraginta lb. Maur. Item idem Perronetus promisit dictis futuris coniugibus prestare omne juuamen in recuperando per ipsos terram dicti Marqueti de Moniat, fenito tempore quo vir nobilis et potens Petrus de Turre dnus Castellionis in Valesio ipsam terram tenere debet. Dictusque Marquetus dedit predicte Guigonete terciam partem omnium bonorum hereditatis eius tam paterne quam Johannis de Turre et Anthonii Werlini, domicellorum, fruencium in bonis quondam matris et sororis ipsius Marqueti. Testes : Henricus mistralis de Chammunyns, etc.

1884

Hommage de Jacques de Crista en faveur de l'hôpital de Saint-Jean de Jérusalem, à Salquenen.

Sion, 1345, 8 juin.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XIII, 201, ex archivo Sarqueni.

In nomine Dni, Amen. Anno ejusdem M°CCC°XL quinto, indictione XIII, die tertia mensis junii, Seduni, in domo Nycolai de Castellione jurisperiti, coram me et testibus infrascriptis propter hoc specialiter constitutus dnus Boso curatus de Massungie, rector domus seu hospitalis de Sarqueno, ordinis beati Johannis de Jerusalem, procurator et nomine procuratorio fratris Roberti de Urmo, ordinis predicti, commendatoris hospitalium et domorum ipsius ordinis existentium in Sabaudia et diocesibus Sedun. et Augusten., de ipso procuratoris fidem faciens per quoddam publicum instrumentum, ex una parte, et Jacobus de Crista clericus, filius quondam Francisci de Crista, ex altera. Cum nuperrime dictus Jacobus de Crista homagium ligium fecerit in manu dicti procuratorio recipientis ad opus dicte domus seu hospitalis de Sarqueno, sub certa conditione ac prout continetur in quodam publico instrumento manu mei notarii infrascripti die presenti recepto, hinc est quod dictus Jacobus dictam conditionem sibi et heredibus suis volens esse salvam, ea salva remanente voluit et concessit ac obligavit dicto dno Bosoni recipienti, ut supra, quod res et bona ipsius Jacobi que inferius designantur, ex nunc in antea sint et existant sub et de feudo dicti homagii ligii, volens et recognoscens pro se et heredibus suis se ea tei nere sub dicto feudo homagii ligii a dicta domo seu hospital de Sarqueno, ac se inde debere ei usagia infra scripta. Sequuntur res et bona predicta quas et que confessus est et vo-

luit se tenere idem Jacobus, ut supra : primo unam peciam vinee, campi, prati et insule cum duobus molendinis intra sitis, sitam apud Sarqueno, juxta vineam et pratum dni Uldrici de Sirro militis ab ortu et juxta Rodanum. De quibus confessus (est) dictus Jacobus se debere dicte domui de Sarqueno unum modium siliginis, decem sol. Maur. redditus, duos sol. Maur. servicii in festo beati Martini, cum quinque sol. placiti in morte vassalli tantum, etc. Item unam domum Brige sitam, etc. Item tres modios vini, etc. Item unam lb. piperis, etc. Item omnia bona que fuerunt Nycholai fratris dicti Jacobi de Crista ; super quibus confessus est se debere duos sol. annui redditus nomine seruicii et quatuor sol. nomine placiti. Quibus actis, ut supra, idem dnus Boso, quo supra nomine, prefatum Jacobum de Crista recipientem pro se et heredibus suis de dictis rebus et bonis per traditionem notule hujus instrumenti investivit, salvo jure dicte domus seu hospitalis et alterius, etc. De quibus premissis dicte partes preceperunt per me notarium infra scriptum sibi fieri duo publica instrumenta ejusdem tenoris, etc. Testes ad hoc fuerunt vocati dnus Waltherus de Laz Votaz sacerdos, Nycholaus de Castellione jurisperitus, Roletus de Arbignyon clericus. Et ego Perrodus de Martigniaco, Sedun. diocesis, clericus, qui, etc.

1885

Contrat de mariage entre Jacques de Morestel et Jeannette, fille de Jacques de Gessenay.

Sion, 1345, 10 juin.

Archives de Valère, Registrum Girardi Maioris de Dallion.

* Anno Dni M°CCC°XL quinto, die X^a^ mensis junii, Seduni, cum Jaquemodus de Gissiney ciuis Sedun., domicellus, et Ja-

cobus dictus de Morestello de Grangiis, domicellus, tractatum habuerint de faciendo matrimonium inter dictum Jacobum de Morestello et Jonetam filiam dicti Jacobi de Gissiney, quam Johannetam ipse Jacobus habuit quondam a Perreta filia quondam Perronini Maieschet de Contez, prima vxore sua, dicte partes tales fecerunt pactiones. Videlicet dictus Jacobus de Gissiney dedit in dotem dicte Jonete quinquaginta lb. Maur. semel, soluendas per certos terminos, item sex bisseletos siliginis redditus, quos soluere tenetur dicte Jonete Nantermus vicednus de Martigniaco, virtute legati dicte Jonete facti quondam per Germanam vxorem dicti Nantermi, amittam dicte Jonete, item quicquid ipsa Joneta habet et habitura est ex causa legitime successionis in bonis dicte Germane et in bonis Nicholete relicte Marqueti de Gissiney, morantis apud Contez. Item dictus Jaquemodus dat dicte Johannete in solutionem pro viginti lb. dictarum L lb. duos modios cum dimidio siliginis redditus, in quibus tenentur Johannodus dictus de Turre et eius feudatarii. Item dictus Jacobus de Morestello dedit dicte Johannete sponse sue future quatuordecim lb. Maur. semel. Se constituerunt fiduiussores pro solutione supradicte dotis Gottefredus de Poleyn miles, Franciscus Albi de Grangiis domicellus, Johannodus dictus de Gissiney, frater dicte Johannete, etc.

1886

Excommunication de Pierre du Châtelard, coseigneur d'Eserables, pour refus de payement de frais.

Lausanne, 1845, 13 juillet.

Archives de Valère.

Goth(efredus) cantor et Petrus dYllens canonicus et officia-

lis Lausan., judices a sede apostolica delegati in causa appellationis que coram nobis agitata extitit inter virum nobilem Petrum de Castellario condnum vallis de Eserablo, Sedun. diocesis, appellantem, ex parte vna, et vener. capitulum ecclesie Sedun., appellatos, ex altera, curatis seu vicariis Tharen., Sedun. et August. ciuitatum et dioceseon ad quos littere presentes peruenerint, salutem in Dno et mandatis apostolicis firmiter obedire. Quoniam Petrus predictus excommunicationis sententiam a nobis in ipsum latam, canonica monitione premissa, pro eo quod fuit in mora et adhuc est soluendi venerabili viro et discreto dno Berardo Albone decano, concanonico nostro Lausan., assessori nostro in dicta causa communiter a partibus electo, quatuor florenos auri eidem decano per nos taxatos et adiudicatos pro labore et consilio nobis in dicta causa per eundem impenso et habito, aut nobis uel latori monitionis nostre super hoc emisse ad opus eiusdem, prout in dicta monitione nostra plenius continetur, diu substinuit et adhuc substinet animo indurato, nos ipsum P. et dictam sententiam aggrauamus in hiis scriptis; mandantes vobis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis, quam in negligentes et rebelles ferimus, quatenus eumdem Petrum nuncietis publice excommunicatum et aggrauatum in vestris ecclesiis singulis diebus dominicis et festis, tamdiu donec absolutionis beneficium super hoc a nobis meruerit obtinere. Datum Lausanne, sub sigillis nostris, die XIII[a] mensis julii, anno Dni M°CCC°XL°V°. Reddite litteras sigillatas, ita quod in executione alter vestrum alterum non expectet.

1887

Intimation faite à Girard Borgeis de Gex, seigneur de Liddes, de faire ratifier par ses parents une sentence arbitrale prononcée entre lui et la commune de Liddes.

1345, 14 juillet.

Archives de Liddes.

Nos Johannes Rauaisii legum professor, judex in Chablaisio et Intermontibus pro illustri principe dno nostro Amedeo comite Sabaudie, Guillermus de Castellione miles, dnus Larringii, castellanus Intermoncium, et Johannes Balli procurator in locis predictis pro dno nostro comite memorato notum facimus vniuersis quod cum questio coram nobis tanquam arbitris ventilata fuerit et sedata inter Girardum Borgesii de Gaix dnum de Liddes, ex vna parte, et homines communitatis, ville et parrochie de Liddes, ex altera, super eo quod cum dictus Girardus de Gaix peteret a dictis hominibus bona mobilia omnium decedencium in parrochia predicta, testamento condito vel non condito, nullis liberis legitimis estantibus, super qua questione pronunciauimus dictum Girardum Gaix habere debere bona mobilia decedencium in parrochia predicta, nullis superstitibus liberis, nulloque testamento condito. Super bonis vero decedencium sine liberis, testamento condito siue donacione inter viuos vel causa mortis, habeat et percipiat quinque sol. Maur., et si bona decedentis non sufficerent, quod eo casu communitas predicta dictos quinque sol. supplere et soluere teneatur. Item quod dicti homines de Liddes dicto Girardo dare teneantur triginta quinque lb. Maur. semel. Quam pronunciacionem dicti homines de Liddes, nominibus quibus supra, tenentur facere confirmari per com-

munitatem supradictam et dictus Girardus per Stephanum patrem suum, Johannetam vxorem suam et Amedeum de Alingio, prout hec omnia in littera pronunciacionis predicte lacius continentur. Et cum dicti homines de Liddes rattifficacionem communitatis predicte procurauerint erga communitatem ipsorum iam esse factam, ut de rattificacione nobis constat per publica instrumenta, nosque instanter requisierint quod cum dictus Girardus rattifficacionem pro parte sua minime fieri procurauerit, licet certa pena in pronunciacione predicta fuerit apposita, ut super hoc eisdem prouideremus de remedio condecenti et licet dicta pronunciacio facta fuerit sine temporis prefinicione quo ad rattifficaciones per partes faciendas hinc et inde, nos volentes quod pronunciacio predicta ad opus partis vtriusque plenum sorciatur effectum, volumus et ordinamus quod dictus Girardus infra duos menses a notifficacione presenti eidem vel eius locum tenenti apud Liddes facta numerandos rattifficacionem pro parte sua fieri procuret cum effectu, et nichilominus concedimus hominibus memoratis quatenus de pronunciacione per nos facta et de omnibus dependentibus ex eadem ipsum Girardum de Gayo inpune gaudere non permittant in toto vel in parte, quousque idem Girardus pronunciacionem predictam, prout in littera predicta continetur, rattifficare fecerit pro parte sua per personas superius nominatas. Qua rattifficacione facta gaudeat idem Girardus plenius de pronunciatis, secundum tenorem pronunciacionis supradicte. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum die XIIII mensis julii, anno Dni M°CCC°XLV°.

1888

Promesse et traité de mariage entre Perrod de Rarogne et Alésie, fille de Louis Albi, donzel.

Louèche, 1345, 2 août.

Archives de Valère, Registrum Petri Lombardi.

* Anno Dni millesimo CCC°XL quinto, die secunda mensis augusti, in hospicio publico suste de Leuca, cum tractaretur de matrimonio contrahendo inter Perrodum filium dni Rodulphi de Rarognia militis et Alesiam filiam Ludouici Albi de Granges domicelli et Francesie quondam uxoris sue, prefatus Ludouicus Albi dedit dicte Alesie in dotem XXV lb. Maur. redditus annualis, item nomine trosselli quamdam domum suam apud Leucam, juxta celarium seu domum dicti Ludouici. Dictusque dnus Rodulphus dedit dicte Alesie in donacionem que vocatur Morgenba, septem lb. redditus annuatim. Testes: vir nobilis Johannes dnus de Aniuesio, dnus Willermus de Clarens canonicus Sedun., Johannes de Platea, Vldricus de Rarognia, Johannes de Mond, domicelli, etc. Deinde anno quo supra, die XX octaua augusti, apud Moniat, in domo nobilis mulieris Agnetis relicte Francisci Albi de Granges domicelli prenominati, dnus Rodulphus de Rarognia et Ludouicus Albi, cupientes alter alteri pactiones premissas attendere plenius et complere, fideiussores infrascriptos dederunt, videlicet dictus Rodulphus dnum Franciscum de Compesio militem, Johannem de Platea, Thomam de Platea, Johannem Asperlini, Aymonem de Mulybach, domicellos, et Willermum Aymonis de Leuca; dictusque Ludouicus Albi Johannem dnum de Aniuesio, Petrum Albi de Granges, Franciscum eius fratrem, Aymonem de Olono, Perrodum de Morestello et Perrodum de Venthona, domicellos: qui fideiussores promiserunt, etc.

Testes : dnus Willermus de Clarens canonicus Sedun., Petrus de Aniuesio domicellus, Perrodus salterus de Martigniaco, etc.

1889

Formule du serment à prêter par les chanceliers.

Valère, 1345, 5 août.

Archives de Valère, B, 69, original ; — G, f8, copie.

Forma juramenti cancellariorum.

Nos capitulum ecclesie Sedun. notum facimus vniuersis quod nos die presenti congregati more solito ad sonum campane pro capitulo faciendo pro vtilitate nostra et dicte ecclesie statuimus et ordinauimus prout inferius continetur. Imprimis quod quicumque recipitur seu efficitur juratus cancellarie nostre, juret articulos infrascriptos : Primo quod ipse bene et legaliter exercebit officium cancellarie predicte ad opus vtriusque partis contrahentium. Item quod in presencia partium scribet leuaciones chartrarum quas leuabit, videlicet formam contractus, prout poterit, et diem et testes et sic leuatas leget partibus contrahentibus. Item quod chartras sic leuatas infra duos menses vel tres saltem ponet et tradet ad registrandum cancellarie Sedun. Item quod procurabit commodum et vtilitatem dicte cancellarie quantum poterit, inducendo partes ad faciendum chartras cancellarie supradicte. Item quod non conficiet instrumenta publica tabellionatus super contractibus perpetuis et testamentis in toto dominio, regalia, baronia et territorio dni episcopi Sedun. Statuimus insuper modo quo supra quod beneficiati et alii seruitores ecclesie Sedun. tam superioris quam inferioris jurare teneantur articulos infrascriptos. Primo quod ipsi non impedient legata que fideles quicumque voluerint legare in testamento vel extra nobis ca-

pitulo uel capellanis seu altaribus ecclesie supradicte. Item quod ipsi non conficient instrumenta publica tabellionatus super contractibus perpetuis et testamentis in toto dominio, regalia, baronia et territorio dni episcopi Sedun. Item quod erunt fideles nobis capitulo et procurabunt honorem et commodum, quantum poterunt, castri nostri Vallerie et habitantium in eo et vbi scient aliquod malum machinari per aliquos contra nos seu habitantes predictos, hoc impedient toto posse ac etiam illis de capitulo reuelabunt. Item quod decani et alii personatum seu dignitatem obtinentes in ecclesia Sedun. non recipient aliquem in seruitorem nec in officium curiarum suarum, nisi juramentum super predictis prestiterit sicut ceteri seruitores. In quorum testimonium sigillum nostrum presenti statuto duximus apponendum. Datum in ecclesia Valerie predicta, prima die veneris augusti, ad quam diem pro predictis et aliis nostris negociis continuauimus kl. mensis augusti predicti, anno Dni millesimo CCC°XL° quinto.

Sceau tombé.

A la suite de la copie du présent acte se trouvent des formules de divers autres serments, mais sans date; nous les donnons ci-après.

1890

Formule du serment à prêter par les chanoines.

(1345.)

Archives de Valère, G, 18, cahier du XVI° s.

Forma juramenti canonicorum.

Ego N. canonicus Sedun. ab hac hora in antea fidelis ero ecclesie Sedun. et faciam residenciam apud Valleriam. Sic me Deus adiuuet et sacrosancta euangelia.

Residencia vero secundum interpretationem dni Henrici[1]. Dei gracia episcopi, Jacobi et Aymonis decanorum et Walteri cantoris Sedun., quibus totum capitulum huiusmodi interpretationem faciendam commisit, talis est. Quilibet canonicus Sedun., quamdiu est in civitate vel in suburbio Sedun., debet singulis noctibus apud Valleriam pernoctare et eamdem ecclesiam frequentare. Si vero proprium fouet larem vel regit familiam vel quocumque modo viuit de suo, hoc tenetur facere infra muros Vallerie per istius debitum juramenti, ita quidem quod si forte ex causa necessitatis, vtilitatis semel in ebdomada vel secundo, dum modo non pluries, nisi vt dictum est et non consequenter sed interpolatim, inferius comederet vel, etc., pernoctaret, vel si forte canonicorum aliquis specialem amicum haberet inferius grauiter egrotantem et ante eum, quamdiu esset in mortis articulo, vellet jacere, nulla fraude adhibita neque dolo, non propter hoc reputabitur periurus, dummodo in aliis bene seruaret residenciam, sicut superius est expressum. Cum vero quis presens non interfuerit kallendis, nulla neccessitas, vtilitas vel leuitas excusabit quo ad receptionem eorum que diuiduntur ibidem, nisi forte apud Valleriam sanguine minutus vel egrotans fuerit. Ita tamen quod si processu temporis, faciente Dno, ecclesiam in tantum contingeret ampliari quod ambitum murorum qui nunc sunt extenderet et funiclos suos faceret ampliores, etiam de consensu tocius capituli ampliari debitum juramenti.

Ab isto juramento sunt quatuor inferiores excepti, quorum quilibet in canonicum assumptus tenetur huiusmodi facere juramentum, videlicet quod infra coronam anni, si non sit presbiter, quantum in se est, in presbiterum sit promotus et faciat continuam residenciam in ciuitate Sedun. officiando ecclesiam pro posse suo. Ita quidem quod si vltra tres septimanas in anno sine licencia capituli vel maiorum et sanioris

[1] L'évêque Henri de Rarogne.

partis ipsius capituli absens fuerit, ipso jure et de facto vaccet prebenda sua et jure quod habebat in ea, sit priuatus, ita quod alii sit conferenda, qui possit et velit in dicto ordine in predicta ecclesia deseruire.

1891

Formule du serment à prêter par les clercs du chœur de Valère.

(1345.)

Archives de Valère, G, 18.

Forma juramenti clericorum chori qui in futurum recipientur ad chorum per dnum cantorem Sedun. tenentur jurare articulos subscriptos in manibus dicti dni cantoris, antequam dictus dnus cantor ponat eis habitum ecclesie. Forma juramenti habituatorum:

Et primo fidelitatem, legalitatem et probitatem dno episcopo Sedun. et suis et etc., et similiter dnis decanis, cantori, sacriste et omnibus dnis canonicis ecclesie Sedun. in generali et in speciali. Item quod ero bonus, fidelis et probus castro Vallerie et omnibus habitantibus in eo, et maxime vobis cantori ero probus, fidelis et obediens in ecclesia et in choro de hiis que precipietis michi vel vester subcantor. Item quod frequentabo chorum et horas canonicas pro posse meo et maxime in magnis solemnitatibus, et omnia alia bona opera faciam que in ecclesia pertinent facere uni clerico chori juxta posse meum. Item dictus dnus cantor non deberet dare habitum nisi sciant septem psalmos cordetenus et quod sint in habitu clericali.

1892

Formule du serment à prêter par les altariens.

(1345.)

Archives de Valère, G, 18.

Forma juramenti altariensium.

Sequitur modus, ordo et forma juramenti in quibus altarienses et beneficiati ecclesie Sedun. et Vallerie sunt obligati jurare et promittere manibus ebdomadarii seu collatoris dictorum beneficiorum in futurum promouendorum in dictis ecclesiis. Et primo quod ego N. juro et promitto super sanctis Dei euuangeliis quod ero bonus, fidelis et legalis dno episcopo Sedun. moderno et suis successoribus legitimis et dnis decanis, sacriste, cantori et omnibus dnis canonicis ven. capituli Sedun. in generali et speciali et eorum bonum, commodum et honorem procurare, in quantum potero, dampna, scandala et incommoda euitare, deffendere et eisdem notifficare pro posse meo et maxime esse fidelis castro Vallerie et libertates dicti castri obseruare. Item quod deffendam et manutenebo jura altaris seu beneficii mei et maxime de dicendo missas ordinatas per fundatores dicti altaris seu beneficii per me vel per interpositam personam ad hoc ydoneam. Item quod frequentabo horas canonicas ad diurnum officium et nocturnum. Item quod bona alienata dicti altaris seu beneficii pro posse reducam in dicto altari. Item quod non vendam neque alienabo quicquam de redditibus, seruiciis, vsagiis et bonis dicti beneficii sine laude et consensu dnorum de capitulo. Item quod pro posse meo tenebo possessiones dicti altaris seu beneficii mei in bona cultiuatione. Item quod faciam recognitiones et limitationes nouas de redditibus, seruiciis, placitis et vsagiis dicti altaris. Item si esset aliquis qui deberet aliquem

redditum dicto altari quem non solueret, de quo haberem informaciones, quod faciam meam diligentiam contra ipsum cum dictis informationibus per curias juridicas. Item quod amplius non faciam neque scribam instrumenta publica, nisi chartras cancellarie dicti capituli Sedun. Item quod ponam in manibus procuratoris dicti capituli inuentarium instrumentorum, chartrarum et aliorum documentorum dicti altaris infra quatuordecem dies a receptione mea. Item omnia faciendi que vnus bonus et verus beneficiatus debet facere in diuino officio in ecclesia tam in choro quam in dicto altari.

1893

Formule du serment à prêter par le marguiller de Valère.

(1345.)

Archives de Valère, G, 18.

Forma juramenti matricularii.

Ego N. juro et promitto super sanctis Dei euangeliis quod in posterum ero bonus, fidelis et legalis dno episcopo Sedun., decanis, sacriste et cantori ac ceteris canonicis ven. capituli Sedun. tam in generali quam in speciali, eorumque bonum, commodum et honorem procurare, damna, scandala et incomoda euitare et defendere in quantum potero et eisdem notificare *, et maxime me fidelem esse castro Vallerie, libertatesque eius obseruare, infraque portam ferream singulis noctibus pernoctare et manere, et quod debitis et congruis horis ad diuina officia pulsare, luminaria, candelas et libros ad diuina officia necessarios preparare et diligenter disponere et singulis diuinis officiis interesse et in eisdem fideliter deseruire, nec quouis modo me ab eisdem absentare preter et absque licentia obtenta ab ebdomadario pro tempore existente, hostium-

que ecclesie Vallerie horis debitis et congruis obserare et claudere et apperire, sub pena V sol. exigenda per fabricatorem ecclesie superioris, totiens quotiens presentis forme limites excessero. Ita Deus me adjuuet et sancta Dei euangelia.

1894

Formule du serment à prêter par le portier de Valère.

(1345.)

Archives de Valère, C, 18.

Forma juramenti portenarii.

Ego N. juro et promitto, etc., (ut supra usque ad *) ac singulis noctibus infra portam castri Vallerie dormire et pernoctare, horisque debitis et consuetis dictam portam obserare et claudere et apperire ac pontem leuare et remittere, clauesque porte dnis decanis pro tempore residentibus aut alteri eorum, et in eorum absentia dno sacriste vel cantori singulis noctibus presentare et consignare, sub pena V sol. exigenda per dnos decanos, et predicta inuiolabiter obseruare. Ita Deus, etc.

1895

Formule du serment à prêter par le métral du chapitre.

(1345.)

Archives de Valère, C, 18.

Forma juramenti mistralis.

Primo quod ipse teneatur jurare super sacro canone juste et probe regere et gubernare mistraliam.

Item quod erga debitores dicte mistralie bene et diligenter ab omnibus recuperare teneatur, nemini parcendo.

Item quod de exactis et recuperatis teneatur bonum computum reddere et legalem prestare.

Item quod de non exactis teneatur bonam diligenciam facere vsque ad . . . . . vel ad negationem peticionis judicialiter facte.

Et quod edoceat de diligencia facta in festiuitate S. Jo. Bapt. et illam exhibeat capitulo vel eius auditoribus computi, qui pro tunc erunt deputati, alioquin non defalcentur.

Item quod mistralis teneatur debite cultiuare vineas et alias possessiones communes.

Item quod compotiste qui pro tunc sunt deputati computare, etiam teneantur jurare tali modo videlicet quod bene et probe sine parcialitate quacumque computabunt.

1896

Jean de Drone, chanoine de Sion et recteur de la chapelle de Saint-Jean de Grions, donne à ferme cette chapelle à Nichod Kally.

1345, 2 septembre.

Archives de Valère, Registrum Will. Arencyerii.

* Anno Dni M°CCC°XL quinto, inditione XIII, die II mensis septembris, Johannes de Drona canonicus Sedun., tanquam rector capelle B. Johannis de Grions, ad firmam dedit Nychodo Kally de Grions clerico dictam capellam de Grions cum omnibus juribus, possessionibus, redditibus, etc., suis hinc ad IIII^or^ annos pro centum sol. Maur. annue pensionis, de quibus de gracia speciali remittit eidem Nych. XX sol. Maur. annuatim. Actum fuit quod idem Nych. tenetur soluere dno abbati Sancti Mauricii Agan. XL sol. Maur. in festo Purifica-

cionis B. Marie Virginis et dno Johanni de Bloney XIX den. censuales et tres bisselet frumenti dicto Exerten (?) annuatim. Item tenetur dictus Nych. manutenere domum et grangiam et cellarium et vineas ipsius capelle.

1897

Monitoire de l'official de Sion contre Pierre du Châtelard, coseigneur d'Eserables.

Sion, 1345, 17 septembre.

Archives de Valère.

Officialis curie Sedun. curatis siue vicariis de Seduno, de Ridda et aliis ad quos presentes peruenerint, salutem in Dno. Vobis et vestrum cuilibet qui super hoc requisitus fuerit, districte precipiendo mandamus, quatenus ex parte et auctoritate nostra moneatis canonice et competenter Petrum de Castellario domicellum, condnum vallis de Eserablo, ut ipse infra quatuor menses proximos satisfaciat ven. capitulo Sedun. super quatordecim lb. Maur. taxatis et adiudicatis eidem capitulo per discretum virum Petrum de Bacio clericum, comissarium nostrum in hac parte, pro expensis factis ex parte dicti capituli in causa que coram dicto commissario nostro inter dictum capitulum seu procuratorem suum, ex vna parte, et dictum Petrum domicellum, ex altera, extitit ventilata, in cuius cause expensis idem domicellus condempnatus sententialiter extitit, prout in ipsius commissarii nostri processibus et sentencia continetur, alioquin ipsum domicellum, quem ex nunc ut ex tunc ob suam contumaciam excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatum publice nuncietis. Datum Sedani, XVII die septembris, anno Dni millesimo CCCXL quinto. Reddite litteras sigillatas in signum mandati nostri executi,

ita quod alter alterum non expectet, primo pro monicione, secundo pro excommunicacione.

Traces de deux sceaux.

1898

Augmentation de fief accordée par Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, à Etienne, fils de Jacques de Gessenay.

Conthey, 1345, 21 novembre.

Archives de Valère, Registrum Girardi Maioris de Dallion.

* Anno Dni M°CCC°XLV°, die XXI° nouembris, Contegii, in castro viri nobilis Perrodi de Turre dni Castellionis in Valesio, in propria camera dicti dni, cum idem dnus infeudauerit perpetue Stephanum filium Jaquemodi de Gissiney, ciuis Sedun., domicelli, de bonis et rebus quondam Jacobi de Aragnon domicelli, que eidem dno de Turre pertinebant, excepto jure siue parte decime de Leytron siue de Montagnon, quam et quod olim percipiebat idem Ja. de Aragnon in ipsa decima, quod jus et partem dictus dnus retinuit sibi, pro qua infeudatione dictus Stephanus fecit ipsi dno hominium ligium vt hec et alia in quodam instrumento continentur, propter quod dictus Jacobus de Gissiney nomine dicti filii sui dicto filio suo per dictum dnum ipsam partem decime, si foret bone voluntatis dicti dni et precipue egregie dne Agnetis de Grandissono vxoris dicti dni, maxime quod, vt idem Jacobus de Gissiney dicebat, totum aliud feudum dicto Ste. concessum non erat tanti valoris vltra onera, quod idem Stephanus et eius vxor possent inde sustentari ; vnde idem dnus de Turre, laude dicte dne, dedit dicto Jacobo de Gissiney, ad opus dicti Ste. et heredum suorum, in augmentum feudi dicti homagii vnum modium redditus perpetui de illis decem octo fischilinis

siliginis in quibus sibi dno de Turre tenebatur Ansermodus de Vernez de Magi super certis rebus sitis apud Magi. Mandans, etc. Addito in premissa concessione quod dictus dnus de Turre retinuit sibi quod ipsum modium redditus rehabere possit pro octo lb. Maur. semel eidem Ste. soluendis.

1899

Le juge du Chablais annulle une sentence qu'il avait rendue contrairement aux franchises de la ville de Saint-Maurice.

Saint-Maurice, 1345, 23 novembre.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Nos Johannes Rauaisii legum professor, judex in Chablaisio et Geben. pro illustri principe dno nostro Amedeo comite Sabaudie, notum facimus vniuersis quod cum nos, hac die presenti, in nostris Sancti Mauricii assisiis Agnetem dictam de Fonte de Sancto Mauricio et burgensem dicti loci pro eo quia inchoabatur dixisse maliciose et iniuriose Agneti Foilleta: Pulchra auuncula dimitte me stare, tu delaceras signa et panes ad os furni, tu potes tantum quantum vis de ipsis portare, prout hec omnia in quadam inquesta aduersus eam ad denunciacionem Agnetis Foilleta facta, anno presenti, die secunda mensis julii, plenius vidimus contineri, in decem sol. Maur. dno nostro comiti dandis finaliter condempnauerimus, quod sindici communitatis et ville Sancti Mauricii de premissa condempnatione sencientes se grauatos, quoniam dictam sentenciam condempnatoriam asserunt contra franchesias et libertates latam fore, eorum franchesiam et inter cetera quandam clausulam in ea descriptam produxerunt et exhibuerunt coram nobis, cuius quidem clausule tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: De verbis iniuriosis dictis non in

presencia iudicum vel officialium nostrorum, si iniuriatus sibi petit emendam adiudicari, nullum bannum debetur duo, nisi sint talia verba pro quibus possit induci duellium. Nos igitur judex predictus attenta franchesia et clausula supradictis, quam franchesiam et libertates et potissime clausulam supradictam ignorantes, pro eo quod coram nobis extitit nunc exhibita, tulimus sententiam supradictam, nolumus propter huiusmodi sententiam dictis burgensibus in dictis eorum franchisiis preiudicium aliquod inferri seu quomodolibet generari, sed dictam franchesiam, prout etiam ante, volumus in suo robore remanere. Datum in assisiis nostris Sancti Mauricii, die XXIII nouembris, anno Dni M°CCC°XLV°.

Sceau pendant.

1900

L'official de Sion rend à Perrola, femme de Johannod Hermen, l'administration de sa dot à cause des dissipations de son mari.

Sion, 1345, 19 décembre.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. cliii.

Nos officialis curie Sedun. notum facimus presentes litteras inspecturis quod comparentibus in judicio Johannodo Hermen de Seya juniori, ex I^a^ parte, et Perrola filia quondam Anthonii de Champez ex Grimisua, eius uxore, ex altera, proposuit coram nobis in judicio dicta Perrola quod dictus Johannodus eius maritus male amministrauit negocia sua et dissipauit bona sua in tantum quod vergit ad inopiam et non potest sibi uictum et necessaria sua ministrare, quare petebat amministrationem sue dotis sibi reddi per nos. Ad que respondit dictus Johannodus quod ipse hactenus male fecit, facta sua et bona sua dissipauit et confessus fuit petitionem dicte mulieris esse veram, quare petebat sibi quod amministrationem

dotis sue haberet dicta Perrola. Qua propter nos officialis predictus inquisita super predictis ueritate summarie et de plano inuenimus predicta esse vera, idcirco administrationem dotis sue dicte Perrole reddimus et adiudicamus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum curie nostre presentibus litteris duximus apponendum. Datum Seduni, XIX die mensis decembris, anno Dni M°CCC°XLV°. Expedita per Willermodum Arencier clericum in judicio de mandato dni officialis. Datum ut supra.

1901

Vente d'une eau d'irrigation.

Venthône, 1345.

Archives de Valère, Registrum Joh. Daux.

Anno Dni M°CCC°XLV, in villa de Venthona, sub hurmo, Jo. de Venthona domicellus concessit Burcardo filio quondam Perrini dou Boriat, recipienti nomine suo et Johannodi fratris sui, pro I den. seruicii cum placito vnum ergeres transeunte per vineam Jo. de Glarez per aqueductum per quem Jacodus Mariete ducit aquam, ad irigandum ipse Borcardus circa dimidium setorium prati, situm in territorio de Bernona.

1902

Réclamations adressées à l'évêque de Sion par le chapitre au sujet de la métralie d'Hérens et des émoluments de la chancellerie pendant l'année qui suit la mort d'un chantre.

(Vers 1345.)

Archives de Valère.

Reuerende pater, vidimus chartras adquisitionum de bonis

allodialibus et rebus ac juribus aliis quas quondam dnus Henricus episcopus Sedun. fecit a quondam dno Willelmo et Aymone fratre eius de Ayent, in quibus adquisicionibus de mistralia de Heruens seu de Ayent nulla fit mencio. Item chartram vnam leuatam per IX annos ante adquisiciones predictas, que continet quod cum questio esset inter dictum dnum Willelmum et fratres suos, ex vna parte, et dnum Nantelmum de Ayent et nepotes eius, ex altera, super turre de Ayent, per amicos fuit sedata et ceterum jus vtendi et habendi refugium in dicta turre fuit dicto dno Nantelmo et parti sue adiudicatum. Et dicte tres chartre sunt in foleis duobus chartrarum que nobis transmisistis. Pro parte vero capituli vidimus chartras infrascriptas : Primo vna que continet quod Nantermus de Ayent domicellus vendidit capitulo Sedun. Willelmum Talant de Suens hominem suum ligium et Petrum dictum Playsent de Lafassi et filios a la Sorda de Lafassi et alia usagia qualia predicti homines et eorum comparticipes in valle de Heruens ratione albergamenti Amedei de Ayent, aui sui materni, eidem Willelmo debebant, item omne jus et dominium vtile et directum, racionem et actionem quod et quas habebat in tota valle predicta de Heruens racione albergamenti de la Sala de Ayent, promittens per se et suos heredes predicta omnia garentire dicto capitulo perpetue in allodium contra omnes [1]. Item aliam chartram leuatam sub anno Dni M°CCC° IIII°, que continet quomodo predictus Willelmus Talant confessus est et recognouit se racione dicte vendicionis esse hominem ligium capituli Sedun. et de mistralia dicta de Ayent et ceteris aliis rebus de feudo dicti capituli existentibus racione vendicionis predicte debere respondere dicto capitulo. Item aliam chartram leuatam anno Dni M°CCC°VII°, quecontinet quod Petrus dictus Maior de Suens confessus est et recognouit se debere homagium ligium capitulo Sedun. pro

[1] Voy. tom. II, pag. 513.

mistralia de Heruens, quam mistraliam in feudum homagii ligii a dicto capitulo recognouit, declarando in eadem chartra que et qualia jura seu prestaciones habere debent in valle predicta capitulum et ipse mistralis racione mistralie predicte[1]. Item aliam chartram leuatam sub anno Dni M°CCC°XV°, que continet quod dnus Aymo tunc episcopus Sedun. predictam vendicionem et omnia que continentur in illa, laudauit et approbauit, eo saluo quod predicte res vendite semper remanent de feudo mense episcopalis[2]. Item aliam chartram leuatam M°CCC°XXXI°, que continet quod Albertus mistralis de Suens, pro mistralia que dicitur de Ayent vallis de Heruens, nepos predicti Willelmi Talant aui sui, marciauit dictam mistraliam a dicto capitulo ad certum tempus. Item aliam chartram leuatam M°CCC°XXXV°, in qua continetur quod dictus Albertus maior de Suens, mistralis in valle de Heruens in mistralia dicta de Ayent, ad instanciam procuratorum capituli Sedun. confessus est et recognouit per juramentum suum proprium se tenere in feodum homagii ligii a dicto capitulo dictam mistraliam cum juribus et pertinenciis suis. Et ideo visis predictis chartris, quas si placuerit P. vestre, parati sumus ostendere, et consideratione habita quod capitulum ex causis predictis bona fide fuit et est in possessione pacifica jurium dicte mistralie et aliorum que continentur in vendicione facta ipsi capitulo per dictum Nantelmum domicellum, lapsi sunt quadraginta anni, et quod de juribus et rebus contentis in dicta vendicione nulla est mencio specialis in adquisicionibus dni episcopi suprascripti, dicimus nos Dyonisius de Thora et Theobaldus de Brusatis, canonici Sedun., capitulum non debere nec potuisse de jure amoueri seu impediri a vel in possessione mistralie predicte, sed debere reduci et integrari ad illam.

[1] Voy. tom. III, pag. 136.

[2] Voy. tom. III, pag 249.

Item super eo quod vestra P. petit et dicit ad se pertinere obuenciones cancellarie Sedun. vnius annui, quociens vacat cantoria ecclesie Sedun. seu decanatus eiusdem ecclesie, nos visis applicacione facta per statutum capituli distribucionibus horarum diuini cultus in ipsa ecclesia de obuencionibus cancellarie predicte et approbacione dicti statuti dni tunc episcopi subsecuta, et consideratis causis in eodem expressis quare ex tunc imposterum episcopus obuenciones dicte cancellarie vnius anni tociens deberet percipere quociens decanatus Sedun. vacaret, quos antea solitus erat et debebat percipere quociens cantoria vacabat, que applicacio, ordinacio et approbacio facte sunt lapsis fere sexaginta annis, vt patet ex data littere approbacionis huiusmodi [1]. Item consideracione habita quod ex tunc citra continue capitulum percepit sine contradicione obuenciones predictas, nisi quando decanatus Sedun. vacauit, licet pluries ex tunc cantoria vacauerit, et capitulum nichilominus percepit dictas obuenciones, et sic seruatum et vsitatum apparet et dictum capitulum esse in tali possessione pacifica annis sexaginta vel circa, et hoc bone memorie dnus Ay. de Turre episcopus Sedun. considerans et attendens, quamdam sasinam quam ex improuiso mandauerat fieri de obuencionibus dicte cancellarie, quando Thomas cantor decessit, informatus de predictis libere reuocando amouit, de qua amocione litteram vidimus dicti dni Ay., quam capitulum habet. Vnde tam ex intencione capituli statuentis, quam ex possessione predicti temporis, quam eciam ex consuetudine et vsu diurnis, ex quibus leges, statuta et pacta, etc. interpretacionem recipiunt, visisque allegacionibus juris super hiis datis, dicimus per predicta vos dnum episcopum non posse petere nec debere percipere dictas obuenciones

[1] Le 22 mai 1285; voy. tom. II, pag. 331. Si à cette date nous ajoutons les 60 années indiquées, nous arrivons à l'année 1345, qui est ainsi la date approximative du présent document.

cancellarie per vacacionem cantorie predicte. In quorum testimonium presentem cedulam sigillauimus nostris consuetis paruis sigillis.

1903

Mesures de police prises par le vidomne et les prud'hommes de Sion.

Sion, 1346, 30 mars.

Archives de Valère, minute.

Anno Dni M°CCC°XLVI°, indicione XIIII, die XXX mensis marcii, in ciuitate Sedun. et extra tendendo per cursum Sedune, per dnum vicednum Sedun. et probos homines dicte ciuitatis facta vidancia per modum qui sequitur:

Primo quod salix existens in cursu Sedune ante domum dni Rod. Esperlini tollatur.

Item quod mugneria fluens et tendens per vicum de Glaveneis leuetur inferius quam nunc est per subtus domum Giroldi de Salens cum minori impedimento cursus Sedune, vt fieri poterit.

Item quod soleria domorum Perrodi Dogo, heredum Johannis Abes et Willermi Lubyn de Sas inferiora tollantur et leuentur, ita quod non possint impedire dictum cursum.

Item quod latrina Jaqueti de Saxo ascidatur a ponte suo inferius, quod pons eleuetur taliter quod non impediatur dictus cursus.

Item quod pontes inferiores tendentes versus domum heredum Willermi de Petra et tendentes per iuxta domum P. de Volouron et versus domum Martini de Grenelon eleuentur per circa dimidiam teysam, vt non impediatur dictus cursus.

Item quod lobie et salaria inferiora supra Sedunam domorum P. de Volouron, fabrice Agnetis Manenbala, Giroldi Deis, Johannodi Verney leuentur, vt supra.

1904

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, donne en fief l'eau d'un moulin à Jeannod d'Ucogny.

Sion, 1346, 3 avril.

Archives de Valère, Registrum Petri Lumbardi.

* Anno Dni M°CCC°XL° sexto, die III aprilis in ciuitate Sedun., vir nobilis et potens Petrus de Turre dnus Castellionis in Valesio dedit Johannodo dUcogny fabro in feudum planum riuagium aque vnius molendini siti supra pontem Sancti Leonardi, juxta cursum aque de la Riey, pro septem den. seruicii, una cum duplo in mutatione dni et tenentis. Testes: dnus Humbertus dnus Chiuronis, etc. Et ego Petrus Lombardus, etc.

1905

Le chapitre de Sion promet sa protection à quelques clercs et notaires qui ont juré d'observer les statuts du chapitre.

Valère, 1346, 4 avril.

Archives de Valère.

Nos Nicolaus de Clarens, Guyllermus de Mallio, Willermus de Clarens, Dyonisius de Thoura, Petrus Wyffredi, Jo. de Arba, Petrus Grandis, Nycholetus de Bacio, Johannes de Trevauz, Jo. de Drona, Theobaldus de Brusatis, Reymondinus de Mouricio, Petrus de Claromonte, Jacobus Bochardi, Christophorus de Preda, Jacobus de Chessal, Guychardus de Pontevitreo, Franciscus Boudrici, canonici Sedun., congregati ad

sonum campane, prout moris est, in coro Valerie, hora consueta, die mercurii quarta die mensis aprilis, pro capitulo faciendo capitulantes et capitulum facientes, notum facimus vniuersis quod cum Nycholaus Ganter, Jorius de Planis, Anthonius Vbodi, Jacominus Fortis, Roletus de Arbignon, Perrodus Coci de Leuca, Willermus dEscorbier, Perrodus de Vertro, Anthonius Ganter, Jacobus de Bona, magister Jo. de Lullyn, Mauricius Mugner, Johannodus de Cruce, Amedeus Mugner, Vldriodus Nepos, Vgonetus de Hospitali, Johannetus de Neynda, Willermodus deys Vtes, Thomas Coci, Willermus Bornet, Roletus Buchot, Jo. Buz, Perrodus Glapinot, Johannodus de Veysona, clerici, et plures alii recepti per Petrum de Claromonte canonicum et procuratorem nostrum ad seruiendum in ecclesiis nostris de Valeria et Seduno horis canonicis jurauerunt comodum et honorem capituli et canonicorum procurare et dampnum pro viribus evitare, et ecciam officium cancellarie nostre Sedun. secundum formam statuti nostri, prima die veneris augusti anno XL quinto, facti legaliter et fideliter exercere, nos volentes eis graciam facere specialem, pro nobis et successoribus nostris, bona fide nomine capituli predicti promittimus ipsos receptos et juratos, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, in causis suis motis et mouendis, tam pro ipsis quam contra ipsos, juvare legaliter, cum requisiti per ipsos fuerimus uel alterum ipsorum, et eis dare et prestare consilium auxilium et fauorem, exceptis personis contra quas aliqua jura consulere non compellimur, hoc adito quod si contingere debeat, id prius habito fideli tractatu de concordia facienda et in casu quo non posset eos concordare, tunc ipse canonicus possit consulere, prout sibi videbitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri consuetum presentibus duximus apponendum. Datum in coro Valerie, die mercurii, ut supra, anno Dni M°CCC° XLVI°.

Et nos Dyonisius de Thoura canonicus et officialis Sedun. sigillum curie nostre, ad requisitionem predicti capituli et predictarum personarum, in testimonium premissorum presentibus duximus apponendum. Datum ut supra.

Dy. offic.

Sceau pendant de l'officialité.

1906

Réversale d'Amédée VI, comte de Savoie, en faveur des bourgeois de Saint-Maurice au sujet d'un don gratuit.

Chillon, 1346, 19 avril.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Nos Amedeus comes Sabaudie notum facimus vniuersis quod cum nuper in subsidium solucionis per nos faciende dno nostro Francorum regi, ratione concordie facte super questione dudum inter nostrum quondam carissimum genitorem et duchissam Britanie quondam vertente, dilecti burgenses nostri Sancti Mauricii Aganensis nobis in donum generose concesserint quadraginta florenos auri de Florencia boni ponderis, soluendos videlicet medietatem in proximo festo beati Michaelis et aliam medietatem ex tunc in vnum annum, quod nos hoc de speciali gracia benigniter acceptantes nollumus quod per dictam graciam eis preiudicium aliquod generetur, nec ipsis ad aliquam consequenciam verti possit. In quorum testimonium sigillum consilii nostri Chamberiaci, absentibus nostris proprio sigillo et cancellarie, presentibus est appensum. Datum Chillione, die XIX mensis aprilis, anno Dni millesimo CCC°XL sexto.

Per dnos tut(ores) relatione do[i] decani Maur.

A[ch]. B[ole].

Fragment du sceau en cire rouge.

1907

Devoirs des gardiens de l'ancien aqueduc de Tourtemagne.

Louèche, 1846, 17 mai.

Archives de Valère, Registrum Stephani Gorro.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XL° sexto, indicione XIIII, XVI kl. junii, apud Leucam, ante domum heredum Aymonis salteri, coram me notario publico et testibus infrascriptis propter inferius scripta specialiter constitutis, cum clamam disponissent Uldricus de Ayent domicellus, Johannes filius quondam Aymonis Frederici Lambaner de Leuca, Germanus Allet, nomine ipsorum et consortum ipsorum, videlicet veteris aqueductus de la Tortimagny provenientis a la Placi Deyert de Agnete relicta Willelmi Henrici, Perrodo eius filio, de Johanne Mundere, de Johanne filio quondam Jacobi don Byole, de Willelmo Gouch et de Ansermo Snap. custodibus dicti veteris aqueductus, super feodis que ratione custodie dicti aqueductus tenebant in placito generali in mense maii un manu Willelmi Emon, tenentis dictum placitum generale pro viro nobili dno Rodulpho de Rarognia milite, vicedno Leuce, videlicet die quo supra, quo die in presencia dicti Willelmi Emon tenentis locum ut supra dicte custodes siue feoditari dicti aqueductus, ut supra, comparuerunt, presentibus dictis Vldrico, Johanne et Germano et aliis consortibus dicti aqueductus, et omnia feoda que tenebant pro custodia predicta a dictis Vldrico, Johanne et Germano et aliis consortibus dicti aqueductus, delinquerunt, desisterunt et quittauerunt eisdem Vldrico, Johanni et Germano et aliis consortibus; qui Vldricus, Johannes et Germanus et alii consortes illa feoda acceperunt, receperunt et

acceptauerunt. Quibus Agnete relicta Willermi Henrici, Perrodo eius filio, Johanne Mundere, Johanne filio quondam Jacobi de Byolez, Willelmo Gouch et Ansermo Suap feoditariis et custodibus ibidem presentibus de gracia speciali dicti Vldricus, Johannes et Germanus et alii consortes dicta feoda sicut suam hereditatem vsque ad eorum beneplacita, sub condicionibus infrascriptis, penitus remisserunt, videlicet quod dicti custodes et feoditarii debent ministrare vnum custodem sufficientem pro custodiendo dictum aqueductum et aquam. Item debent et tenentur aqueductum predictum anno quolibet ita tempestiue siue ad tempus extrahere quod sit in medio mense aprilis extractus, prout fuit alias ordinatum et prout in chertris inde confectis plenius continetur. Item dicti custodes et feoditarii debent et tenentur notificare dictis Vldrico, Johanni et Germano et aliis consortibus dicti aqueductus, per octo dies antequam operetur in dicto aqueductu, eo quod dicti Vldricus, Johannes et Germanus et alii consortes possint ibi vnum uel duos homines mictere propriis sumptibus feoditariorum, eo quod opus dicti aqueductus bene et perfecte perficiatur et firmiter, prout eis Vldrico, Johanni et Germano et aliis consortibus melius et vtilius videbitur ad opus ipsorum et aliorum consortum, alioquin dicti Vldricus, Johannes et Germanus et omnes alii consortes dicti aqueductus possint dicta feoda sicut rem suam propriam et hereditatem sibi appropriare, tenere et possidere auctoritate sua propria sine clama dni et juris offensa et sine contradicione alicuius persone. Et de predictis preceperunt dicti Vldricus, Johannes et Germanus ad opus ipsorum et consortum suorum fieri vnum vel duo aut plura instrumenta, etc. Testes ad hoc fuerunt vocati et rogati Perrodus de Martiniaco clericus, etc. Et ego Jaquinodus Regis de Leuca, etc.

1908

Pierre d'Aoste, de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, réserve les droits de son ordre sur une maison dont le propriétaire n'avait pas acquitté les redevances dues au même ordre sur cette maison.

Brigue, 1346, 14 juin.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist., XIII, 163, ex archivo Sarqueni.

In nomine Dni, Amen. Anno dnice incarnationis M°CCC° XLVI°, indictione XIIII, XVIII kl. julii, apud Brigam, ante domum Johannis Perronerii de Briga, in presentia mei notarii et testium subscriptorum propter infrascripta fuit personaliter constitutus frater Petrus de Augusta, ordinis sancti Johannis de Jerusalem, idem frater Petrus inhibuit et contradixit coram dno Rodulpho de Rarognia milite, castellano in Saxo de Narres, domum quondam Johannis de Susta de Briga, cui dicitur domus de Prato, ne aliquis se intromitteret habitando vel moram faciendo in eadem domo, eo jure quo potuit meliori, pro duobus fichillinis siliginis servicii qui debentur annuatim dicto hospitali de Jerusalem de ipsa domo et pro retentis dicti servicii decem annorum, et protestans idem frater Petrus, nomine suo et dicti hospitalis, fuit etiam presens inhibitio facta dno priori de conservanda. Testes dicte contradictionis fuerunt ad hec vocati et rogati dnus Rodulphus predictus, Jocellinus de Urnavas domicellus, Petrus de Castellione, Johannes burgensis de Narres et Johannes de Prato subdyaconus, qui juratus, etc.

1909

Jean de Drone, chanoine de Sion, résigne la chapelle de Saint-Jean de Grions en faveur de Mermet de Liddes, chanoine de Saint-Maurice.

Sion, 1346, 28 juin.

Archives de Valère, Registrum Will. Arencyerii.

*Anno Dni M°CCC°XLVI°, ind. XIIII, die XXVIII mensis junii, in ciuitate Seduni, Johannes de Drona, canonicus Sedun. et rector capelle B. Johannis de Grions, constituit suos procuratores dnum Amedeum de Sancto Paulo canonicum Sancti Mauricii Agaun. et Willelmum Fabri de Sancto Mauricio, jurisperitos, ad resignandum capellam suam de Grions, ex causa permutacionis faciende cum Mermeto de Liddes canonico Sancti Maurici Agaun. cum personatu ecclesie perrochialis de Bagnes in manibus dni B. abbatis Sancti Mauricii, patroni dicte capelle.

1910

L'évêque de Sion remet à quelques chanoines la décision sur les différents qui existent entre lui et le chapitre.

La Soye, 1346, 30 juin.

Archives de Valère, B, 61, copie contemporaine.

Notum, etc. quod in presencia reuer. in Christo patris dni Guichardi Dei et sedis apostolice gracia Sedun. episcopi constitutus Pe. de Claromonte canonicus Sedun., tamquam procurator et nomine procuratorio, ut dicebat, capituli Sedun.,

obtulit, dedit et dimisit dicto dno episcopo vnam cedulam papiream in qua contineri dicebatur quedam inquisitio facta per dnum Guillermum de Clarens, castellanum castri Valerie nomine et uice dicti capituli, contra omnes qui culpabiles reperirentur de quodam excessu in dicto castro Valerie in et contra personam Nicholodi de Augusta carpentatoris, XIX^a^ mensis octobris proxime lapsi, ut dicebatur, publice perpetrato, protestando idem Petrus quod dictam inquisitionem quantum ad Guichardum de Ponteuitreo canonicum Sedun. et clericos tantum qui culpabiles reperirentur in dicta inquisitione contineri, remittebat eidem dno episcopo, ita tamen quod in corrigendis et puniendis excessibus canonici seu clericorum predictorum plus jurisdicionis non habeat ipse dnus episcopus quam de jure scripto sibi conceditur, eamdemque inquisitionem contra laicos qui in ea nominantur culpabiles eidem capitulo et castellano eius in Valeria expresse specialiter retinendo, ita et non aliter remissionem de clericis faciens, quod super possessione jurisdicionis omnimode temporalis et meri et mixti imperii pertinentis ad dictum capitulum exercende per se uel alios in et contra delinquentes in dicto castro Valerie uel prope illud infra solitos confines eiusdem castri ipsi capitulo nullum preiudicium generetur, nullumque jus de nouo dicto dno episcopo accrescat in preiudicium dicti capituli. Item quod salua maneat capitulo et castro Valerie omnis immunitas consueta, uidelicet quod confugientes ad illud uel existentes in ipso castro uel in confinibus eius predictis non possint capi uel inde extrahi violenter, nec aliqua bona existencia in ipso castro et confinibus predictis apprehendi seu sasiri auctoritate dicti dni episcopi seu alterius sine consensu capituli supradicti. Volens etiam remissionem nec aliter valere, sed quod pro non facta habeatur, nisi ipse dnus episcopus mandet et faciat cum affectu solui nuncio dicti capituli decimas retentas de frugibus et fructibus prato-

rum et aliarum possessionum ipsius dni episcopi, de quibus decime solite sunt capitulo predicto persolui. Qui dnus episcopus dictam remissionem quantum ad canonicum et clericos acceptans, ibidem protestatus est quod predictis protestationibus factis super aliis in quantum existunt in preiudicium sui juris episcopalis non absentit, nec vult quod per predicta jus aliquod de nouo predicto capitulo acquiratur, sed bene placet sibi quod de predictis decimis retentis debitis more solito satisfiat ipsi capitulo et respondeatur ad plenum. Volens etiam idem dnus episcopus quod restituta sibi per dictum capitulum vna capa quam ad se et contra dictum capitulum ad se asserunt pertinere, dni Dyonisius de Thora officialis, Theobaldus de Brusatis prepositus Nouariensis et Petrus de Claromonte, canonici Sedun., de predictis omnibus et aliis dubiis occurrentibus ad presens inter eumdem dnum episcopum et capitulum, auditis et visis de plano sine libello et sine strepitu et figura judicii, juris et allegationibus partium, omni die feriata et non feriata, partibus citatis et non citatis, presentibus seu absentibus, declarare possint et debeant simul uel separatim et successive, infra vnum mensem a tempore date presentium et ultra, quantum predicti canonici viderint expedire, quicquid eis videbitur. Promittens idem dnus episcopus bona fide episcopali pro se et successoribus suis declarationi et declarationibus predictorum canonicorum acquiescere, easque ratas habere perpetuo et non contravenire per se uel per alium seu alios, directe uel indirecte, quoquomodo. Testes : dnus Pe. de Canali curatus de Vex, Aymo de Olono, P. Ruffi clericus et dnus Dominicus curatus de Seduno, qui hanc cartam leuauit in castro Sete, die vltima mensis junii, anno Dni M°CCC°XLVI°, imperio vacante, eodem Guichardo episcopante.

1911

Enquêtes au sujet de la juridiction du chapitre de Sion, en particulier dans le château de Valère.

Sion, 11-25 juillet 1346.

Archives de Valère, B, 61, et C, 128.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XLVI°, indicione XIIII[a], die XI[a] mensis julii, infra scripta est examinatio testium loco informationis receptorum et examinatorum per dnum Petrum de Claromonte canonicum Sedun., suo ac venerabilium virorum dnorum Dyonisii de Thora officialis curie Sedun. et Theobaldi de Brusatis prepositi Nouariensis, canonicorum Sedun., nominibus, ut dicebat, facta super infrascriptis articulis de beneplacito reuer. in Christo patris dni Guichardi Dei et apostolice sedis gracia episcopi Sedun., sicut in vna chartra cancellarie Sedun. leuata per Dominicum curatum Sedun., juratum dicte cancellarie, scripta per Willermum de Ayent cancellarium Sedun., eisdem anno et indicione, die vltima mensis junii, a me Johanne filio Johannis dicti Filten de Terminon, parrochie de Vespia, clerico, publico imperiali auctoritate notario infrascripto, juratoque cancellarie curiarum officialis, decanorumque Vallerie et Sedun., visa plenius continetur, ac recepcioni juramentorum, protestationibus et examinationi ipsorum testium et depositionibus eorum presens fui, diebus qui secuntur, ad mandatum ipsius Petri et ea omnia per ordinem scripsi, me subscripsi, meumque solitum signum apposui ad perpetuam rei memoriam, vt sequitur, rogatus ab eodem dno Petro facere publicum instrumentum et chartram cancellarie Sedun. ad opus omnium quorum interest uel interesse poterit in futurum. Qui articuli secuntur.

I. Primo quod communis opinio et fama publica et notoria in ciuitate Sedun. et patria Valesii habetur quod dominium castri Valerie et jurisdicio omnimoda meri et mixti imperii temporalis in eodem castro pertinet in solidum ad capitulum Sedun. sine episcopis Sedun.

II. Item quod dictum capitulum per se et suos castellanos seu nuncios insolidum sine episcopis Sedun. est et fuit in possessione seu quasi exercendi in dicto castro dictam jurisdicionem hactenus, tanto tempore quod de contrario memoria non existit.

III. Item quod dictum capitulum est et fuit in possessione uel quasi hactenus pacifica per se et alios, ut supra, corrigendi et puniendi clericos et seruitores ecclesie Sedun. seu Valerie de culpis et excessibus commissis in castro Valerie uel in ecclesia aut claustro ecclesie inferioris Sedun.

IIII. Item quod dictum capitulum habet et habuit hactenus carceres publicas in dicto castro Valerie, in quibus soliti sunt incarcerari layci delinquentes in dicto castro uel terris aliis jurisdictionis dicti capituli ad mandatum ipsius capituli et nunciorum eius.

V. Item quod dictum capitulum est et fuit per tempus superius positum in possessione seu quasi pacifica per se et alios sine episcopis Sedun. tenendi claues portarum dicti castri et porterios qui dant et prohibent, dederunt et prohibuerunt introitum ad mandatum dicti capituli seu castellani eius intrare volentibus dictum castrum.

VI. Item quod capitulum tenet suis sumptibus et expensis sine episcopis Sedun. et hactenus tenuit dictos porterios et excubias cum sono publico corneo ad custodiam dicti castri, tam nocturnam quam diurnam, ad opus et in signum dominationis notorie dicti capituli.

VII. Item quod publicum et notorium verum est hactenus obseruatum quod existentes in dicto castro et confugientes ad

illud ac bona existencia in eodem et infra solitos confines coherentes ipsi castro capi, apprehendi, saxiri seu inde abduci uel exportari non possunt nec debent, sine licencia vel assensu dicti capituli, auctoritate episcoporum Sedun. uel alterius dni cuiuscunque.

VIII. Item quod de predictis omnibus est publica vox et fama in locis predictis.

IX. Item quod de fructibus consuetis provenire in pratis Fori, Plantatarum et de Placta et condaminarum Plantatarum et de Corins pertinentibus ad mensam episcopalem Sedun., in parochia Sedun. consistentibus, solite sunt solui decime semper capitulo Sedun., et ipsum capitulum est et fuit in possessione seu quasi pacifica per se et alios recipiendi easdem decimas hactenus per tantum tempus quod de contrario non est memoria.

X. Item quod quilibet episcopus Sedun. tenetur dare vnam capellam ecclesie inferiori Sedun. et aliam ecclesie Valerie decentes et completas ad usum diuini officii decencius, sine defectu faciendi in illis.

XI. Item quod de predictis est publica vox et fama in Sedano et Valeria.

XII. Item quod janitores Valerie consueuerunt facere deponi enses quos portant familiares dnorum episcoporum et alii qui non sunt familiares canonicorum, quando intrant castrum Valerie.

Primus testis: Anno Dni M°CCC°XLVI°, indictione XIIII^a^, die martis vndecima mensis julii, dnus Johannes Muço sacerdos, conrector altaris Corporis Christi in ecclesia Valerie, juranit ad sancta Dei ewangelia in manibus dicti dni Petri de Claromonte et mei notarii publici supra et infrascripti, juratique cancellarie, curiarumque officialis, decanorumque Valerie et Sedun., in presencia dni Francisci de Viuiaco curati de Leytrono, Vgonodi rectoris hospitalis de Vico prati, et

Jacobi Fortis clerici, publici notarii, juratique cancellarie et curiarum predictarum, super articulis predictis et contentis in eis dicere veritatem quam sciet, amotis amore, timore, precibus, precio, odio, fauore, comodo et incommodo quibuscumque. Qui testis juratus et interrogatus super articulis predictis respondit prout sequitur : Primo dnus Johannes Muço presbiter, conrector altaris Corporis Christi, juratus et interrogatus super Iº articulo dixit ipsum esse verum ; interrogatus qualiter scit, quia vidit plures canonicos esse castellanos in Valeria nomine capituli, qui ibidem regebant et custodiebant castrum Valerie nomine dicti capituli. Interrogatus qui fuerint illi canonici dixit quod dnus Nycolaus de Bagnyes, postmodum dnus Petrus de Leuca, postmodum dnus Vldricus de Dallyeto et plures alii successiue. Item dixit quod semper audiuit dici quod capitulum Sedun. habebat merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdictionem in dicto castro et nunquam audiuit contrarium. Bene audiuit quod dnus Aymo de Turre, tunc episcopus Sedun., voluit frangere quandam archam que fuerat dni Johannis de Romano monasterio, de quo fuit magnus clamor et magnus rumor in populo contra dnum episcopum supradictum. Interrogatus et juratus super IIº articulo dixit ipsum esse verum. Interrogatus qualiter sciat quia vidit quod quidam qui vocabatur Chariuel interfecit quendam hominem qui vocabatur Farco in Valeria, et quod dnus episcopus seu aliquis pro eo questam contra ipsum non fecit, nec ipsum puniuit, sed fuit per capitulum totaliter absolutus. Juratus et interrogatus super IIIº articulo dixit ipsum esse verum quo ad ea que spectant ad officium ecclesie. Interrogatus qualiter scit, quia vidit plures seruitores corrigi et puniri per cantores et canonicos, quando in predictis excedebant, quo ad alia non vidit casum euenire. Juratus et interrogatus super IIIIº articulo dixit ipsum esse verum. Interrogatus qualiter scit, quia vidit quod dnus Vldricus de Dallieto castel-

lanus Valerie cepit et tenuit publice incarceratum et puniuit Johannem Helleynno pro quadam offensa quam ipse Johannes fecisse in Valeria dicebatur. Item vidit quod bastardus de Nas et socius suus fuerunt incarcerati in Valeria publice et condempnati ad suspendendum, et per nuncios capituli fuerunt ducti ad furcas et suspensi. Item vidit duas mulieres incarceratas publice in Valeria, que fuerunt iudicate ad comburendum et combuste fuerunt per familiares dicti capituli. Item juratus et interrogatus super V° et VI° articulis dixit ipsos esse veros. Interrogatus qualiter scit, quia vidit sic obseruatum per spacium L annorum et ultra. Item juratus et interrogatus super VII° articulo dixit ipsum esse verum. Interrogatus qualiter scit, quia nunquam vidit nec audiuit contrarium, ymo vidit quod Vldricus Mallicuchet qui vulnerauerat bastardum de Seya, fuit securus in Valeria, et quamuis dnus Bonefacius tunc episcopus Sedun. ipsum Vldricum petiisset, non potuit eum habere, et ipso dno Bonefacio defuncto dnus Aymo de Castellione successor ipsius dictos Malicuchet et bastardum concordauit. Item vidit Jorium de Morelly de Sierro, qui inculpabatur de quodam furto, qui fugiens in Valeriam fuit ibi securus per magnum tempus, quousque dnus de Dallyeto castellanus Valerie fecit ipsum cum dno episcopo concordare. Item vidit quod Rigotellus clericus inculpabatur vi accepisse quandam puellam et quod fugit in Valeriam, et fuit ibi securus per magnum tempus, donec (cum) dicta puella concordauit et cum dno episcopo supradicto. Item vidit Jo. du Blanchier qui fregerat carcerem vicedni Sedun. et fugit in Valeriam, et fuit ibi securus quamdiu voluit ibi permanere. Item juratus et interrogatus super VIII° articulo dixit ipsum esse verum. Interrogatus qualiter scit, quia sic audiuit vurgaliter et publice dici per spacium L annorum. Item interrogatus super IX° articulo dixit ipsum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dixit quod tempore dni Vl. de Daylleto, qui tunc tenebat obedienciam

nomine capituli, ipse dnus Jo. numerabat fasciculos feni et gerbas bladi et recipiebat et deportari faciebat ad opus capituli supradicti. Item juratus et interrogatus super X° et XI° arculis dixit se nichil scire. Item juratus et interrogatus super XII° articulo dixit ipsum esse verum. Interrogatus qualiter scit, quia quando dnus Bonefacius et alii successores sui intrabant primam portam Valerie, janitores siue janitor sucessiue retinebant enses dictorum familiarium, nec sinebant dictos familiares enses portare quamdiu in castrum Valerie existebant.

Suivent les dépositions de cinquante autres témoins qui sont en général conformes à celles du premier ; je me borne à reproduire quelques détails particuliers.

III testis, dnus Franciscus de Viuiaco curatus de Leytrono. Super VII° artic. vidit Antermerum de Monteys qui vulnerauit pulchram Francesiam in ciuitate Sedun. usque ad mortem, qui fugit in Valeriam et ibi fuit securus publice quamdiu voluit ibi permanere. Item vidit dnum Dyonisium de Thora, quem dnus Aymo de Turre tunc episcopus Sedun. jusserat capi, prout vurgaliter dicebatur, morari in Valeria et confinibus castri palam et publice securum per annum et ultra, contra voluntatem et preceptum episcopi supradicti.

V testis, Willermus de Reynna. Super I° et II° art. dicebatur vurgaliter quod dnus Ay. de Turre episcopus iniuste et indebite agebat quando petebat bona dni Johannis de Romano monasterio et quod non habebat se intromittere de rebus existentibus in Valeria.

VII testis, XII die mensis julii, Petrus Barbitonsor dixit quod capitulum habet gardam et custodiam in porta de Couent. Super VII° art. vidit dnum Walterum de Lauota presbiterum, quem familiares dni Ay. de Castellione tunc episcopi inuaserunt et secuti fuerunt, ut ipsum caperent vsque ad domum incluse, qua domo transacta ipsum pacifice dimiserunt.

VIII testis, dnus Jo. de Vex matricularius Valerie, vidit plures janitores successiue et alios familiares capituli publice armatos per plures annos in festis beate Katherine et dedicationis ecclesie Valerie custodientes castrum in signum dominationis et ad opus capituli memorati.

IX testis, dnus Waltherus de Lauota, vidit quod familiares dni Ay. de Castellione tunc episcopi voluerunt ipsum dnum Walterum capere pro quadam offensa de qua inculpabatur, et ipsum inuaserunt sequendo cum armis usque ad domum incluse, et quam cito fuit supra domum predictam, ipsum totaliter dimiserunt, qui veniens in Valeriam stetit ibi securus, quousque cum dno episcopo concordauit.

X testis, Nicholaus de Valeria, bene audiuit quod dnus episcopus debet habere quamdam domum in Valeria, ut tempore guerre possit securius existere, sed quod habeat aliquam jurisdicionem ibi nunquam audiuit in fabula uel cantelena.

XI testis, Martinus de Volouron, carnifex, super VII° art., vidit plures confugientes in Valeriam et infinitas res deportare et nunquam audiuit nec vidit quod aliquis ibi caperetur nec bona alicuius inde extraherentur, nisi de voluntate capituli supradicti uel nunciorum eius.

XIII testis, Willelmus de Ayent cancellarius Sedun., vidit plures incarcerari in Valeria et maxime quemdam furem, tempore dni Vl. de Dallyeto tunc castellani Valerie, cui furi ipse Willermus dixit: Socie quid fecisti? De quo fuit magna trufa inter socios, quia furem vocauerat socium.

XIIII testis, Mermetus Huboldi domicellus, super IIII° art., plures incarceraui in Valeria, quando erat familiaris dni Anthonii Huboldi canonici Sedun., et maxime bastardum de Nas et socium ipsius bastardi, qui fuerunt suspensi. Item fecit refici furcas que de nocte fuerunt deructe et iterum suspendi bastardum predictum.

XV testis, XIII die mensis julii, Stephanus Bucodi, audiuit plures incarceratos subtus garitam Valerie.

XVI testis, Ro. de Heroens, vidit plures canonicos audire causas in Valeria et in pratello Valerie et recipere clamas et fideiussiones et reddere cognitiones, sicut consuetum est facere per illos qui habent merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdicionem. Item vidit quamdam mulierem adduci de Valeria, que fuit combusta apud Vex per familiares dicti capituli.

XIX testis, magister Jo. de Salinis, super III° articulo, dixit ipsum esse verum quo ad officium ecclesie. Interrogatus qualiter scit, quia dnus Vl. de Dallyeto tunc canonicus Sedun. ipsum magistrum Jo. tunc seruitorem Valerie puniuit in duobus sol. Maur. pro eo quod ipse Jo. non fuerat in ecclesia per octo dies. Super V°, VI° et VII° art., vidit patrem Jorii Syunet, qui non audebat morari Seduni pro quadam offensa de qua inculpabatur, et dnus Ay. de Castellione tunc episcopus veniens personaliter in Valeriam non potuit intrare, eo quod ipse pater Jorii clauserat contra ipsum dnum episcopum januam, quousque dnus Thomas cantor precepit sibi aperiri, et stetit securus in Valeria, donec cum predicto dno episcopo concordauit.

XXI testis, XIIII[a] die mensis julii, Ardigo de Vex, vidit quemdam hominem dictum Chariuel, qui interfecerat quemdam hominem in Valeria, et quod capitulum ipsum absoluit, nec propter hoc fuit expulsus de Valeria, sed fuit translatus de prima porta ad portam ferratam.

XXII testis, Aymonodus parue Jordane, domesticus dnorum episcoporum, maxime Ay. de Turre in vita et morte. Bene vidit quod ipse dnus Ay. furibonde quandam archam fregit in Valeria, de quo penituit postmodum, quia maximus clamor et rumor fuit contra ipsum. Super III° art. dixit ipsum esse verum quo ad officium ecclesie, vidit quod dnus Thomas cantor

et alii canonici corrigebant seruitores qui male in ecclesia se habebant, et quod dnus cantor eiecit dnum Willermum de Bodema de ecclesia, eo quod non portauerat crucem ad processionem.

XXIII testis, dnus curatus de Bramosio, super III° art., fuit compulsus per dnum Thomam cantorem satisfacere cuidam pellipario, qui fecerat clamam de ipso curato, quando seruiebat Valerie. Super IIII° art., vidit plures incarcerari in garita Valerie.

XXIX testis, Roletus dictus Buchot, super IIII° art., vidit duos homines incarcerari in Valeria qui vocabantur Bessonotz et quemdam hominem qui dicebat se esse hominem Willermi de Gresiaco, et quando iste vltimus incarcerabatur, ipse Buchodus querebat largiora foramina, eo quod puer unius sororis ipsius Buchodi fuerat nutritus in domo ipsius incarcerati.

XXX testis, Petrus dictus Mora, vidit bastardum de Nas adduci de Valeria ad suspendendum, quem bastardum clam depositum de furcis Mermetus Huboldi domicellus fecit iterum publice suspendi.

XXXII testis, XVII mensis julii, magister Willermus de Leuca, super VII° art., vidit et audiuit quando dnus Walterus de Lauota sacerdos habebat discordiam cum familia dni Ay. de Castellione episcopi, et quod dicti familiares voluerunt ipsum interficere prope magnum pontem Sedun. et quod fregit primum cutellum et extraxit alium et se retraxit in castrum Valerie, et fuit ibi securus, quousque fuit cum dicto dno episcopo concordatum.

XXXIII testis, Petrus dictus Cawicin, vidit quod dnus Girardus de Orons, frater dni Petri episcopi Sedun., decanus Valerie, erat castellanus Valerie et apportabantur sibi claues castri de nocte. Item vidit quod dnus Aymo de Turre tunc episcopus misit in Valeriam ad videndum si posset fieri coquina in domo sua de Valeria, et habita responsione dixit: Nos lo-

quimur de fatuitate, quia oporteret nos rogare cotidie capitulum et esse in subiectione sua, quia non possumus esse ibi nisi cum duobus familiaribus, sine licentia ipsius capituli. Super X° et XI° art. dicit se nescire, nisi quod quando dnus episcopus sepelitur, capitulum debet habere capellam cum qua sepelitur. Interrogatus qualiter scit, quia vidit de dno Bonefacio episcopo. Interrogatus quid sit capella, dixit casula et due alie tunice sericee uel auree [1].

XXXVII testis, dnus Willermus de Leuca, super IIII° art., audiuit dici patrem suum quod aliqui incarcerati fuerant per tantum tempus in domo Christophori de Preda in Valeria, quod ipse pietate motus fecit venire famulum suum et excutere pediculos de vestibus eorum.

XL testis, XIX mensi julii, Petrus Manemberti, vidit quemdam hominem extrahi de Valeria, qui fuit suspensus in crista de Nas.

XLI testis, Jo. Cheurotin, deposuit sicut Petrus Manemberti, hoc addito quod mater sua dicebat ei: Fili, caueas tibi a prana societate, vides qualiter accidit furibus et illis qui volunt accipere res alienas.

XLIIII testis, Willermus Bertha de Vernamesia, super primo articulo dixit ipsum esse verum, quia fuit captus in Valeria pro quadam offensa de qua inculpabatur fecisse iuxta portam Valerie, fideiussit pro dicta offensa in capitulo, sed ad preces dni Ay. de Turre episcopi, cuius homo erat, et ad preces Johannis de Drona fuit relaxatus, primo tamen caucione prestita de standoo juri in capitulo.

XLV testis, XXI die mensis julii, Aymo Pochon, vidit bastardum de Nas et socium suum qui fuerunt suspensi en Nas ad furcas.

XLVII testis, XXII die mensis julii, Giroldus de Gresiaco, super I° et II° art., dixit ipsos esse veros. Interrogatus qualiter

[1] Tous les autres témoins déclarent ne rien savoir sur ces deux articles.

scit, quia exercuit jurisdicionem per nouem annos et ultra, tam nomine balliui quam maioris, et quod ipse uel alius non intromisit se de aliquo perpetrato in Valeria, quia semper audiuit dici quod omnimoda iurisdicio pertinebat ad capitulum in Valeria. Super VII° art., quod exercendo officium maioris secutus est aliquos fugientes in Valeriam pro offensis per ipsos factis in districtu dni episcopi, sed quam cito appropinquabat Valeriam, reuertebatur et eos dimittebat.

XLVIII testis, dictus Chamoson, vidit lo Chariuel qui interfecit quemdam hominem in Valeria et non fuit punitus per dnum episcopum, sed quando licenciatus fuit de Valeria, dnus Bonefacius episcopus fecit ipsum familiarem suum. Et audiuit dici quod dnus Cono dnus de Castello debuit facere quamdam inquestam, quando erat balliuus, de quodam excessu facto prope Valeriam, sed qualiter fuit actum uel qualis excessus nescit. Item vidit quod dnus Ay. de Turre episcopus venit subito in Valeriam, quadam die qua pauci uel quasi nulli erant ibidem, et fregit archam dni Johannis de Romano monasterio et Petrus de Sasson dixit ipsi Chamoson : Vis tu esse janitor prime porte Valerie? et ipse respondit quod non, quia bene videbat tumultum et rumorem qui fiebant in populo contra predictum dnum episcopum, qui fortiter reprehendebatur. Super IIII° art., vidit quamdam mulierem, que fuit capta et curlata pro sortilegiis de quibus inculpabatur. Super VII° art. dixit ipsum esse[1] verum, ymo si proditor uel (fur[2]) confugeret in Valeriam uel alibi in duobus mensibus vicedni, ipse iret quesitum, quia dnus episcopus et capitulum uel aliquis alius nichil habet in proditoribus nec eciam in bonis ipsorum, sed pleno jure pertinent ad vicednum supradictum. Super XII° art., vidit quod dnus Bonefacius tunc episcopus voluit intrare in ecclesiam Valerie, sed janitor porte ferrate noluit

[1] *Non esse*, dans la copie G. 126.

[2] Le mot *fur* a été ajouté dans la même copie.

aperire, quia canonici erant in capitulo, ita quod ipse recessit et familiares dicti dni episcopi ipsi janitori voluerunt iniuriari in villa, sed quam cito fuit supra domum incluse, ipsum totaliter dimiserunt.

LI testis, XXV[a] die mensis julii, Thomassinus Lumbardus, vidit janitores et alios familiares capituli pluries armatos publice ad custodiam castri in signum dominacionis et ad opus capituli supradicti.

Ad predictas autem examinationes dictorum testium et ad dicta et depositiones eorumdem testium fuerunt vocati et rogati supradictus Jo. Muços sacerdos, Hugonodus rector hospitalis de Vico Prati, Fortis clericus, notarii publici, et ego Johannes dictus Fitten de Terminon, parrochie de Vespia, clericus, etc., predicta omnia redegi, etc. Actum locis, diebus et anno quibus supra, imperio vacante, Guichardo episcopante.

1912

L'évêque de Sion charge Guillaume de Clarens, chanoine de Sion, de faire une enquête sur ses droits à Ottans.

1346, 29 juillet.

Archives de Valère.

Guichardus Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopus dilecto canonico nostro Sedun. et consiliario Willermo de Clarens salutem. Cum inter duum comitem Sabaudie, ex vna parte, et nos, ex altera, super jurisdicione loci de Otans questiones vertantur, quas terminari cupimus et ad statum pacificum reduci, de vestri legalitate confidentes, vobis committimus et mandamus quatenus vnacum alio per dictum dnum comitem deputando, vocatis procuratore nostro Petro Magy et castellano nostro Martigniaci pro nostrorum jurium

informationibus faciendis, de et super partium juribus vos diligenter informetis et factis informationibus ipsi dno comiti et nobis remittatis easdem, vt vlterius quod iustum fuerit ordinetur. Hanc autem commissionem vsque ad festum beati Michaelis et non vltra volumus duraturam. Datum die XXIX mensis julii, anno Dni M°CCC°XL° sexto.

Per dnum. P. de Lyons.

Pendet sigillum rubrum.

1913

Sentence arbitrale entre Humbert de Chevron et son épouse Amphélisie, d'un côté, et Aymon d'Ollon et sa nièce Jeannette, épouse de Pierre Albi, de l'autre, au sujet du tiers du vidomnat de Sion.

Sion, 1346, 18 et 19 août.
Bramois, 1346, 22 septembre. — Granges, 1347, 22 mai.

Archives de Valère, Registrum Petri Lombardi, fol. lxxii verso.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem M°CCC°XLVI°, XIIII indictione, die XVIII mensis augusti, in curia episcopali, videlicet in aula veteri, in presencia reuerendi in Christo patris et dni dni Guichardi Dei gracia episcopi Sedun., in presenciaque mei notarii et testium subscriptorum propter hoc specialiter constituti Ay. de Olono domicellus et Johanneta vxor Perrodi Albi de Granges domicelli, ex vna parte, et dna Anphelisia filia bone memorie Petri vicedni Sedun., vxorque dni Humberti dni Chiurionis militis, ex altera ; cum lis, questio et discordia inter dictas partes verteretur super tercia parte vicedominatus Sedun. et eius pertinenciarum, jurium et exituum, quam terciam partem dicebant dicti Aymo et Johanneta sibi et quibusdam aliis consortibus jure hereditario pertinere, et ipsam terciam partem vnacum suis juribus, fructibus et

exitibus inde perceptis tempore quo dictus Petrus vicednus ipsam terciam partem tenuit, quos fructus dicti Aymo et Johanneta nomine suo et consortum suorum extimabant valere tercentum lb. Maur., et reddi, tradi et deliberari petebant per dictam dnam Amphelisiam; dicta dna Amphelisia premissorum omnium contrarium asserente, dicenteque ad predicta petita minime se teneri pluribus rationibus et deffensionibus per eam seu ex parte sua propositis ac etiam allegatis; predicte partes scientes et spontanee se super dicta questione et omnibus ex ea dependentibus et emergentibus compromiserunt in arbitros et medium infrascriptos, videlicet dicti Aymo et Johanneta in virum discretum Johannem de Drona canonicum Sedun. et Girardum de Dallione clericum, et dicta dna Amphelisia in Petrum Magy et Nycholaum de Valeria, ciues Sedun., et ambe partes in dictum dnum episcopum tanquam in medium; dantes et concedentes dicte partes plenam et omnimodum potestatem pronunciandi, diffiniendi et arbitrandi de plano, summarie, sine strepitu et figura judicii, partibus presentibus et absentibus, vocatis et non vocatis, diebus quoque feriatis seu non feriatis, prout sibi placuerit, seruata aut non seruata juris sollempnitate; promittentes dicte partes pro se et suis heredibus ad inuicem, scilicet vna pars alteri, juramentis suis ad sancta Dei ewangelia corporaliter prestitis et sub obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, attendere, seruare et complere quicquid per dictos medium et arbitros dictum, pronunciatum et arbitratum fuerit jure, concordia seu etiam voluntate, et hoc sub pena IIc flor. auri Florencie, quorum medietas per partem non obtemperantem dicto dno episcopo detur et soluatur, aliaque medietas per eandem partem parti obtemperanti persoluatur; pro quibus omnibus et singulis predictis, ut prius premittitur, adtendendis plenius et complendis pro parte dicte dne Anphelisie ven. viri dni

Petrus Wyfredi, Pe. de Claromonte, canonici Sedun., P. dictus Framentyn, Jo. de Columberio, domicelli, et Anthonius Serewardi ciuis Sedun. precibus et instancia eiusdem dne Amphelisie, et pro parte dictorum Aymonis et Johannete Joncelinus de Vlnauax, Petrus maior de Chamoson, domicelli, Perrodus Ruffi et Johannes de Orseres, clerici, precibus et instancia dictorum Ay. et Johannete se fideiussores constituerunt et promiserunt fideiussores predicti dati per dictam dnam Amphelisiam de dicta pena, si per ipsam commitatur, et de dicta pronunciacione et arbitramento actendendis, et alii fideiussores dati per dictos Ay. et Johannetam de eadem pena, si per eos commitatur, in manu mei subscripti notarii stipulantis et recipientis more publice persone vice, nomine et ad opus quorum interest et intererit in futurum, tenere pactum expressum, si dicti principales in ipsa pena soluenda defecerint, prout superius estitit ordinatum. Ad predicta testes interfuerunt vocati, etc., videlicet Franciscus Albi de Granges, Humbertus dictus Gymillie, domicelli, Gonterus Fortis, Johannodus Bonyer, clerici, magister Rodulphus de Heruens, Johannes dictus Grant Forner, ciues, Perrodus Leyfour de Granges et Johannodus dictus Lana clericus, Seduni commorans. Deinde anno et indictione quibus supra, die XIX augusti, in dicta curia episcopali, in loco quo cause regalie audiri consueuerunt ac eciam terminari, in presencia reuerendi in Christo patris et dni dni G. Dei gracia episcopi Sedun. electi in medium et amicum seu arbitrum communem per partes predictas, necnon et in presencia mei notarii et testium subscriptorum constitutis personaliter dictis Ay. et Johanneta, vnacum Jo. de Drona canonico Sedun. et Girardo de Dallione clerico, amicis et arbitris per ipsos electis ut supra, ex vna parte, et dicti dnus Humbertus ac dna Amphelisia coniuges, vnacum P. Magy et Nych. de Valeria, ciuibus Sedun., eorum amicis et arbitris, ut supra electis pro dicta questione sedanda,

ex altera, prefatus dnus episcopus medius electus vt supra, de voluntate et communi consensu expressis predictorum arbitrorum et amicorum hinc et inde a partibus electorum in infrascripta pronunciatione concordium et vnanimium, ut dicebant, facta pridem protestatione per dnum episcopum de jure suo et mense episcopalis quod habet et habere debet aduersus dictas partes et earum quamlibet, et quod per infrascriptam pronunciacionem nullum preiudicium ipsi dno episcopo et mense predicte in futurum valeat grauari quominus homagia, vsagia et seruitutes alias que et quas dicte partes ipsarum aliqua dicto dno episcopo et mense episcopali debent ratione dicte tercie partis vicedominatus predicti seu alia quauis causa, ipsi dno episcopo et mense episcopali salue et salua sint ac eas et ea petere et exigere in futurum valeat, prout ante, auditisque et intellectis omnibus que dicte partes in et super questiones dicere, allegare, ostendere et proponere voluerunt et super eisdem habita solempni et matura deliberatione, ex vigore dicti compromissi, ut supra facti, Dei nomine inuocato, dixit, arbitratus fuit ac pronunciauit primo quod omnis rancor et maliuolancia inter ipsas partes existens ratione questionis predicte tollatur et quod bona pax, amor perpetuus et tranquilitas inter ipsas maneat in futurum. Item quod dictus Aymo et dicta Johanneta, nomine suo et Perrodi Albi mariti sui, pro bono pacis et concordie quictent, soluant, cedant penitus et remittant perpetue dictis dno Hunberto et dne Amphelisie coniugibus et eorum heredibus quicquid juris, rationis, actionis et dominii vel quasi habebant, habere potetant ac habituri erant in vicedominatu ciuitatis Sedun. et in freweriis, bannis, clamis, exchetis et ceteris juribus ipsius vicedominatus quibuscunque, ita quod dicti coniuges dni Hunbertus et Amphelisia et eorum heredes vsagia et onera inde debita cuicumque facere, prestare et subportare perpetuo teneantur. Item quod dicti Ay. et Johanneta, nominibus quibus

supra, parcant, indulgeant et remittant Petro vicedno predicto quicquid peccati habebat et habere potuisset tempore mortis sue occasione questionis predicte. Item quod dicti dnus Hunbertus et dna Amphelisia dent et soluant ac dare et soluere teneantur pro bono pacis et concordie predicte et pro quictatione predicta dicto Aymoni, nomine suo et dicte Johannete neptis sue, pro jure seu rata eiusdem Johannete, XL lb. Maur. semel terminis qui sequuntur, videlicet in proximo festo Rogationum XX lb., et anno proximo sequenti eodem festo alias XX lb., vel ex quolibet dictorum terminorum facere gratum dicti Aymonis. Et super dictis XL lb. Maur., ut supra soluendis, dicti dnus Hunbertus et dna Amphelisia in manu dicti Aymonis, nominibus quibus supra, dare et prestare bonos et ydoneos fideiussores teneantur, et nichilominus fideiussores obligati tam ex parte dicte dne Amphelisie quam ex parte dictorum Aymonis et Johannete de attendendo et obseruando pronunciationem et arbitramentum factum et faciendum per dictos dnum episcopum et amicos seu arbitros electos, ut supra, virtute dicti compromissi obligati remaneant prout ante. Item quod datis predictis fideiussoribus per dictos dnum Hunbertum et dnam Amphelisiam in manibus dicti Aymonis, quibus supra nominibus, predicti Ay., Johanneta et Perrodus Albi maritus ipsius Johannete dictas quictacionem, cessionem et remissionem facere teneantur et laudare instrumentum super hiis dictandum ad dictamen vnius vel plurium sapientum. Quamquidem pronunciacionem et arbitramentum ac omnia et singula premissa pronunciata et arbitrata, ut supra, partes predicte laudauerunt, ratificauerunt, approbauerunt et omologauerunt prout melius potuerunt, promittentes ipse partes vicissim altera alteri in manu mei notarii infrascripti, stipulanti et recipienti more publice persone, vice, nomine et ad opus omnium quorum interest et intererit in futurum, juramentis suis ad sancta Dei ewangelia prestitis attendere plenius

et complere et in nullo per se vel per aliam personam interpositam contrafacere vel venire facto, verbo, opere vel consensu, nec, etc., sed, etc. Ad predicta interfuerunt testes, etc., videlicet vir ven. Pe. de Claromonte canonicus Sedun., dnus Ay. prior de Granges, dnus Jo. curatus de Rarognia, dnus Jo. Muozo sacerdos, Franciscus vicedonus den Chamoson, Ludouicus Albi, Hunbertus dictus Gymillie, domicelli, Jo. de Pontally et Gonterus Fortis, clerici, et ego notarius, etc.

Deinde anno et indictione quibus supra, die XXII mensis septembris, apud Bramosium, in ecclesia parrochiali dicti loci, constituti dicti dnus Hunbertus et dna Amphelisia, ex I parte, et dictus Ay. de Olono, ex altera, cum dicti dnus Hunbertus et dna Amphelisia virtute pronunciacionis facte per dictum dnum episcopum et alios arbitros electos tenerentur et dare deberent dicto Aymoni ac Johannete vxori Petri Albi predicte fideiussores ydoneos de soluendo eisdem XL lb. Maur., ut in predictis instrumentis plenius continetur, prefati coniuges fideiussores dicto Aymoni, stipulanti et recipienti ad opus sui et dicte Johannete, super premissis XL lb. soluendis, ut supra, dederunt et prestiterunt, ut in quodam instrumento publico, die presenti, per me subscriptum notarium confecto ad opus dicti Ay., stipulantem et recipientem ut supra, super cautione predicta plenius continetur; quibus fideiussoribus sic datis per dictumque Ay., stipulantem et recipientem ut supra, receptis, idem Aymo, pro se et suis heredibus, cessit, remisit et quictauit perpetue dictis dno Hunberto et dne Amphelisie, stipulantibus et recipientibus nomine suo et heredum suorum ac eorum quibus, etc., quicquid juris, rationis, actionis, dominii, proprietatis et dreyture habebat et habere poterat vel debebat in tercia parte vicedominatus Sedun. et omnium exituum et obuentionum eiusdem, videlicet in medietate dicte tercie partis vicedominatus predicti quam idem Aymo asseruit sibi pertinere debere. Deuestiens se dictus Ay., etc.

Nichil, etc. Cedens, etc. Promittens per juramentum, etc. Testes: P. Magy, Perrodus de Grimisua, P. Ruffi clericus, ciues Sedun., Hunbertus de Gymillie domicellus et Jo. Torner de Loy et ego notarius, etc.

Deinde anno Dni M°CCC°XLVII°, XV indictione, die XXII maii, apud Granges, in domo Petri Albi de Granges domicelli, constituta Johanneta vxor dicti Petri, eadem, de laude, mandato et consensu expressis dicti Petri eius mariti, cessit, remisit et quictauit perpetuo michi notario, stipulanti et recipienti vice, nomine et ad opus dictorum dni Hunberti et dne Amphelisie heredumque et assignatorum eiusdem, quicquid juris, etc., habebat et habere poterat vel debebat in tercia parte vicedominatus predicti, etc. Promittens, etc. Testes: Aymo de Olono domicellus, Mermetus de Gruyeria morans Seduni, Stephanodus de Sarqueno pictor et ego notarius, etc.

1914

L'évêque de Sion rachète des terres données aux Chartreux de Géronde par l'évêque Aymon de La Tour, et il les revend à Rodolphe de Rarogne, sous grâce de rachat.

Géronde, 1346, 17 septembre.

Liber instrumentorum de Leuca, f. 184 et 185 verso.

* Anno Dni millesimo CCC XL^mo sexto, decima septima die mensis septembris, inditione XIIII^a, apud Gyrunda, in ecclesia Cartusiensium, in capella B. Joannis Baptiste, dnus Guychardus Sedun. episcopus, ex vna parte, et viri religiosi dni Stephanus de Lullino prior dicte domus Cartusiensium de Gyrunda, Thomas de Narres, Petrus de Sallanchia, Johannes de Lugduno, Jacobus de Villanoua, monachi dicti ordinis et domus, ad sonum campane congregati et capitulum facientes,

ex altera, constituti propter ea que sequuntur: Cum dicti prior et conuentus, virtute donationis sibi facte per Aymonem Sedun. episcopum in fundatione dicte domus, totum albergamentum de Dalliendo apud Leucam et casamentum cum campo et virgulto adiacentibus, item vnum frustrum terre apud Leucam possederunt; actum tamen quod dnus episcopus, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, dictas res possit rehabere ad opus mense episcopalis pro decem lb. Maur. redditus; ea propter dictus dnus Guychardus dictas res reemit pro decem lb. Maur. redditus, pro quibus soluendis dedit dictus dnus episcopus dictis priori et conuentui principalem solutorem et pagatorem fidelem suum dnum Rodulphum de Rarognia militem, qui eisdem dedit fideiussorem nobilem et potentem Johannem Aniuisii dnum. Acto inter dictum militem et priorem et conuentum quod idem miles dictas decem lb. redditus possit reemere pro centum lb. Maur. semel. Volens autem dictus dnus episcopus ipsum militem seruare indempnem, eidem Rodulpho de Rarognia militi vendidit dictas res reemptas pro dictis decem lb. redditus; acto in premissis quod idem dnus episcopus et sui successores possint reemere ab ipso dno Rodulpho dictas res pro centum lb. Maur. semel aut decem lb. redditus. Item actum est quod dictus dnus Rodulphus potest, si voluerit, edifficia meliorare usque ad quantitatem viginti lb. Testes: dnus Petrus Wiffredus canonicus Sedun., dnus Joannes condnus Albone miles (ballivus), vallis Vallesii, dnus Jacobus de Mustruz, Thomas in Campo de Consches, sacerdotes, Franco de Lausanna, etc.

Subsequenter die VI mensis octobris, capitulum Sedun. dicte venditioni consensit.

1915

Inféodation de terres aux Agettes faite par Jean de La Tour, donzel.

Sion, 1346, 16 octobre.

Archives de Valère, Registrum Conradi de Friburgo.

* Anno Dni M°CCC°XLVI°, die XVI mensis octobris, Seduni, Jo. de Turre domicellus vendidit et in augmentum homagii ligii tradidit Johannodo Pallyet deys Agietes, parrochie de Vex, vnam peciam campi et prati cum vna grangia infrasita, que jacet eys Agietes, item vnam domum sechereynchi, sitam ibidem, et hoc pro X lb. Maur. semel et pro VII den. seruicii et X sol. placiti. Testes : Willermus de Bodema presbiter, Marquetus maior de Leuca.

1916

Droit du major de Monthey sur les objets trouvés.

Bex, 1346, 25 octobre.

A.-J. de Rivaz, Opera hist. XIII, 229, ex arch. reipublicæ Vallesii. — *Furrer*, III, 123.

In nomine Dni, Amen. Anno a nativitate ejusdem M°CCC° XLVI°, indictione XIIII sumpta cum eodem anno, die XXV^a^ mensis octobris, apud Bacium, in platea communi juxta domum curati de Bacio, in mei notarii infrascripti et testium subscriptorum presentia propter hoc specialiter constitutis viro nobili Bertholeto de Gresiaco condno de Bacio, Johannodo Warnerii de Bacio mistrale ibidem viri nobilis dni Johannis de Blonay militis, dni de Jour et condni de Bacio, ex una parte, et Petro majore Montheoli, ex altera, cum

dictus Petrus major per se aut per suum nuntium infra confines jurisdictionis et dominii de Montheolo, videlicet in ripa aque Rhodani, quamdam navem invenerit, in qua quidem jurisdictione et dominio dictus major habet, percipit, levat et recolligit, ut asserit, omnia inventa que ibidem inveniuntur, et ipsa fore sua asserit; quam navem dictus nobilis Bertholetus et Johannodus Warnerii mistralis, vt supra, dicunt se perdidisse et eamdem navim asserunt esse Johannis Grossy de Sancto Mauricio, et ab ipso anno preterito ipsam navem mutuasse pro vanello de Bacio eodem anno faciendo; idcirco prenominati nobilis Bertholetus et Johannodus Warnerii mistralis requisierunt instanter et cum magna instantia dictum Petrum maiorem, ut sibi placeret dictam navim eisdem nobili et mistrali de gratia speciali reddere et deliberare. Prefatus major volens eisdem nobili et mistrali facere in predictis gratiam specialem, idcirco dictam navim de gratia speciali dictis nobili Bertholeto et mistrali oretenus reddidit et deliberavit. De quibus premissis omnibus dictus Petrus major petiit a me notario infrascripto sibi fieri per me publicum instrumentum. Testes ad premissa fuerunt vocati et rogati Henricus de Sancto Paulo vice castellanus Montheoli, Johannes naturalis quondam viri nobilis Petri de Blonay domicelli, Perrodus salterus de Bacio, Johannodus de Bacio clericus. Et ego Girodus Gothefredi de Bacio notarius, etc.

1917

Délimitation des pâturages entre Martigny et Bovernier.

Bovernier, 1346, 29 octobre.

Collection de M. le président Tavernier, à Martigny.
(Extrait.)

Anno Dni millesimo tercentesimo quadragesimo sexto, die

vigesima nona mensis octobris, in pratis de Burgo Warniaci, constituti vir nobilis Bartholomeus Cavelli de Gebensis condnus Burgi Warniaci, domicellus, nomine suo et viri nobilis Joannis de Castellario domicelli, August. dyocesis, condni dicti loci Burgi Warniaci et consortis sui, ex una parte, et vir nobilis Joannes convicednus Martigniaci, nomine episcopi Sedun. et omnium nobilium et proborum hominum totius communitatis et parrochie Martigniaci, ex altera. Cum discordia verteretur inter partes jam dictas super limitibus pascuorum dictorum locorum, etc., arbitri communiter electi pronuntiant quod aqua de Dronnant, capiendo originem in aqua Drancie, tendendo superius vsque ou Chanton de saxo de la Braye, diuidat dominia Burgi Warniaci et Martigniaci, et a dicto Chanton dicti saxi de la Braye tendendo superius vsque ad cacumen montium et diuidatur per frestam, sic quod dys la poya du Barmey en amon tendendo superius per magnum lauancherium, magna ruina des Hoctannes intermedia a parte illorum de Burgo Warniaci, et per lou Glappey de la Grunnaz tendendo versus les Arsis a parte illorum de Martigniaco, per quamlibet dictarum partium versus fines suos ponatur bannum sexaginta sol. communiter hinc inde per tres hebdomadas ante festum S. Johannis Bapt.; lapsis vero dictis tribus hebdomadibus vtantur dicte partes hinc inde suis pascuis, sicut hactenus extitit consuetudo. Etc. Quam pronunciationem dicte partes promiserunt per juramenta sua firma attendere. Testes: Joannes mistralis de Versoya, vice castellanus Martigniaci, etc.

1918

Le pape Innocent VI confirme les libertés et les immunités de l'hôpital du Mont-Joux.

Avignon, 1346, 8 novembre.

Archives du Grand-Saint-Bernard.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio preposito et fratribus hospitalis Sanctorum Nicolai et Bernardi de Monteiouis, ordinis sancti Augustini, Sedun. diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in Christo filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus, siue per priuilegia seu alias indulgencias, vobis et hospitali vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et hospitali vestro predicto indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, nobis et per uos eidem hospitali auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, VI idus nouembris, pontificatus nostri anno quinto.

Vidimus fait par l'official de Lausanne, à la demande de Pierre dit Bergeis, recteur de l'hospital de Saint-Jean, à Lausanne, de l'ordre du Mont Joux, le 10 août 1358.

1919

Inféodation faite par Marguerite d'Ayent, épouse de Pierre de Saillon, chevalier.

Ayent, 1346, 13 novembre.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. clxxi.

' Ego Margareta, filia quondam Nantermi de Ayent domicelli, laudatione dni Petri de Sallione militis, mariti mei, dedi in planum feudum, pro XL sol. nomine intragii et II fichilinis siliginis redditus annui, Chaberto filio Anthonii Mançon de Platea seniori vnam peciam campi, sitam en Breydi, subtus Bliuignoz. Datum in castro de Ayent, anno Dni M.CCC.XLVI.

Dans un acte sans importance, du 11 décembre 1346 (Archives de Valère), paraît : « Willencus de Genevrines domicellus, gerens vices Seduni et ahibi dni Johannis de Aubona militis, balliui in terra Vallesii ex parte dni Guichardi episcopi Sedun. »

1920

Testament de Guillaume de Greysier, donzel, coseigneur d'Ayent.

Saint-Romain, 1347, 6 février.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. lxxxiiii.

' Ego Willelmus de Gresie domicellus, condnus de Ayent, infirmus corpore, meum testamentum nuncupatiuum ordino in hunc modum : Eligo sepulturam meam in cimisterio Sancti Romani de Ayent. Instituo heredem meum vniuersalem nepotem meum Petrum filium dni Guillelmi de Compesio militis.

Item lego curato de Ayent vnum fichilinum siliginis redditus annui. Item lego quinque sol. Maur. annuatim pro quinque missis, anno quolibet, in die anniuersarii mei celebrandis. Item lego curato de Bruel X sol. Geben. semel. Item lego Perroneto alumpno meo IIII fich. silig. redditus, item vnam peciam prati, item domum meam sitam apud la Plaçi, etc. Item lego Mariete naturali mee X lb. Geben. semel, cum vno lecto. Item executores meos facio nobiles viros dnum Guillelmum de Compesio predictum, militem, et Aymonem de Pressie domicellum, filium dni Petri de Pressie militis. Dnus Aymo curatus de Ayent hanc cartam leuauit apud Sanctum Romanum, die VI februarii, anno Dni M°CCC°XLVII°, imperio vacante, Guichardo episcopante.

1921

Vente d'un cens par Jean d'Erdes à Aymon d'Ollon, donzel.

Sion, 1347, 20 février.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Johannes filius quondam Petri dErdes, ciuis Sedun., vendidi pro triginta duobus sol. Maur. Aymoni de Olono domicello duos fichilinos siliginis redditus annui, in quibus michi tenebatur Jacoba uxor quondam Johannodi Regis de Sancto Paulo de Heremencia super domo sua sita Seduni, versus Sanctum Paulum, iuxta domum dicti emptoris, ab vna parte, et casamentum curie episcopalis, a parte posteriori, et ante plateam seu carreriam publicam tendentem versus curiam vicedominalem. Actum Seduni, die XX mensis februarii, anno Dni M°CCC°XLVII°, Karolo electo existente, Guichardo episcopante.

1922

Procédure contre un débiteur.

Louèche, 1347, 21-27 mai.

Archives de Valère.

In causa regalie vertente coram nobis Petro Emon tenente locum vicedni apud Leucam pro viro nobili dno Rodulfo milite, vicedno de Leuca, et Petro saltero dicti loci, inter Jo. Mistralis, qui cauit per talem, ex vna parte, et P. Erpo qui cauit per talem de stando juri, ex altera, super eo quod dictus Jo. Mistralis in judicio coram nobis pro tribunali sedentibus petebat a dicto P. Erpo quod ipse confessus fuit et sibi soluere promiserat nouem fischilinos siliginis ex causa justa ; ad que respondit dictus Perrodus Erpo negans penitus peticionem dicti Jo. fore veram. Quibus sic propositis dicte partes se voluerunt sibi jus dici et reddi super propositis predictis. Quibus fuit per nos redditum more solito Leuce in hunc modum, videlicet quod dictus Johannes Mistralis delinqueret juramento dicti Perrodi Erpo, uel quod ipse Perrodus Erpo remitteret juramento dicti Jo. Mistralis, uel quod ipse Jo. Mistralis probaret id quod proposuit et petiit. Ad que dictus Jo. Mistralis citauit dictum P. super regiquina ad diem veneris proximam, et super lo deprey ad diem martis proximam, et super facto ad diem jouis proximam subsequentem, ad horam et locum consuetum ad procedendum in causa predicta, prout ordo regalie requirit et postulat. In cuius rei testimonium ego dictus P. salterus sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum Leuce, in octabas Pentecostes, anno Dni M°CCC° XLVII.

1923

Bertholet de Greysier, donzel, major de Sion, amodie à Gérold de Greysier la majorie et tous ses autres biens et revenus entre la Lizerne et la Rière pour l'espace de cinq années.

Sion, 1347, 10 juillet.

Archives de Valère, Registrum Girardi Maioris de Dallion.

Anno Dni M°CCC°XLVII°, inditione XV, die X julii, Seduni, versus Malam Curiam, in domo Giroldi de Gresiaco, Bertholetus de Gresiaco domicellus, maior Sedun., admodiauit dicto Giroldo, per spacium quinque annorum in primo die mensis marcii nuper preterito jam inceptorum, omnia bona sua, juridiciones et jura, terras, seruicia, placita, redditus, census, vsagia et alia bona que idem maior habet ab aqua de Yserna vsque ad aquam dictam de la Ryesy prope Sanctum Leonardum, ab vtraque parte Rodani, maxime maioriam Sedun. et eius officium cum suis prouentibus, fructibus, dominio, clamis, bannis, eschetis, etc., item omnia alia bona et jura, prata, vineas, etc., que dictus maior habet inter dictas duas aquas, exceptis exchetis feudorum, si interim acciderent in locis admodiatis, et hoc pro XXX lb. Maur. semel in anno quolibet dicto maiori soluendis; item quod dictus Giroldus soluere teneatur anno quolibet omnia vsagia, redditus siue census in quibus dictus maior tenetur cuicunque infra dictos confines. Dictus vero Giroldus tenetur interim bene et decenter colere et tenere et manutenere et pro dicto maiori, si sit opus, deseruire erga dnum episcopum Sedun., et officiare tam in officio maiorie, quam in cauelcatibus, quam aliis seruiciis; et si forsan contingeret interim reficere seu edificare aliquid in domibus dicti maioris de nouo, quod dictus maior

dicto Giroldo deducere et soluere teneatur, excepto si faceret retectare de merino veteri vel aliquas guttas meliorare, illa facere tenetur dictus Giroldus suis expensis, nisi edificium nouum. Testes: Ay. dErdes de Contez domicellus, etc.

1924

L'évêque de Sion nomme Jocelin d'Ornavas châtelain de Conches et major d'Ernen.

1347, 8 août.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Guichardus episcopus constituit Jocelmum de Vrnavas, domicellum, castellanum a Monte Dei superius et majorem de Aragnon et recuperatorem omnium redditnum, talliarum, servitiorum, vsagiorum, concedentes quod banna, fraverias et clamas marciare valeat de gracia speciali.

Promisit fidelitatem et computum. 1347, 3 augusti.

1925.

L'évêque de Sion confirme les formules usitées dans les chartes de la chancellerie.

Sion, 1347, 22 novembre.

Archives de Valère, D, 58.

Nos Guichardus Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopus et in terra Vallesii princeps superior nomine Sedun. ecclesie et dnus temporalis, ad perpetuam rei memoriam, infrascripta nota esse volumus omnibus inspecturis. Regiminis

nobis commissi cura requirit vt pro comoditatibus subiectorum solicitudines nostras impendere debeamus. Sane sicut est notorium in tota patria supradicta, communis vsus consuetudinarius et pro lege seruatus prouida consideratione hactenus, a tempore de cuius contrario memoria non existit, ad euitandas cauilosas et perniciosas dubietates clausularum que in contractibus apponende juris scripti sutilitate sunt reperte, et sepe plus vel minus in eisdem contractibus ex simplicitate contrahentium et ignorancia leuantium seu scribentium eosdem contractus exprimuntur, prout facti experiencia cotidiana docuit, introduxit certas formas breues, que chertre cancellarie apellantur, super leuandis contractibus et vltimis voluntatibus, quibusque factum et res seu jura et promissiones de quibus agitur inde et simpliciter continentes per juratos debite duntaxat dicte cancellarie et registrande in registris deputatis more solito, sine signis seu notis tabellionum qui notarii publici nominantur, et quod secundum generalem consuetudinem ipsius patrie dicte cherte sic sine signis leuate et registrate sunt et reputantur publica instrumenta, fidem plenam facientia in judicio et extra ac si per notarios publicos facte essent, et omnes promissiones, cautiones, stipulationes et obligationes personales et reales, renunciationes et clausule necessarie de jure communi aut speciali, priuilegio, consuetudine vel statuto ad effectum contractuum leuatorum per eos in eisdem chertris essent expresse, ita quod omni contradictione cessante standum est ipsis chertris et hiis que per ambas partes seu alteram ipsarum in ipsis chertris narrantur, postquam sic leuate, vt supra, et registrate consistunt, nec impugnari possunt, nisi modis et exceptionibus hactenus consuetis. Vnde nos episcopus, princeps et dnus, vt supra, ad probationem et fidem habendas de predictis, tam in iudicio quam extra, vbi fuerit oportunum, predicta in hiis scriptis deliberamus exprimenda et ea omnia in presente san-

cta synodo publice declarantes fore communi vsu dicte patrie, a tempore de cuius contrario non estat memoria, pro jure consuetudinario obseruata, eaque vtilia et laudabilia ad euitandas cauillationes predictas auctoritatibus supradictis aprobantes declaramus et declarando statuimus illa perpetuo fore seruanda et fidem plenariam adhibendam in judicio et extra dictis chertris leuatis et leuandis, postquam fuerint registrate, vt supra, et eas esse tanti vigoris, vt premittitur, ac si essent in hiis omnia expressa necessaria ad plenum eorum effectum, vt superius est expressum. Volentes quod vbicunque presens constitutio sub nostro sigillo apparebit, fidem plenariam faciat et eidem stetur tanquam probationi plenarie de omnibus et singulis supradictis, quam in libro nostrarum constitutionum synodalium scribi et registrari die presenti mandamus et per curatos in singulis eorum parrochiis nostrarum ciuitatis et dyocesis coram populo semel in anno quolibet publicari. Protestantes tamen in principio, medio et fine promulgationis presentis statuti et constitutionis quod per presentem constitutionem seu statutum non intendimus juri nostro vel successorum nostrorum in aliquo derogare, nec per aliquid quod in presenti statuto seu constitutione contineatur, preiudicium generari nec etiam constitutionibus nostris et predecessorum nostrorum, in toto vel in parte, per aliquid expressum superius generetur, sed quidquid esset in preiudicio juris et dominii nostri successorumque nostrorum, pro non dicto, expresso, declarato, statuto et ordinato totaliter habeatur. Que protestatio dictari semper possit, vt melius poterit, ad conseruationem iuris nostri consilio sapientum. Datum sub sigillo nostro in testimonium veritatis, die jouis ante festum beati Clementis, anno Dni M°CCC° quadragesimo septimo, in ecclesia Sedun. Virginis gloriose, ibidem nostram sanctam synodum celebrantes.

Sceau pendant de l'évêque.

Une autre copie (arch. de Valère, D. 9) ne renferme pas les protestations de la fin « *Protestantes tamen*, etc., et se termine de la manière suivante:

Testes: dnus Girardus decanus Valerie, dni Petrus Wiffredi, Nicholaus de Clarens, Nicholaus de Bacio, canonici Sedun., dnus Johannes curatus de Saxons, Martinus dyaconus Sedun. ecclesie, Jorius Syonet subdiaconus et dnus Dominicus curatus de Seduno qui hanc cartam leuauit in ecclesia Sedun., ante altare Innocentium, die jouis in festo beate Lucie (13 décembre), anno Dni M°CCC°XLVII.

1926

Etablissement d'un tuteur par le juge en Chablais et en Vallais au nom du comte de Savoie.

Saillon, 1347, 23 novembre.

Archives de Valère, Registrum P. Jornal.

Nos Johannes Rauasii legum doctor, judex in Chablesio et Valesio pro ill. principe dno nostro comite Sabaudie, notum facimus vniuersis quod ad nostri presenciam amicis et parentibus Perrete filie Johannodi de Chegney quondam visuris dari tutorem eidem Perrete, que est impubes, euocatis, cum ceterorum amicorum relacione, cepimus Johannodum de Chegney patruum dicte Perrete propinquiorem esse dicte impuberi et ydoneum, propterea eumdem nobis, vice dicte impuberis et quorum interesse poterit in futurum stipulantibus, per stipulacionem juramento vallatam et sub obligacione omnium bonorum suorum promittentibus quod inventarium debite faciet impuberi et eius bona fideliter reget, vtilia procurabit et inutilia euitabit ac cum reliquorum restitucionem reddet legitimam tempore debito racionem, eidem impuberi decernimus atque damus. In cuius rei testimonium sigillum

judicarie predicte nos judex predictus presentibus duximus apponendum. Datum in assisiis nostris Sallionis, die XXIII mensis nouembris, anno Dni M°CCC°XLVII.

1927

Subside gratuit accordé par les bourgeois de Saint-Maurice au comte de Savoie.

Monthey, 1347, 4 décembre.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Ego Perrodus de Castellione domicellus, castellanus Sancti Mauricii, notum facio vniuersis presentem patentem litteram inspecturis quod ego habui et recepi et me confiteor recepisse a burgensibus Sancti Mauricii Agan., per manum Petri Wichardi burgensis et sindici ville Sancti Mauricii, viginti florenos boni auri et ponderis legalis, in quibus dicti burgenses tenebantur dno comiti Sabaudie de gracia sibi facta per dictos burgenses pro hoc anno Dni millesimo CCC° quadragesimo septimo; super quibus viginti flor. quitto dictos burgenses nomine dicti dni comitis. Datum Montheoli, cum appositione sigilli mei, IIII° die decembris, anno supra Dni millesimo CCC° quadragesimo septimo.

Sceau pendant.

1928

Formule d'absolution d'un usurier.

Loèche, 1347.

Archives de Valère.

Nos Jacobus decanus Sedun. notum facimus vniuersis quod

cum talis accusatus fuerit coram nobis uel nunciis nostris de vsura in synodo de Leuca celebrata a nobis aut nostris nunciis, anno currente M°CCC°XLVII°, et ipse de lege nostra satisfecerit, ipsum talem ab omnibus accusationibus vsure quoquomodo perpetrate a tempore retroacto vsque in diem presentem absoluimus per presentes penitus et quictamus. In cuius rei testimonium sigillum curie nostre presentibus duximus apponendum. Datum Seduni, tali die, anno Dni M°CCC° XLVII°.

1929

Procédure contre un accusé pour cause de blessure grave.

Louèche (vers 1347).

Archives de Valère.

Ego Perrodus de Mart(igniaco) tenens maioriam de Leuca pro reuerendo, etc. Notum facio vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum clamam deposuisset Jaquetus a la Reuela de Salqueno de Jaqueto filio Rolerii de Blus super eo quod petebat ab eo quod ipsum dictus Jaquetus de Blus cum gladio grauiter vulnerauerat, pro quo petebat vsque ad LX sol. Maur. Quem Jaquetum de Blus pro I°, II° et III° diebus more solito citaui peticioni dicti Jacobi Reuela responsurum et facturum quod deberet. Quo Jaqueto de Blus citato hiis diebus non vento nec comparente, dictoque Jacobo Reuela semper comparente et faciente peticionem suam predictam et requirente me ut super dicta peticione sua facerem gaudere; vnde saysyui in manibus Johannis ou Reys de Sarqueno XVIII sol. vsque ad complementum juris, in quibus idem Jo. dicto Jaqueto de Blus tenebatur, et saysina facta notificaui modo debito dicto Jaqueto de Blus quod vellet comparere et facere

quod deberet super premissis; quod facere niglexit. Quo acto, habito consilio peritorum in regalia, citato dicto Johannodo ou Reys et ipso coram me sedente pro tribunali presente et comparente, jusoque per me vt dictos XVIII sol. dicto Jacobo Reuela persolueret et sibi ferebant (sic) guerenciam erga dictum Jaquetum de Blus tanquam curia ferre debebat. Quibus sic actis compelli dictum Jo. ou Reys per capcionem vnius eque quam reddidi in varuenciam juris dicto Jacobo a la Reuela pro dictis XVIII sol., pro quibus uero XVIII sol. idem Jacobus a la Reuela de pignore in loco solito apud Leucam vendicioni exposuit, quam emit videlicet presenti die talis, et talis publice de vadio proclamauit si quis esset qui de dicta equa ultra dictos XVIII sol. aliquid dare vellet. Qua proclamacione facta nullus alius comparuit et ad hanc proclamacionem testes fuerunt, etc. In cuius, etc.

1930

Traité entre l'évêque de Sion et le comte de Savoie.

Près de la Morge de Conthey, 1348, 22 janvier.

Archives de Valère, B, 56. — *Furrer*, III, 124.

In nomine Dni, Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo CCC°XL octauo, indicione prima, die XXII mensis januarii, per hoc instrumentum publicum cunctis appareat euidenter quod cum dissensionis materia super pluribus et diuersis questionibus pararetur, videlicet inter illustrem principem dnum Amedeum comitem Sabaudie, ex vna parte, et reuer. in Christo patrem dnum Guichardum Dei et sedis apostolice gracia Sedunen. episcopum, nomine suo suique capituli, communitatum et nobilium terre et patrie Valesii nominibus, ex altera, super eo quod dictus dnus episcopus, nominibus qui-

bus supra dicebat et proponebat quod prefatus dnus comes seu eius officiarii in pluribus et diuersis locis marchiarum seu confinium terrarum dictorum dnorum turbabant et occupabant jurisdictionem et jura ecclesie Sedun. Item dicebat et proponebat predictis nominibus idem dnus episcopus quod idem dnus comes seu eius gentes arrestauerant ballas et mercandias in comitatu Sabaudie, occasione cuius arrestacionis mercatores qui per patriam Valesii transire consueuerant, a transitu et itinere totaliter desistebant, quod in dicti dni episcopi sueque patrie dampnum non modicum et preiudicium redundabat. Item dicebat quod cum Palmeronus Turqui ciuis Astensis per quosdam nobiles et alios subditos dicti dni episcopi assereret se detentum et sibi quedam bona fuisse ablata in terra Valesii, quod licet prefatus dnus episcopus se offerret paratum dicto Palmerono conquerenti de suis subditis exhibere justicie complementum, nichilominus prefatus dnus comes minabatur guerram facere contra terram ecclesie Sedun., nisi dicto Palmerono fieret restitucio de ablatis. Item dicebat quod cum pro ponte de Apro destructo tempore guerre in sedacione ipsius guerre fuisset inter cetera ordinatum quod dictus pons expensis illorum de Valesio reficeretur, qui per ipsos destructus fuerat, dnus Rodulphus de Blonay miles, tunc castellanus Contegii, qui dictum pontem fecerat refici, vltra taxacionem et estimacionem licet excessiuas factas tam per gentes dicti dni comitis quam per illos de Valesio, exegit a fideiussoribus datis per illos de Valesio magnas pecunie quantitates, quas sibi predictis nominibus restitui postulabat. Item super captione et detencione Jacodi Varifin clerici, ciuis Sedun., qui per Mermetum Borgesii de Gaix captus extitit et detentus, petebat quibus supra nominibus dictum Mermetum per dictum dnum comitem compelli ad restituendum redemptionem quam extorsit idem Mermetus a dicto Jacodo. Item aliis pluribus et diuersis iniuriis factis eidem ecclesie et eius

subditis per gentes dni comitis antedicti. Dicto dno comite contrarium asserente et dicente per se neque per eius officiarios jurisdictionem uel jura ad ecclesiam Sedun. seu patriam Valesii pertinencia in aliquo occupasse nec occupare velle, sed pocius dictum dnum episcopum et eius gentem Valesii jurisdictionem et jura in diuersis locis ad ipsum dnum comitem spectancia occupasse et occupare cottidie minus juste. Item dicebat et asserebat dictus dnus comes nullas ballas in dampnum uel preiudicium dicti dni episcopi et terre Valesii per se seu per eius subditos arrestasse, et si que balle per eundem seu per eius officiarios arrestate inueniantur, debite factum est in Sabaudie comitatu et maxime pro eo quod dicte balle erant mercatorum subditorum et ciuium dni Mediolani, qui terram dicti dni comitis et eius subditos hostiliter prosequitur minus juste, et propter gueram quam habet idem dnus comes ob ipsius dni Mediolani culpam cum eodem. Item dicebat et asserebat quod si reperiatur officiarios dicti dni comitis aliquas minas pignorandi dicto dno episcopo seu patrie Valesii intulisse, hoc fuit pro eo quod dictus Palmeronus, qui captus extitit et rebus suis spoliatus per subditos et districuales dicti dni episcopi, tunc temporis erat burgensis et garderius dni comitis memorati et captus in itinere de fondo dicti dni comitis existente, et dictus dnus episcopus in justicia eidem exhibenda negligens erat et remissus, quod idem dnus episcopus negabat, videlicet quod fuerit negligens in justicia exhibenda. Item dicebat et asserebat quod super querelis pontis de Apro et Jacodi Varifin paratus erat facere justicie complementum, quantum poterat et debebat. Item dicebat et asserebat nullas iniurias uel offensas per se seu eius officiarios dicto dno episcopo uel patrie Valesii illatas fuisse, sed pocius graues iniurias ab eisdem sustinuisse et recepisse, de quibus omnibus iniuriis et offensis sibi et suis subditis illatis petebat sibi fieri emendam competentem. Tandem pre-

fati dni, habito tractatu super hiis diligenti, cupientes omnem dissensionis materiam extirpare, pacem et concordiam, amoremque perpetuum confirmare, ordinauerunt, composuerunt, conuenerunt et transigerunt, nominibus quibus supra, per modum inferius declaratum. In primis quod eligantur videlicet quatuor pro qualibet parte, qui omnimodam habeant potestatem loca contenciosa limitandi, declarandi, jurgia terminandi, sedandi et pacifficandi et permutaciones et cambia faciendi, prout dictis octo concorditer videbitur expedire. Habeant si quidem dicti octo plenam et liberam potestatem super vniuersis et singulis questionibus, dampnis, grauaminibus, iniuriis et controuersiis vertentibus hinc et inde sedandi, terminandi et declarandi, prout superius est expressum, jurentque dicti octo ad sancta Dei euuangelia predicta bene et fideliter facere et quam cicius comode poterunt inchoare et dicta negocia usque ad finem perfectum continuare, ita quod infra carnispriuium vetus proximum predicta omnia totaliter sint completa, saluo tamen quod si aliqua causa justa compleri non possent infra terminum memoratum, habeant dicti octo liberam potestatem dictum terminum prorogandi, prout eis concorditer videbitur faciendum, ita quod propter dictam prorogacionem negocia non tardentur, quin continue in dictis negociis expediendis procedant, vsque quod dicta negocia effectualiter sint completa; et interim in locis contenciosis nulle fiant hinc et inde nouitates. Acto eciam et expresse conuento quod si contingeret aliquem de dictis octo abesse ex necessaria et justa causa, quod tres superstites de parte sua possint quartum eligere, prout videbitur eisdem, qui ad predicta seruanda totaliter obligetur et prestito per eum juramento, prout supra, similem cum aliis habeat potestatem, et quicquid per dictos octo concorditer factum et ordinatum fuerit perpetuam roboris obtineat firmitatem. Sunt autem electi pro parte dicti dni comitis ad predicta dni Petrus de Sal-

lione, Guillelmus de Castellione dnus Larrengii, milites, Jaquetus Albi de Viuiaco jurisperitus et Guido Thome condnus Sancti Triphonis, pro parte vero dictorum dnorum episcopi, capituli, nobilium et communitatum Valesii dni Franciscus de Compesio comes Blandracii, miles, Guillelmus de Clarens canonicus Sedun., Johannes de Platea de Vespia domicellus et Petrus Magi ciuis Sedun. Qui eciam electi super querelis dicti pontis et captione dicti Jacodi Varifin, que facte esse dicuntur, plenariam faciendi et ordinandi habeant potestatem. Item super facto reformacionis itineris extitit ordinatum quod illi de Valesio vna cum mercatoribus Mediolani procurent posse suo quod mercatores et mercancie consueti et consuete transire per terram Valesii et Sabaudie comitatum de cetero transitum faciant perpetue et continue, et super hiis prestent dicti mercatores ydoneam dicto dno comiti caucionem et fideiussionem de premissis actendendis. Qua fideiussione prestita et per prefatum dnum comitem seu eius commissarios acceptata, que ipsis sufficiat seu ipsis sufficiens videatur, balle arrestate per dictum dnum comitem dictis mercatoribus libere reddantur et restituantur. Que premissa si non compleantur, ut premissum est, mercatores qui ballas in comitatu Sabaudie habent arrestatas, pro dictis ballis liberandis dicto dno comiti sub specie mutui tradant decem milia florenorum. Quibus mercatoribus de ballis aliis per ipsos per comitatum Sabaudie et terram Valesii imposterum ducendis pedagia et jura pertinentia dicto dno comiti de dictis flor. deducantur vsque ad plenam recompensacionem dictorum decem milia flor., et hoc teneatur dictus dnus comes dictis mercatoribus, videlicet super dicta deductione facienda, ydonee fideiubere, et nisi dicti mercatores ballas suas eorumque mercandias consuetas continue et perpetue imposterum per terram Valesii et dicti dni comitis duxerint, dicta decem milia flor. absque aliqua restitucione facienda dictis mercatoribus remaneant dno comiti

supradicto. Et insuper extitit ordinatum quod reuer. in Christo pater dnus Franciscus Dei et apostolice sedis gracia Lausann. episcopus et balliuus Chablasii, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, a dicto dno comite habeant omnimodam potestatem recipiendi certam caucionem a dictis mercatoribus de transeundo, ut superius est expressum; que si prestari non poterit de recipiendis dictis decem milibus flor. et fideiussione pro parte dicti dni comitis prestanda, pro quibus recipiendis et prestandis debeant ipsi dni episcopus et balliuus apud Villam nouam Chillionis se transferre, et eo casu quo mercatores et mercandie transibunt et ducentur, ut supra, teneantur dni memorati per se et suos subditos, quilibet per terram suam, mercatores et eorum mercandias assecurare modo quo poterunt forciori et securos tenere a se et suis subditis et aliis quibuscunque per terram suam quilibet ipsorum, non obstantibus dissensionibus et aliis ostaculis et occasionibus quibuscumque, eciam et guerris in quibuscunque locis vertentibus. Item et ordinatum est ad maiorem iteneris reformacionem quod vbi mercatores Mediolani per alia itenera transirent et mercandias ducerent, quod dicti dni episcopus et comes et illi de Valesio et eorum subditi impediri, frangi et destrui dictum iter alteratum totis viribus procurent communiter et diuisim quicumque ipsorum hoc cicius poterit, sicut comode poterunt durante guerra inter dictum dnum comitem et dnum Mediolani. Item ad reformacionem dilectionis perpetue inter dictos dnos episcopum et comitem, capitulum et communitates et eorum subditos conseruande extitit ordinatum et firmatum quod dictus dnus episcopus et eius subditi non paciantur per terram Valesii per dnum Mediolani uel per quemcunque alium inferre dampnum, iniuriam uel offensam dicto dno comiti uel eius patrie seu genti, sed bona fide possetenus obuiabunt et defendent quoscunque offendere volentes et transire

volentes ad dictum comitatum offendendum. Et vice versa dictus dnus comes et eius subditi faciant et obseruent illud idem. Item super facto Palmeroni Turqui extitit ordinatum quod si dictus Palmeronus rediret in graciam dni comitis memorati et vellet conqueri in curia dni episcopi predicti de subditis suis per quos asserit sibi iniuriam fore factam et res extortas siue ablatas, idem dnus episcopus teneatur dicto Palmerono requirenti aut eius nunciis facere justicie complementum, ipsosque securos tenere eundo, stando et redeundo per totam patriam Valesii jus suum prosequendo. Vice versa aduersarii dicti Palmeroni terre Valesii per comitatum Sabaudie sint securi. Et si forte dictus dnus episcopus, quod absit, recusaret uel esset negligens dicto Palmerono justiciam exhibere, accipiatur dieta in loco marchie apud Morgiam et per tenentes dictam marchiam super hiis cognoscatur et decernatur. Et si non possit dicta questio prima dieta marchie terminari, recipiatur alia dieta in dicta marchia; quod si tunc temporis dicta questio terminari non possit, eligantur duo amici per partes communiter, qui super dicta questione terminanda a dictis partibus habeant plenariam potestatem. Qui amici jurare teneantur dictam questionem infra certum terminum per ipsos prefigendum terminare, sopire et ad finem perducere. Item ordinatum extitit quod super futuris questionibus, si que oriantur, quod absit, duo eligantur conseruatores hinc et inde, qui super sedandis ipsis questionibus omnimodam habeant potestatem. Super quibus pro parte dicti dni comitis electi fuerunt vir venerabilis dnus prepositus Montisjouis et Aymo de Pontevitreo dnus Acrimontis, pro parte vero dnorum episcopi, capituli et aliorum de Valesio Johannes dnus Aniuisii et dnus Dyonisius de Thora canonicus Sedun., ad cambium aliorum pro parte qualibet eorumdem, si predicti comode haberi non possent. Que omnia et singula

supradicta dictus dnus comes, de voluntate, consilio et consensu virorum illustrium dnorum Ludouici de Sabaudia dni Waudi et Amedei comitis Gebenn. presentium, ex vna parte, et dictus dnus episcopus predictis nominibus et alii infrascripti tam suis propriis quam infra scriptarum communitatum nominibus, prout inferius particulariter declaratur, missi ad hoc per eas, ut asserunt, ex altera, et habita quilibet a sua communitate, ut dicebant, plenaria potestate, promiserunt altera pars alteri solempnibus stipulacionibus interuenientibus hinc et inde, videlicet dictus dnus episcopus ponendo manum ad pectus more prelatorum, et dictus dnus Aniuisii bona fide et omnes alii et singuli per juramenta sua prestita corporaliter ad euuangelia sacrosancta, omnesque sub suorum obligacione bonorum quorumcunque, presentium et futurorum, rata, grata, firma et irreuocabilia habere perpetue et tenere, attendere, seruare et effectualiter adimplere et non contra per se uel per alium in judicio uel extra facere quomodolibet uel venire, nec contra facere volenti uel venire aliquatenus consentire; videlicet pro communitate Martigniaci Nantermus vicedognus, Johannes salterus dicti loci; pro communitate de Chamoson Franciscus vicednus et Petrus maior dicti loci; pro communitate Sedun. Perronetus de Noyerey procurator eiusdem, ut asserit, Petrus Magi et Petrus Rufi de Sancto Mauricio, ciues Sedun.; pro communitate de Granges Johannes dnus Aniuisii, Ludouicus Albi domicellus, condni dicti loci; pro communitate de Leucha dnus Rodulphus de Rarognia miles, vicednus dicti loci, Nycholaus Fabri, Petrus salterus Martigniaci et Petrus Magi ciuis Sedun.; pro communitate de Rarognia dnus Humbertus dnus Chiuronis, dnus dicti loci, Johannes Asperlini; pro communitate de Vespia dnus Franciscus de Compesio miles, maior dicti loci, Anthonius Werlini, Erlinus de Silinon, domicelli; pro communitate de Nar-

res et de Briga Johannes de Platea de Vespia domicellus, castellanus Saxi, Jocelminus et Burchardus de Ornauas, Johannes de Montz, Johannes de Vineis, domicelli; pro communitate de Aragnon et de Conches dictus Jocelminus de Ornauas. Renunciantes dicti dni episcopus, comes et alii suprascripti, etc. De quibus dicte partes per nos Petrum Rufi de Sancto Mauricio clericum, ciuem Sedun., et Anthonium Beczonis de Hennia, Bellicensis diocesis, notarios publicos, vnum et plura pro parte qualibet instrumenta publica fieri preceperunt. Actum in prato dni Johannis de Drona curati Contegii, juxta glaretum aque Morgie Contegii a parte ciuitatis Sedun., presentibus dnis Philippo de Bussiaco, Johanne de Sabaudia dicto Mitra, Petro de Cuffignon, Johanne Thome, Bartholomeo et Nicodo Tauelli, Jacobo de Compesio, Francisco de Sarraualle, militibus, Johanne de Sabaudia cantore Gebenn., Georgio cancellario Sabaudie, Benedicto Bartholomei, jurisperitis Sorcello de Montebreono, Jaquemeto Marescalci, Johanne filio dni Nychodi dni Montisfortis, Aymone de Chastonay, domicellis, Guillelmo Wichardi de Sancto Mauricio Agan. notario publico, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Ego vero Petrus Rufi, etc.

Nos vero episcopus supradictus, scientes et cognoscentes omnia et singula supradicta vera esse, actaque fore in nostre ecclesie et patrie Valesii vtilitatem et comodum, et deliberacione saniorum consilii, ad dictorum perpetuam roboris firmitatem sigillum nostrum vna cum sigillis dni et fidelis nostri comitis supradicti et Sedun. capituli presenti pagine duximus apponendum. Datum ut supra.

Ce parchemin n'a jamais eu de sceaux.

1931

Le comte de Savoie ordonne au juge du Chablais et au châtelain de Conthey et de Saillon de révoquer toutes les mesures qu'ils avaient prises pour empêcher la stipulation de chartes de la chancellerie de Sion.

Sion, 1348, 23 janvier.

Archives de Valère, D, 56 et 29, copie.

Amedeus comes Sabaudie dilectis fidelibus nostris judici Chablasii ac castellano Contegii et Seillionis, ceterisque officialibus nostris in terra Vallesii et Chablasii constitutis, ad quos presentes peruenerint, salutem et dilectionem sinceram. Vobis et vestrum (cuilibet), de consilio carissimorum patruorum nostrorum dnorum Ludouici de Sabaudia dni Waudi et Amedei comitis Gebennensis, precipimus et mandamus, quatenus omnes prohibitiones, impedimenta et comminationes factas seu facta publice uel occulte facientibus fieri chartras cancellarie Sedun. capituli super contractibus perpetuis et realibus in dicta castellania factis uel faciendis reuocetis, et precipiatis quod quicunque cartas seu chartras dicte cancellarie facere voluerit, libere faciat fieri, sicut tempore predecessorum nostrorum dnorum nostrorum carissimorum aui, patris et patrui nostrorum Amedei, Aymonis et Edduardi facere consueuerunt. Nolumus autem quod vtentes et fieri facientes dictas chartras aliqua banna uel penas propter hoc impositas per quoscunque incurrant, sed volumus et precipimus quod talis fides dictis chertris adhibeatur, qualis consueuit adhiberi in judicio et extra, secundum tenorem dictorum predecessorum nostrorum et secundum quod antea extitit obseruatum, vt in litteris presentibus annexis[1]. Publicentur autem iste littere in

[1] Voir plus haut, pag. 32.

locis dicte castellanie et aliis vbi videbitur faciendum. Datum Seduni, cum appositione sigilli nostri, die XXIII mensis januarii, anno Dni M°CCC°XL° octauo.

Redd. litteras port.

Per dnos comitem Ludovicum et comitem Geben. presente dno Georgio.

A^th^ B^ois^

1932

Les procureurs de la commune de Liddes réclament l'exécution d'une clause de la sentence arbitrale prononcée entre eux et Girard de Gex, seigneur de ce lieu.

Liddes, 1348, 23 janvier.

Archives de Liddes.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem dni millesimo CCC° XL° octauo, indicione prima, XXIII^a^ mensis januarii, apud Lydes, in domo Johannodi Moniovo dicti loci, in mei notarii publici infrascripti presencia propter infrascripta specialiter constituti Perrodus filius quondam Wiberti de Ecclesia de Lydes, Laurencius Borgeys et Seruiodus Palinoz de Lydes, tanquam procuratores et procuratorio nomine hominum tocius communitatis de Lydes, fidem facientes de procuratorio suo per quoddam publicum instrumentum per manum Dominici Bolen de Orseriis notarii publici confectum, sub anno currente M°CCC°XLIIII°, indicione XII, die XXVII mensis nouembris, ex vna parte, et Johannes dictus Vyon de Gecz, tenens locum apud Lydes viri nobilis Girardi de Gecz dni de Lydes, ex altera, cum per manum virorum nobilium et discretorum dnorum Johannis Rauasii judicis Chablasii et Intermoncium, legum professoris, Guiliermi de Castellione militis et Johannis Balli procuratoris dni comitis Sabaudie quedam

compossicio facta fuerit inter dictum Giraldum et predictos procuratores super quadam questione que coram dictis dnis tanquam arbitris extiterat ventilata, videlicet super eo quod dictus Giraldus tanquam dnus de Lydes petebat ab hominibus de Lydes et habitantibus in dicto loco bona mobilia omnium decedencium in dicta parrochia sine herede legitimo de suo corpore procreato, condito testamento per eosdem vel non condito, in qua quidem compossicione pronunciatum extiterit per predictos arbitros quod dictus Giraldus procuret cum effectu quod Stephanus Borgeys eius pater, Johanneta vxor ipsius Giraldi ac eciam Amedeus de Alingio frater dicte Johannete dictam compossicionem, transacionem et pacem factam super predictis per dictos arbitros in omnibus suis capitulis laudabunt et ratifficabunt, et simili modo dicti Perrodus et Laurencius procuratores, nomine quo supra, procurare debuissent quod communitas de Lydes ipsam compossicionem ratifficare teneatur, et hoc jurauerunt dicte partes efficaciter adimplere sub pena centum lb. Maur., quarum medietas dno comiti anplicetur et alia medietas parti dictam pronunciacionem seu compossicionem adimplenti, prout in litteris super hoc confectis predicta omnia contineri dicuntur ; preterea cum appareat per litteram dictorum dnorum sigillis suis inpendenti sigillatam quod dicti homines seu procuratores de Lydes ratifficacionem communitatis predicte procurauerint, prout decet, et requisierunt dictos arbitros ut ipsi prouiderent dictis procuratoribus de remedio opportuno super eo quod dictus Giraldus nundum procurauit ratifficacionem pro parte sua faciendam. Et super hoc dicti dni tanquam arbitri ordenauerunt quod dictus Giraldus, infra duos menses a notifficacione presenti facta eidem Giraldo uel locum suum tenenti apud Lydes numerandos, ratifficacionem pro parte sua procuraret cum effectu, prout in littera dictorum arbitrorum suis sigillis sigillata lacius continetur. Hinc est quod, die presenti,

predicti Perrodus, Laurencius et Saluiodus, tanquam procuratores et procuratorio nomine quo supra, requisierunt instanter et instantissime predictum Johannem locum tenentem dicti Giraldi, vt supra, quatenus ipse locum tenens denunciet et notifficet dicto Giraldo, vt ipse Giraldus compleat et complere faciat quod super premissis promisit, videlicet ratiffficacionem pro parte sua faciendam procurare studeat cum effectu, et hoc sub pena predicta, infra tempus per predictos arbitros constitutum. De qua quidem requisicione et notiffficacione sic facta dicto locum tenenti per dictos procuratores, nominibus quibus supra, ipsi procuratores preceperunt michi notario infrascripto facere et sibi reddere publicum instrumentum ad opus ipsorum procuratorum et dicte communitatis et omnium quorum interest uel interesse poterit in futurum. Testes ad premissam requisicionem et notifficacionem fuerunt vocati et rogati Johannes salterus de Lydes, Martinus Escallo de Bagnes et Vldrionus Jaquini de Orseriis, notarii publici ambo, et plures alii fide digni.

Et ego Johannes de la Warda de Sancto Brancherio, clericus, etc.

Au revers: Instrumentum communitatis de Liddes factum super requisicione facta locum tenenti Giraldi de Borgeys de Gez.

1933

Willencus de Genevrines, vicaire de l'évêque de Sion pour le temporel, met un créancier en possession de la maison de son débiteur, à lui adjugée par l'official de Sion.

Sion, 1348, 25 février.

Archives de Valère, Registrum P. Jornal.

In nomine Dni, Amen. Anno a natiuitate eiusdem currente

M°CCC°XLVIII, indicione prima, die XXV^a^ mensis februarii, in ciuitate Sedun., supra magnum pontem ciuitatis Sedun., coram me notario, etc., constituti Willencus de Genevrines domicellus, gerens vices in temporalibus in dominio Sedun. rev. in Christo patris ac dni dni Guichardi Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopi, ex vna parte, et Johannes Ardigo de Vex ciuis Sedun. ac Johannodus Berthe clericus ciuis Sedun., ex altera, super (eo) quod dictus Willenchus proponebat ibidem ex officii sui debito quod cum ven. vir dnus officialis curie Sedun. ipsi Willenco per litteras sigillo curie sue sigillatas mandauerit vt compelleret et pignoraret, ad instanciam dicti Johannis Ardigo, Johannodum Lauenturoux de Grimisua et Aymonetam eius vxorem per capcionem pignorum eorum et sasinam rerum suarum, seu alio modo quo posset forciori, ad satisfaciendum eidem Jo. super hiis in quibus eidem tenentur, prout michi constaret per confessionem eorum vel per alia legitima documenta, cum dicti coniuges sustinuerint, diu est, et adhuc sustinent excommunicacionis sentenciam, quare spectabat invocare auxilium brachii secularis. Virtute cuius mandati dictus Willencus, ad satisfaciendum dicto Jo. Lardigo decem octo sol. Maur. et quatuor den., pro quibus soluendis dicti coniuges obligauerant domum eorum sitam Seduni versus portam Leuce, prout dictus Johannes ibidem plenam fecit fidem in manu dicti Willenci, idcirco dictam domum tradidit dicto Johanni et preconiczare et proclamare et subbastare fecit idem Willencus gerens vices quas supra per Franciscum Exchandulin perceptorem dicti dni episcopi Sedun. publice in ecclesia Sedun., populo ibidem presente, per tres dies dominicos, primo die dominica proxima post festum Purificacionis beate Marie Virginis pro prima proclamacione, item die dominica proxima post octabas dicti festi pro secunda proclamacione, item die dominica proxima ante festum cathedre sancti Petri pro tercia et peremptoria

proclamacione et subbastacione, quod si quis esset qui se vellet obligare et daturum aut soluere de dicta domo magis de quadraginta sol. Maur., illi soluenti faceret dictus Willencus bonum assat titulo vendicionis perpetue. Deinde vero dictus Willencus, vt asserit, per dictum Franciscum Exchandulin citari fecerit publice in ecclesia Sedun. ad dies jouis proximo post quamlibet diem dominicam subsequentem coram dño predicto in curia episcopali Sedun. dictos coniuges ac omnes et singulas personas, cuiuscumque condicionis essent, qui vel que se crederent aliquod jus habere in dicta domo, ad dicendum et apponendum per eos singulariter causam racionabilem quare presens vendicio fieri non deberet, prout has proclamaciones et citaciones dictus Franciscus sibi Willenco, vt asserit, retulit per eum fore factas, vt supra. Quibus diebus assignatis et proclamatis, vt supra, ipso Willenco presente in curia dni episcopi nulla persona comparuerit, que se vellet obligare daturum de dicta domo aliquam pecunie quantitatem, nec eciam aliquis qui vellet aliquid allegare quare presens vendicio fieri non deberet, nec quis vellet allegare se aliquod jus habere in domo predicta. Ex quibus proclamacionibus, subbastacionibus et citacionibus predictis factis, transsitis seu passatis, vt supra, requirebant dictus Jo. Ardigo et dictus Jo. Berthe sibi Jo. Berthe, qui se obligabat daturum de dicta domo dictos XL sol., bonum assat vendicionis perpetue de domo predicta. Idcirco dictus Willencus gerens vices quas supra, sedens ibidem pro tribunali, de consilioque peritorum regalie per eum, vt asserebat, habito super predictis, sentencialiter vendidit et finauit perpetue ac titulo pure, mere et irreuocabilis venditionis per hoc presens instrumentum tradidit et contulit, vt forcius potuit, eidem Johanni Berthe ibidem presenti, ementi, stipulanti et recipienti, etc. pro dictis XL sol. Maur. eidem Johanni Lardigo solutis, vt asserebat, in quantum debitum suum et expense sequentes se extendunt

et sibi Willenco residuum solucionis pro lege dni officialis ad opus aliorum creditorum et pro labore suo, dictam domum cum suis pertinenciis vniuersis. Quam quidem vendicionem cum omnibus suis pertinenciis dictus Willencus tanquam gerens vices quas supra pro se et omnibus aliis vices quas supra gerentibus in futurum promisit per juramentum, etc., pro vsagiis et redditibus de eadem debitis, cuicunque debeantur, facere omni alia actione remota contra omnes in iudicio et extra perpetue garentire, manutenere et tueri et non contra, etc. Testes: Mermetus Hubodi domicellus, Johannes Mistrallet sutor, Perrerius de Lessouens et P. Jornal qui, etc.

1934

Amédée, coseigneur de Vallaise, donne une terre en fief à Johannod Rossier.

Saillon, 1348, 22 avril.

Archives de M. Léon de Riedmatten.

* Notum, etc., quod nos Amedeus condnus Valesie et Ysabella eius uxor, laudatione Margarete relicte Guillelmi de Columberio domicelli, ad censum concessimus, pro tribus fisch. siliginis redditus ad mensuram de Seduno et pro duobus den. seruicii et quatuor den. placiti et pro septem sol. nomine intragii, Johannodo Rosserii de Arduno duo jugera terre sita apud Ardunum. Conuento inter nos et dictum Johannodum quod ipse uel sui heredes dicta duo jugera vendere non possint nobilibus hominibus, confratriis, ecclesiis, hospitalibus nec ecclesiasticis personis. Actum apud Sallionem, X kl. maii, anno Dni M°CCC°XLVIII°, Karolo electo existente, Guichardo episcopante.

1935

Donation en faveur de la confrérie du Saint-Esprit, à Ayent.

Saint-Romain, 1348, 22 avril.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. clxvi.

* Ego Johanneta relicta Willenci Peller de Sancto Romano de Ayent dedi confratrie Sancti Spiritus de Sancto Romano de Ayent vnam integram confratriam, videlicet vnum fichilinum siliginis census, dimidium sextarium vini census et XII den. census, ita quod mistrales dicte confratrie teneantur hospitare annis singulis per tres dies Penthecostes vnum pauperem in confratria predicta. Aymo curatus de Ayent hanc cartam leuauit, apud Sanctum Romanum, X kl. maii, anno Dni M.CCC. XLVIII.

1936

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, vend une rente annuelle de quatorze livres à Rodolphe et Jean Esperlin.

Granges, 1348, 24 avril.

Archives de Valère, V, 4, Vidimus de l'official de la cour de Sion.

* Anno Dni millesimo CCC° quadragesimo octauo, indicione prima, die XXIIII mensis apprilis, extra villam de Grangiis, iuxta domum Perrodi Leyfour de Grangiis, vir nobilis et potens Petrus de Turre dnus de Castellione in Vallesio vendidit et finauit perpetue, pro septem viginti lb. Maur. semel sibi solutis, viro nobili dno Rodulfo Esperlini de Raronya militi, stipulanti et recipienti nomine suo et Johannis fratris sui, quatuordecim lb. Maur. redditus annuatim. De qua vendicione

dictus venditor se et suos heredes deuestiuit, etc. Idem venditor posuit et assignauit et hypothecauit pro dicto reddita habendo et recuperando annuatim omnes homines et feudatarios infra castellaniam et parrochias de Grangiis ac de Lens et de Grona existentes et super omnia que dicti homines tenent tam in feudo ligio quam plano a dicto Petro de Turre. Pro quibus predictis actendendis firmius et complendis prefatus Petrus venditor mandauit et precepit Perrodo Leyfour mistrali suo in castellania et parrochiis predictis, Johannodo Perretain, Anthonio, Philippo, Johannodo et Perrodo Rober fratribus, Johanni Chermegnon, Johanni Ducis, Bertheto Perronet, Martino Donarant de Dyogne, Johanni Regis, Perreto Meselier, Perrodo de Nouavilla et Johanni Chermegnon, ibidem presentibus, hominibus suis, vt ipsi ex tunc annuatim respondeant dictis emptoribus de omnibus talliis et seruiciis, superseruiciis et redditibus in quibus eidem venditori tenebantur, vsque ad quantitatem redditus predicti, absque alio mandato. De quibus omnibus suprascriptis, nomine quo supra, petiit dictus dnus Rodulfus fieri publicum instrumentum, etc. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati Perrodus Albi de Grangiis domicellus, Johannes Oliueti, Perrodus frater Baudini de Cognya et Petrus dictus Pontemagle nepos dicti dni Rodulfi et Johannodus Dun clericus, notarius publicus, qui predicta recepit.

1937

Acte de soumission de quelques citoyens qui avaient formé une conjuration contre la ville de Sion.

Sion, 1348, 30 avril.

Archives de Valère, minute originale.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem millesimo CCC°XL°

VIII°, indicione prima, die XXX mensis aprilis, in ciuitate Sedun., videlicet in loco dicto en la Sosta, in presencia nobilis viri et potentis Petri de Turre dni Castellionis in Vallesio, nobiliumque virorum et honorabilium dni Rodulphi Asperlini militis, Aymonis de Vineis, Wyfredi et Alnoldi de Silinon, Petri de Ponte Sancti Martini, Augustensis diocesis, maioris de Chamoson, Aymonis de Mulinbach, domicellorum, Nycholai Fabri, Johannis Aymonis, Johannis Werrer de Leuca, Petri Werra de Vespia, vocatorum et congregatorum in consilio generali ordinato teneri anno quolibet, die martis post octabas Pasce, per communitates uel maiores communitatum terre Vallesii, tam nobilium quam aliorum, pro ipsisque communitatibus in dicto consilio assistentium et ad dictum consilium missorum per communitates suas, necnon etiam in presencia nostrorum notariorum infrascriptorum et testium subscriptorum propter infrascripta personaliter et specialiter constitutis Petro Magy, Petro Ruffi de Sancto Mauricio et Anthonio Frewart, ciuibus Sedun., syndicisque et procuratoribus vniuersitatis ciuium Sedun., syndicario et procuratorio nomine dicte vniuersitatis, ex vna parte, et Perroneto dov Noyere alias dicto Messagier habitatore Sedun. et ciue Sedun., ex altera; cum per dictos syndicos et procuratores, nominibus quibus supra, idem Perronetus reprehenderetur, vehementer inculparetur et accusaretur eumdem Perronetum fecisse et conspirasse juramenta clandestina, rescondita et secreta, ad eademque juramenta facienda et jam facta multos alios promouisse, videlicet Girodum de Gresie, Perrodum Jornal, Johannem Magnum Fornerium, Thomassodum de Leuca, Perrodum de Nas, Franciscum Gilliot sartorem, Johannodum filium quondam Anthonii de Crista et quosdam alios, per que juramenta et eorumdem designenciam in ciuitate Sedun. parcialitates non modice, quinimo inimicie ac alia quam plurima pericula jam incipiebant oriri, per que sator nequicie et

tribilnacionis auctor, si ocultata remansisent, pronte zezaniam in eadem ciuitate seminasset, sed nuper Altissimi gracia, qui nunquam suos deserit desolatos, dicta juramenta ad plurimorum noticiam deuenerunt, ut eisdem occuratur remediis opportunis, idcirco idem Perronetus spontaneus et ex sua propria sciencia motus, agnoscens palam et publice se culpabilem predictorum contra ipsum superius obiectorum, cupiens tamen in penitentiam predictorum, ut prima facie apparebat, reintegrari communitati predicte, se et sua supponendo ad misericordiam predictorum congregatorum ad dictum cõsilium ad pulsum campane, vt est moris, pro commissis satisfaciendis per eumdem, ad hoc per dictos ciues receptus laudabiliter et benigne confessus est et scienter recognouit se promouisse dicta fieri juramenta, vna cum Aymoneto Chambreir, clandestine et secrete per eum et alios superius nominatos, et quod ipsi jurati dnum episcopum Sedun. et totam suam familiam habere debebant cum ipsis juratis, eciam quod predictus dnus episcopus cuilibet ipsorum juratorum presentium et futurorum vestes conferre debebat, dictis sindicis et procuratoribus, nominibus quibus supra, pro dicta confessione instantibus et ipsam confessionem ac nobis notariis publicis infrascriptis more publice persone ad opus dicte communitatis et omnium aliorum quorum interest uel interesse poterit in futurum, recipientibus et solempniter stipulantibus, idemque Perronetus, ut facilius recipi valeat ad gremium dicte communitatis, dictaque communitas agat misericorditer cum eodem, sciens, prudens et spontaneus et ex sua propria sciencia motus, pro satisfaciendis suis realibus dictorum juramentorum per eum commissis, cessit, tradidit et concessit imperpetuum pro se et suis heredibus dictis syndicis et procuratoribus, nominibus quibus supra, presentibus, recipientibus et stipulantibus ad opus dicte communitatis ac omnium ciuium Sedun. presentium et futurorum, ac nobis

notariis infrascriptis nomine publice persone recipientibus et solempniter stipulantibus, vice, nomine et ad opus dicte communitatis Sedun. ac omnium et singulorum ciuium Sedun. presentium et futurorum, domum suam de Magno Ponte, sitam Seduni iuxta magnum pontem, inter duas vias publicas, iuxta cursum aque Sedune et iuxta domum Johannodi Garaschot, cum omnibus et singulis juribus suis, pertinenciis et appendiciis vniuersis. Deuestiens se, etc., et dictos syndicos de dicta domo inuestiuit per tradicionem clauium dicte domus, etc. Quodque idem Perronetus sciens, prudens et spontaneus, ut supra, personam suam submixit misericordie dicte communitatis, ceteraque bona sua cessit, tradidit et concessit imperpetuum dictis syndicis et procuratoribus stipulantibus et recipientibus ut supra ac nobis notariis infrascriptis stipulantibus et recipientibus vice, nomine et ad opus quorum supra, pro satisfacione predictorum suorum offensorum. Acto tamen inter partes quod si dicti ciues essent nimis duri uel tenaces in ceteris dictis bonis et in persona ipsius Perroneti, quod dictus nobilis vir Petrus de Turre, dictus dnus Rodulphus, prenominatique domicelli et illi de Leuca duriciam dictorum ciuium in hoc valeant temperare et moderare, prout eis videbitur expedire, dicta domo cum suis juribus, appendenciis et pertinenciis universis dictis ciuibus Sedun. presentibus et futuris et dicte communitati Sedun. imperpetuum remanente. Dictus insuper Perronetus palam et publice dixit alta voce : Mille grates refero Dno Jhesu Christo ex eo quod de dictis juramentis nichil peruenit ad effectum. Promitensque idem Perronetus, sciens, prudens et spontaneus, ut supra, per juramentum suum proprium tactis ab eodem euuangeliis sacrosanctis dictis syndicis et procuratoribus, stipulantibus et recipientibus more publice persone, vice, nomine et ad opus quorum supra, omnia et singula supra et infra scripta grata, rata et firma habere, tenere ac perpetuo inviolabiter

obseruare et contra ea et eorum singula in judicio siue extra non venire, et contra ea venire volenti nullatenus consentire, et quod erit in futurum firmus et fidelis ciuis Sedun. erga dictam ciuitatem Sedun. et communitatem ipsius ac omnes ciues et singulos eiusdem ciuitatis presentes et futuros ac omnem honorem et omnia vtilia dicte ciuitatis et communitatis ipsius, omniumque et singulorum ciuium ipsius ciuitatis pro suis viribus procurabit, sustinebit et manutenebit, inutiliaque et vituperia dicte ciuitatis et communitatis ipsius, ciuiumque omnium et singulorum dicte ciuitatis ac dampna suterfugiet penitus et pretermitet, ac eciam suis viribus obuiabit eisdem, et ea quando sciet dicte ciuitati et communitati ipsius reuelabit. Et vbi et quocienscumque dictus Perronetus faceret contrarium, ipso facto voluit et concessit quod tanquam prauus proditor reputetur, et in ipso casu predicta bona omnia et singula ipsius Perroneti quecumque sint dicte communitati Sedun. tamquam sua propria totaliter deuoluantur perpetuo et pacifice possidenda et tenenda. De quibus omnibus et singulis dicti syndici et procuratores, nominibus quibus supra, et dictus Perronetus voluerunt et preciperunt nobis notariis infrascriptis per nos fieri publicum instrumentum ad opus ciuitatis Sedun. et communitatis ipsius, omniumque et singulorum ciuium Sedun. presentium et futurorum ad dictamen sapientum. Testes: dnus Dominicus curatus Sedun., P. de Bacio clericus, jurisperitus, Perrodus de Lausanna domicellus, Perrodus de Olono domicellus, Mermetus Malyardi clericus, etc., et P. Sylliodi, Gonradus de Friburgo et Willermodus Asper, not., etc.

Anno quo supra, die, loco, in presencia nobilis viri et potentis P. de Turre dni Castellionis in Vallesio et aliorum nobilium et communitatum, ut supra, etc., constitutis dictis syndicis, ex vna parte, nominibus quibus supra, Girodus de

Gresiaco, Thomassodus de Leuca, Johannes Magnus Fornerius, Johannodus dictus Cresta, ciues Sedun., ex altera, prenominati Girodus et Thomassodus confessi fuerunt quod ad promocionem et conspiracionem dicti Perroneti clamdestine ducti et in locis clamdestinis fecerunt juramenta cum dicto Perroneto clamdestine, et dictus Johannodus dictus Cresta confessus fuit se fuisse requisitus et promotus instanter per dictum Perronetum pro eisdem juramentis per ipsum faciendis, quod facere recusauit, dictusque Johannes Magnus Fornerius similiter extitit requisitus, tamen dixit quod non jurauit, nisi quod eos non delegeret seu accusaret. Super quibus dicti Thomassodus et Johannes Fornerius agnoscentes errorem suum, pro dicto errore se et bona sua submiserunt misericordie ciuium Sedun. De quibus omnibus et singulis dicti syndici et procuratores, nomine quibus (supra), preceperunt michi notario infrascripto fieri vnum publicum instrumentum, ut supra.

1938

Le métral de Pierre de La Tour, à Ayent, promet de payer, chaque année, au chapitre de Sion, les quarante sols de revenu que ce seigneur a donnés pour le repos de l'âme de son oncle, Aymon de La Tour, évêque de Sion.

Sion, 1348, 6 mai.

Archives de Valère, M, 174.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod veniens ad me Willelmum de Ayent clericum, ciuem Sedun., rectorem et juratum cancellarie Sedun., dnus Jacobus de Aragnon sacerdos, rector altaris Sancti Johannis Baptiste in capella Beati Theodoli Sedun., procurator et nomine procuratorio anniuersariorum in ciuitate Sedun. faciendorum, presentauit michi

dicto Willelmo de Ayent rectori dicte cancellarie quamdam litteram, sigillo nobilis viri Petri de Turre dni Castellionis in Valesio sigillatam, in qua continetur quod idem Petrus de Turre precepit Perrodo Frumentini domicello, suo mistrali, recuperatori talliarum suarum in parrochia de Ayent, ut ipse soluat annis singulis venerabili capitulo Sedun. quadraginta sol. Maur. pro vno refectorio et distribucione faciendis, pro remedio anime bone memorie dni Aymonis de Turre quondam episcopi Sedun., patrui ipsius Petri de Turre, prout in ipsa littera continetur. Que littera erat sana et integra in omni sua parte; cuius littere tenor sequitur in hec verba: Petrus de Turre dnus Castellionis in Valesio dilecto suo Perrodo Frumentin domicello salutem et omne bonum. Cum ego pro remedio anime bone memorie dni Aymonis de Turre quondam Sedun. episcopi, patrui mei karissimi, donauerim venerabili capitulo Sedun. quadraginta sol. Maur. redditus pro vno refectorio et distribucione annis singulis, et ipsos quadraginta sol. assignauerim percipiendos et habendos super talliam meam de Ayent et exitus eius, tibi mando et precipio per presentes, sicut jam tibi precepi oretenus, quatenus sine alio mandato a me faciendo tradas et deliberes predicto capitulo uel mandato suo dictos quadraginta sol. quolibet anno de denariis dicte tallie, et specialiter pro isto anno, hinc ad natiuitatem Dni, qualibet occasione remota, et ipsos quadraginta sol. volo et promitto tibi singulis annis in tuo computo allocare. Datum Seduni, sub sigillo meo, sabbato ante festum beati Clementis, anno Dni M°CCC°XL° quinto. Tenore cuius littere de verbo ad verbum lecto et exposito coram testibus infrascriptis, dictus Petrus Frumentini promisit se soluturum anno quolibet dictos quadraginta sol. redditus dicto capitulo aut suo nuntio super talliis predictis. De visione autem littere predicte et de promissione dicti Petri Frumentini idem dnus Jacobus, nomine dicti capituli, rogauit cartam cancellare

Sedun. per me dictum Willelmum fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Willelmus de Bodema presbiter, Jacobus Fortis clericus, Perrodus Jornal clericus, Hugo de Drona ciuis Sedun. Et ego Willelmus de Ayent clericus predictus, juratus super hoc, hanc cartam leuaui vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Gonradus de Friburgo clericus juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, in cimisterio beate Marie, VI die mensis maii, anno Dni M°CCC° XL°VIII°, Karolo regnante, Guichardo episcopante.

1939

Amédée, comte de Savoie, confirme la vente d'une tour et d'autres possessions faite par les enfants de Girod de Colombier à Guillaume de Châtillon.

Bourget, 1348, 14 mai.

Archives de la famille de La Vallaz, à Sion.

Nos Amedeus comes Sabaudie notum facimus vniuersis quod cum dilectus dnus Guillelmus de Castellione miles, dnus Laringii, castellanus noster Saillionis et Contegii, emerit a pronido Roleto, Agnete et Margarita liberis quondam Giroudi de Columberio quandam turrim cum viridario et curtili, certosque redditus alios, terras, prata atque census, seruicia, placita [1] precio ducentorum tresdecim lb. octo sol. Maurisien., ut in quodam instrumento per Johannem de Marboiser et Johannem Fabri de Montheolo notarios dicitur latius contineri, pro quibus idem miles nobis triginta quinque lb. vndecim sol. quatuor den. Maur. debet pro laudibus et vendis nobis pe-

[1] Il s'agit ici de biens situés à Collombey, dans la châtellenie de Monthey ; c'est ce que prouve l'ordre donné par le comte de Savoie à son châtelain de Monthey, à la fin du présent acte.

rinde contingentibus, ipseque nos instanter requisierit ut dictam eidem vendicionem laudaremus et ipsum retineremus de eisdem. Quare nos, attentis nobis impensis seruiciis per militem supradictum, dictum militem et suos pro nobis et nostris de ipsis rebus venditis retinemus pariter et inuestimus in augmentum alterius feudi quod tenet a nobis, pro seruiciis et vsagiis nobis perinde debitis, si qua inde debeantur, jure eciam nostro directi dominii rerum earumdem quocumque que alio et alieno semper saluo, dum tamen homagium non perdamus pro eisdem. Confitentes nos inde ab eo dictas laudes et vendas nobis perinde contingentes habuisse in exhoneracionem eorum que debemus eidem; dicto eciam dno Guillelmo iniungentes ut de ipsis in suo primo computo computet, ut de ipso debito in quo tenemur eidem deducantur. Mandantes eciam castellano nostro Montheoli uel eius locum tenenti, quatenus dictum dnum Guillelmum in possessionem rerum emptarum, prout supra, ponat et realiter inducat, inductumque debite tueatur in eisdem pariter et deffendat, quodque copiam presentium in formam publicam penes se retineat, et in suo primo computo de dictis laudibus et vendis, rebus et precio specialem faciat mencionem, ipsaque specificet ut in suo primo computo particulariter registrentur. Datum Burgeti, die XIIII mensis maii, anno Dni millesimo CCC°XL octauo.

Redd. litt. port. Bonifacius.

Per dnum in consilio,

Presentibus dnis Comite Gebenn.,
Episcopo Yporien.,
Amedeo de Sabaudia,
Humberto bastardo,
P. de Compesio,
et G. cancellario.

Sceau pendant en mauvais état.

1940

Quelques arbitres déclarent que les chartes de la chancellerie de Sion doivent jouir de pleine autorité dans les châtellenies d'Entremont, de Saxon, de Saillon et de Conthey.

Sion, 1348, 20 juin.

Archives de Valère, D, 4.

* Anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo VIII°, indicione XV^a^, die vicesima mensis junii, in ciuitate Sedun., in domo Guigonis Lumbardi ciuis Sedun., personaliter constituti nobiles viri dni Petrus de Sallione, Guillelmus de Castellione, milites, Guido Thome condnus Sancti Triphonis et Jacobus Albi de Viuiaco jurisperitus, limitatores seu amicabiles compositores pro parte dni Amedei comitis Sabaudie super limitandis jurisdicionibus, dominiis, pacificandisque controuersiis uertentibus inter prefatum dnum comitem et rev. dnum Guichardum episcopum Sedun., eorumque subditos, ac ven. viri dni Dyonisius de Thora, loco nobilis viri dni Francisci de Compesio militis sumptus, et Guillelmus de Clarens canonicus Sedun. et Perrodus Magy ciuis Sedun., limitatores et amicabiles compositores pro parte prefati dni episcopi, ex vna parte, et vir ven. dnus Perronetus de Claromonte canonicus Sedun., nomine procuratorio ven. capituli Sedun., ex altera, prefatus dnus Perronetus predictis limitatoribus conquerendo monstrauit quod nonnulli subditi dni comitis supradicti in castellaniis de Intermontes, de Sasson, de Sallione et de Contigio jura cancellarie Sedun. nituntur cotidie grauiter perturbare, in preiudicium non modicum prefati capituli, chertras dicte cancellarie in dictis castellaniis facientibus publice et occulte, quodque jurati dicte cancellarie in dictis castellaniis existentes,

propter metum minantium, dictas chertras conficere imposterum non audebunt et sic capitulum magnum patitur detrimentum. Vlterius proposuit dictus procurator quod alias in dictis castellaniis chertris prelibate cancellarie tantam fidem subditi prefati dni comitis in omnibus contractibus adhibebant, quantam publicis instrumentis, et ad sui dicti roboracionem produxit dictus procurator decem registra magna multitudinem chertrarum continentia per juratos dicte cancellarie leuatarum in castellaniis memoratis, per que manifeste apparebat dictas chertras in dictis castellaniis alias tanti fuisse roboris quanti publica instrumenta; et ad maioris roboris firmitatem produxit predictus procurator litteras inclite recordacionis dnorum Amedei, Edduardi et Aymonis, quondam comitum Sabaudie, Amedeique principis et comitis, necnon litteras magn. principum dnorum Ludouici de Sabaudia dni Waudi et Amedei comitis Geben. tutoris predicti dni Amedei comitis Sabaudie nunc regnantis, sigillis dictorum dnorum comitum sigillatas, que littere balliuis, iudicibus, castellanis, vicedonis, salteris, maioribus et aliis officialibus dictorum dnorum comitum dirigebantur, et in earum tenoribus continebatur quod dicti subditi dicti dni comitis in castellaniis memoratis existentes deberent chertris dicte cancellarie, ut alias consuetum extiterat, fidem plenariam adhibere. Quibus sic propositis dicti amicabiles compositores vnanimiter ordinauerunt quod dicte cherte in dictis castellaniis tanti sint roboris in posterum quanti vnquam fuerunt et fides plenaria eisdem, sicut alias, in dictis castellaniis per subditos dicti dni comitis adhibeatur. Et ad maioris roboris firmitatem optulerunt prefati limitatores litteras suas suis sigillis sigillandas eidem Petro, quo supra nomine postulanti, se daturos. Ad premissa interfuerunt testes Petrus maior de Chamoson domicellus, dyoc. Augusten., et Jaquemodus Egara de Chamoson.

Ego Vioninus de Anisio clericus, etc.

1941

Nomination d'un métral du chapitre et spécification de ses droits et de ses devoirs.

Valère, 1348, 9 août.

Archives de Valère, Liber I ministraliæ.

Nos officialis curie Sedun. notum facimus vniuersis presen-
s litteras inspecturis quod sicut nobis constat ex relatione
artini diaconi Sedun., iurati curie nostre, cui super hiis et
milibus plenam fidem consueuimus adhibere et adhibemus,
›bis facta didicimus fideliter, ipso iurato presente in choro ec-
esie Valerie, in quo erant canonici infrascripti kalendam te-
ntes et capitulum facientes ad sonum campane more solito
ılsatam congregati, die nona mensis augusti, ad quam diem
agna kl. fuerat prorogata pro infrascripto et aliis negociis fa-
endis, super eo specialiter quod cum Paganus de Modoecia
solutus esset a mistralia capituli Sedun., iidem dni capitu-
m facientes nomine et vice capituli constituerunt et consti-
unt mistralem dicti capituli Nicolodum Ganter clericum,
ruitorem in ecclesia predicta, pro IIII^or^ annis futuris inci-
endis et computandis a kl. preteriti mensis julii, cum pactis
condicionibus infrascriptis per dictum Nicholodum ibidem
esencialiter approbatis. In primis quod dictus Nicolodus
bere debeat a capitulo predicto quolibet anno sue mistralie
o suo salario viginti quinque libras Maur., inclusis in illis
atraginta sol. Maur. pro vecturis, et duobus modiis siliginis
o consiccaturis bladorum consuetis per capitulum dari mi-
ali; et contentus dicto salario debet aliquas defalcationes
mputare seu dare capitulo, saluo in casibus infrapositis.
m debet habere ipse mistralis expensas litterarum que fient

per ipsum pro recuperandis que debentur capitulo, et intelligitur de expensis que propter contumacias in non comparendo tantum debentur. Et capitulum debet quolibet anno soluere clerico officialis curie Sedun. quinque solidos pro sigillo. Item quicquid recipiet idem mistralis a debentibus dare capitulo ante solucionem primi debiti principalis, computabit sibi pro ipso debito principali vsque ad satisfationem integram debiti principalis, exceptis predictarum contumaciarum expensis. Item quod ipse teneatur et debeat recuperare et distribuere denarios anniuersariorum, et pro ipsa distributione percipiat de pecunia anniuersariorum quolibet anno sexaginta sol. Maur. et obolos superhabundantes, quando ad complendum denarium pro quolibet canonico summa distribuenda non sufficit. Item debet omnia anniuersaria consueta recuperari distribuere qualibet septimana qua occurrunt, ut in obitario continetur, et postmodum illa recuperare, si forsan illa non recuperasset ante distributionem predictam. Item debet ministrare pecuniam necessariam pro faciendis et vindemiandis vineis illi uel illis quos capitulum super hiis deputabit, et quicquid super hoc dabit pro predictis et illud quod soluet decimatoribus more solito computare. Item debet facere fieri donas que debentur per capitulum de pane et seraciis, que ascendunt quolibet anno ad viginti vnum modios siliginis et centum solidos pro seraciis. Item debet facere distributiones pecunie singulis quatuor mensibus et de frumento receptibili de terra Valesii quolibet mense et soluere quolibet canonico prout lucratus erit et sibi comparatum in kalenda. Item debet facere luminaria olei et cere in ecclesiis superiori et inferiori solita fieri per capitulum, et computare quolibet mense prout communiter vendentur oleum et cera Seduni, illo tempore quo ministrabit ea. Item debet recuperare frumentum cancellarie a cancellariis locius patrie et omnes redditus bladi, pecunie, seruiciorum et talliarum que debentur capitulo. Item

tenetur ipse mistralis omnes expensas et salaria capituli soluere more solito. Item debet tradere capitulo in scriptis singulis annis computum suum distinctum cum nominibus illorum qui sibi soluerunt, quibus soluerit et quantum specificare. Item actum est quod si pro computo expensarum singulorum annorum reperiatur capitulum debens ipsi mistrali, tunc teneatur capitulum satisfacere ipsi mistrali de ipso debito infra sex menses post dictum cumputum immediate sequentes. Item quod idem mistralis teneatur et debeat singulis annis sue mistralie mutuare capitulo pro expensis extraordinariis, si occurrerint, vsque ad decem lb. Maur. semel. Item quod si propter guerras uel causam aliam capitulum remissionem faceret debitoribus suis in toto uel in parte, quod illud quod remitteretur debeat per dictum capitulum eidem mistrali de summa reddituum defalcari. Item quod dictum capitulum debet manutenere feuda assignata ipsi mistrali ad capitulum pertinentia. Item actum est quod pro recuperandis que debentur capitulo per homines ipsius capituli ipse mistralis requirat vicedominos deputatos per capitulum, quibus subsunt huius debitores, et dicti vicedni teneantur quilibet in vicedominatu sibi commisso compellere ipsos debitores ad soluendum dicto mistrali. Quod si dicti vicedni requisiti a mistrali predictam compulsionem non fecerint, computentur ipsa debita in distributionibus illius vicedni qui deficiet in predictis, nec ad alium superiorem teneatur idem mistralis propter hoc contra homines capituli habere recursum. Item actum est quod si est uel erit in futurum aliquis canonicus Sedun. debens aliquid capitulo et in termino seu terminis sibi datis seu dandis per capitulum non satisfecerit, ex tunc in antea ipse mistralis ad mandatum capituli teneatur et debeat retinere distributiones denariorum et panis lucratas, etiam ante mandatum capituli, non solutas et lucrandas in antea per dictos debitores, cuiuscunque status existant, usque ad plenam satisfationem

huiusmodi non teneatur ipse mistralis nec possit compelli respondere dictis debitoribus de distributionibus denariorum et panis, nec ipsis debitoribus perseuerantibus in debito supradicto seu parte debiti post mandatum dicti capituli competat ius aliquod petendi dictas distributiones ab eodem mistrali. Item actum est quod ad pignorationes faciendas, recipiendas et vendendas capitulum requisitum ab ipso Nicolodo mistrali debeat dare vnum de capitulo uel aliam personam ydoneam. Et predicta omnia promiserunt sibi ad inuicem capitulum dicto Nicolodo et ipse Nicolodus iuramento suo super sancta Dei euuangelia corporaliter prestito eidem capitulo per fidem eorum et obligationem bonorum suorum fideliter obseruare in manibus dicti iurati nostri, recipientis et stipulantis nomine partium predictarum. Nomina uero canonicorum qui fuerunt presentes capitulum facientes et predictis omnibus consentientes sunt hec.....

Le reste de l'acte manque, le feuillet suivant ayant été arraché du volume. En tête de l'acte on lit :

M.CCC.XLVIII

Littera mistralie Nicolodi Ganter mistralis capituli.

1942

Protestation et appel de la commune de Chamoson au sujet d'un ban imposé par le major de ce lieu.

Chamoson, 1348, 16 septembre.

Archives de Valère.

Anno Dni M°CCC°XLVIII, indicione I, XVI die mensis septembris, apud Chamoson, ante domum Johannis Fabri, in presen-

cia mei notarii, etc., constituti Petrus maior de Chamoson, ex I^a parte, et communitas dicti loci, ex altera ; (cum) idem Petrus possuisset bannum dicte communitati LX sol. Maur., cuilibet in solidum, ut ipsi veniant apud castrum Sete in armis ad faciendum mandata dni episcopi Sedun. ad vessillum elevatum aut sine elevato, ad quod bannum dicta communitas non consentiit neque consentit, ac eciam appellauit ad audienciam dicti dni episcopi Sedun., aut ad audienciam consilii terre Vallesii. Testes Jo. de Columberio domicellus, Jo. filius quondam Johannis Beychet.

1943

Redevance due à l'évêque de Sion par le curé de Saint-Gingolph.

Saint-Gingolph, 1348, 28 septembre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Apud Sanctum Gingurphum, ante ecclesiam dicti loci, episcopus Guichardus, ex una, et D. Petrus curatus ibi, (ex altera parte) ; idem curatus presentauit unum calicem argenteum plenum vino et eidem episcopo tradidit pro tributo, in quo idem episcopus dicebat dictum curatum teneri, et voluit idem curatus ut episcopus predictus dictum calicem haberet eo modo et forma atque iure quo predecessores sui curati consueverunt episcopo Sedun. tributum pendere. 1348, dominica ante festum sancti Michaelis.

1944

Les coseigneurs de Bex réclament la remise d'un homme accusé d'homicide et emprisonné par le lieutenant du vidomne de Sion.

Sion, 1348, 20 octobre.

Archives de Valère, minute.

Anno Dni M°CCC°XLVIII°, indicione II, die XX mensis octobris, Seduni, supra magnum pontem Sedune, coram me notario et testibus constituti P. Magi ciuis Sedun., gerens vices nobilis viri dni Humberti dni Chivronis militis, vicedni Sedun., ex vna parte, et Bertholetus maior Sedun., condnus de Bacio, Johannes bastardus de Blonay, nomine dni Johannis de Blonay dni de Jour, condni de Bacio, ac nomine aliorum dnorum de Bacio, ex altera, super eo quod prefati condni de Bacio requirebant dictum P. Magy, gerentem vices quas supra, vt eis remitteret et deliberaret Perrodum Alamani de Contegio captum per dictum P., cum dictus P. interfecerit fratrem Willelmum monachum de Bacio non debite in eius possessione. Ad que respondit dictus P., quod super predicto facto habuerat consilium, quod consilium retulit quod ad presens non debebat facere remissionem de eodem pro eo quod dictus Perrodus extiterat appellatus per P. de Olono domicellum, ibidem presentem, dicendo eis quod dictus P. Alamani interfecerat praue dictum monachum, et super dicta appellacione cauerat ydonee, etiam alia racione quod jam XV anni elapsi quod nulla remissio fuit facta de delinquentibus de dominio dni comitis Sabaudie ad dominium dni episcopi Sedun..... saluo semper meliori consilio predicti dni Chivrionis. Ad quod responderunt predicti requirentes quod condni de Bacio de illis remissionibus non habent aliquid facere, etc.; quare pro-

testati fuerunt quod dicta appellacio nec dictum consilium promulgatum nullum eis proferat preiudicium. Testes : Thomas Lombardus, Anthonius Fruat clericus, Ny. de Valeria, G. de Grisie et plures alii. Et P. Jornal, etc.

1945

Le métral et la commune de Liddes doivent payer annuellement 7 L. à l'abbé de Saint-Maurice.

Saint-Brancher, 1348, 20 novembre.

Archives de Liddes.

Guido Thome condnus Sancti Triphonis, castellanus Sancti Brancherii et Saxonis, dilectis suis mistrali ac communitati hominum de Lides salutem et dilectionem. Attenta serie litterarum dni nostri carissimi dni comitis Sabaudie quarum secunda linea incipit *Reuerendi* et finit eadem *Sancti Mauricii*, mandatum ipsius dni nostri cupiens effectui mancipare, vobis precipio atque mando quatenus nunc et de cetero soluatis septem lb. Maur. annualim dno abbati Mauric. aut eius certo nuncio litteram recepte defferenti, de quibus fit mencio in litteris antedictis, nullo mandato a me vel meis successoribus in castellania memorata requisito aut eciam expectato, mandatum dni mei comitis supradicti penitus obseruantes. Datum apud Sanctum Brancherium, die vicesima mensis nouembris, anno Dni M°CCC°XL octauo, cum apposicione sigilli mei in testimonium premissorum.

Sceau pendant.

1946

Rolet Bosonet reconnaît devoir 50 sols aux Lombards de Saillon.

Chamoson, 1348, 23 novembre.

Archives de Valère.

Anno Dni M°CCC°XLVIII°, indicione II, XXIII mensis nouembris, apud Chamoson, in platea Beati Andree, in presencia mei notarii, etc., constitutus Roletus Bosonet, idem Roletus confessus est se debere Lonbardis Sallionis quinquaginta sol. soluendos in proximo festo Omnium Sanctorum, aut ex tunc in antea dare in qualibet septimana quinque den. Maur. nomine pene conuentionalium, etc. Testes Jo. Barber, Martinus Endruz, etc.

1947

Vente de terres faite par Jean, seigneur d'Anniviers, aux Chartreux de Géronde.

Anniviers, 1348, 4 décembre.

Archives de Géronde au séminaire de Sion.

* Nouerint vniuersi quod ego Johannes dnus de Aniuesio vendidi et finaui pro sexaginta tribus lb. Maur. michi persolutis dno Jacobo de Desertis priori domus Carthusie de Gironda, ad opus dicte domus, vnam peciam prati cultam et incultam, que vocatur Crestulv. Item vnam peciam prati sitam in prato ou Conto, subtus contaminam de Cor. Item vnam peciam prati in prato dicto deys Places, subtus contaminam de Cor et supra insulas communes de Chaler. Item vnam peciam prati si-

tam ou Gerdil, supra viam publicam et justa la rua tendentem versus les Carros ab occidente. Item vnam peciam prati sitam ou Gerdil. Item vnam peciam prati en la Chinaul, justa lo colliour dou Croux de Sala. Item vnam peciam prati en la Chinaul. Item vnam domum, vnam grangiam foditus et cortinas contigue sitas apud Chaler. Item vnum ortum situm apud Chaler. Item vnam peciam prati sitam in Comba. Item vnam peciam prati sitam in Crista, supra viam tendentem versus Chipitz, juxta la rua du Byoley. Item vnam peciam insule justa alodia de Chaler. Item vnam peciam insule justa paschua de Sirro, cum pertinentiis et juribus vniuersis ad predicta pertinentibus tam in aquis, paschuis, nemoribus, quam in aliis rebus, sicuti Perretus Farin et sui predecessores vti consueuerunt. Que omnia laudauit Perretus Farin predictus, etc. Ego Perrodus de Pratis de Aniuesio clericus super hoc juratus hanc litteram leuaui et scripsi. In testimonium cuius rei ego dictus venditor sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum Aniuesii, in capella Beati Jacobi, quarta die mensis decembris, anno Dni M°CCC°XLVIII°.

1948

Comme la communauté de Sion devait 500 florins d'or à l'évêque, celui-ci fait saisir et vendre les biens de deux citoyens pour être payé de cette somme.

Sion, 1349, 19 janvier.

Archives de la ville de Sion.

* Anno Dni M°CCC°XLIX°, indicione II^a^, die XIX mensis januarii, in ciuitate Sedun. Cum communitas Sedun. teneretur dno Guychardo episcopo Sedun. in quingentis flor. auri, eidem persoluendis in festo sancti Martini nuper preterito, ratione cuiusdam concordie nuper celebrate inter dictum dnum epi-

scopum, ex vna parte, et ciues Sedun., ex altera, dictusque dnus episcopus pro dictis quingentis flor. recuperandis inter ceteros ciues Sedun. pignorari fecerit Perrerium Manenber fabrum et Johannodum dictum Thomas sutorem bonis suis infrascriptis, videlicet dictum Perrerium Manenber de vno dolio pleno vino, tenente circa duos modios vini, quolibet modio vendito et preconizato viginti solidis Maur.; item de fromagiis ponderandis duo centum, quolibet centum vendito septem sol.; item de decem vacis et quinque ginises venditis omnibus quindecim flor.; item de quindecim teysis feni uel circa, qualibet teysa vendita tres sol. Et dictum Johannodum Thomas de quatuor doliis plenis vino, tenentibus circa quinque modios vini, quolibet modio vendito viginti sol.; item de vno magno cacabo vendito et preconizato quinquaginta sol.; item de quatuor vacis et duabus ginisses venditis omnibus sex flor. auri. Que quidem bona emit de pignore Jordanus Francos domicellus, familiaris dicti dni episcopi. Cuius empcionis bonorum precium est decem nouem lb. et nouem sol. Maur., prout hec omnia dicte partes asserebant. Iidem tamen Perrerius et Johannodus, de legalitate et amicitia diuturna Hugoneti de Drona ciuis Sedun. plenius confidentes, posuerunt, obligauerunt et transtulerunt omnia bona sua predicta de manu et potencia dicti Jordani ad manum et personam predicti Hugoneti in eo statu in quo erant obligata dicto Jordano ante confectionem presentis instrumenti, et hoc pro sexaginta flor. boni auri et legitimi ponderis, traditis per dictum Hugonetum in exonerationem solutionis dictorum quingentorum flor.; pro quibus sexaginta flor. prefati Perrerius et Johannodus promiserunt bona fide et sub obligatione omnium aliorum bonorum suorum reddere et integre deliberare dicto Hugoneto omnia bona sua superius nominata ad ipsius Hugoneti requisitionem et misericordiam, elapso festo Purificacionis B. Marie Virginis proximo venturo, nisi interim per commu-

nitatem Sedun. aut per predictos Perrerium et Johannodum super dictis sexaginta flor. eidem Hugoneto fuerit integre persolutum. Et ego Perrodus Sylliodi de Seduno, clericus, etc.

Et ad maiorem firmitatem nos officialis curie Sedun. sigillum curie nostre presenti instrumento duximus apponendum.

1949

Jordan Franconis, en qualité de tuteur de son fils Jean, recteur de l'hôpital de la Sainte-Vierge, à Sion, donne en location la moitié d'une boucherie.

Sion, 1349, 8 février.

Archives de Valère, Registrum P. Jornal.

* Anno Dni M°CCC°XLIX°, die III mensis februarii, Seduni, in domo communitatis ante mascellum. Jordanus Franconis de Lausanna, procurator, tutor et negociorum gestor Johannis filii sui clerici rectoris hospitalis Beate Marie V. de Vico prati Sedun., pro vtilitate dicti hospitalis locauit ad vitam dicti filii sui Perrodo filio Johannis Juglar de Salens dimidium quoddam mascellum, situm in mascello Sedun., iuxta mascellum Willermodi Bechelar carnificis et Willermi Miserie a superiori parte et mascellum Johannodi Chevrotin carnificis ab inferiori parte pro septem sol. Maur. nomine intragii et pro decem sol. redditus annui cum vno cartero castronis. Quod dimidium macellum dictus Perrodus de solariis et tecto ac aliis necessariis munire et manutenere suis sumptibus promisit et tenetur.

1950

François de Compey, chevalier, comte de Blandrate, vend un cens à Jean Abemda.

Viége, 1349, 17 mars.

Archives de Valère.

* Anno dni M°CCC°XLIX°, indicyone II°, XVII die marcii, in villa de Vespia, in domo nobilis et potentis viri dni Francisci de Compesio militis, commitis Blandrate, idem Franciscus et dna Ysabella eius vxor, commetisa Blandrate, vendiderunt Johanni filio Johannis Abemda duodecim sol. Maur. seruicii percipiendos super Johanne Zchostalde et eius bonis de certis feudis in Obembergo, et hoc pro sex lb.

Aymo de Mulinbach clericus auctoritate imperiali not., etc.

1951

Pierre de Challant est élu doyen de Sion.

Valère, 1349, 16 mai.

Archives de Valère.

Anno Dni M°CCC°XLIX, die XVI maii, indicione II, in choro ecclesie Valerie, constituti dnus Johannes curatus de Aniuisio, Jo. de Drona, Christoforus de Preda, Ja. Chesal, dnus prepositus, dnus P. Grande, dnus Ny. de Bacio, dnus Jo. de Treva, ad kl. faciendam more solito congregati, iidem dederunt potestatem eligendi decanum in ecclesia Sedun., videlicet dno P. cantori, dno Nych. de Clarens, dno Dyonisio, dno P. Wyfredi

et dno Jo. de Orba, qui possint eligere vnum bonum et ydoneum de dicto capitulo esse decanum ecclesie Sedun. predicte, videlicet spacio temporis vnius parue candele ardentis. Quam potestatem prefati dni receperunt. Qua candela ardente prefati dni electi elegerunt dnum P. de Chalant canonicum Sedun. esse decanum ecclesie predicte, et prefatus cantor induxit in possessionem de dicto decanatu dnum Dyonisium predictum tanquam procuratorem prefati dni P. decani, cum prefati dni de capitulo ignorent aliquem esse impetraturum decanatum predictum. Testes : dnus Nycholaus de Herdes, Perronetus de Clarens subdiaconus, Jorius de Planis clericus. Et ego Willermodus Meler clericus, qui, etc.

1952

Le chapitre de Sion permet au chanoine Christophe de Préda de fonder dans l'église de Valère un autel en l'honneur de la sainte Vierge, de saint Jacques et de saint Christophe.

Valère, 1349, 16 mai.

Archives de Valère.

Anno, die, loco et testibus quibus supra, coram me notario predicto constituti prefati dni canonici dederunt plenam potestatem Christoforo de Preda canonico Sedun. todandi (dotandi) et conficiendi vnum altare in ecclesia Valerie ad honorem Beate Marie Virginis, Beati Jacobi et Beati Christofori ; cui altari dictus canonicus promisit eidem dare et assignare redditus competentes, ita quod rector dicti altaris poterit rationabiliter contentari.

1953

Caution donnée par Louis de Vinéis aux Lombards de Sion.

Granges, 1349, 8 juin.

Archives de la ville de Sion.

* Anno Dni M°CCC°XL°IX, die tercia mensis junii, apud Granges in castro dicti loci, in domo que quondam fuit Aymonis de Monjouet domicelli, Ludouicus de Vineis domicellus et Agnes eius vxor, filia quondam Aymonis de Morestello, recognouerunt se obligasse Johannodum filium quondam Johannis Dimiour de Chermignon inferiori erga Lumbardos cassanam tenentes Palmererii Turqui in ciuitate Sedun. de quantitate VII lb. Maur. persoluendarum in proximo festo beati Martini hiemalis. De qua quidem fideiussione coniuges predicti promiserunt sub obligatione omnium bonorum suorum predictum Johannodum seruare indempnem. Et ego Petrus filius quondam Stephani Costantini de Ayent notarius, etc.

1954

Guichard, évêque de Sion, permet à Perronet d'Arbignon de construire une chapelle dans sa maison à Collombey.

Collombey, 1349, 18 juin.

Archives de Valère.

Nos Guichardus Dei et apostolice sedis gracia Sedun. episcopus notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos damus et concedimus licenciam et auctoritatem Per-

roneto duo de Arbignon domicello, dilecto et carissimo nostro, edificandi et faciendi vnam capellam infra ambitum domus sue istagie de Columberio, ita quod dictam capellam dotare teneatur competenter, tali modo quod dictus Perronetus et sui heredes capellanum qui constituetur in dicta capella nobis presentare teneatur, ita quod per nos dictus capellanus instituetur et confirmetur. Dantes dicto capellano licenciam missam in dicta capella celebrandi singulis diebus perpetuo, prout dicto domicello et suis heredibus vel assignatis placuerit faciendum, saluo tamen quod propter hoc dampnum ecclesie perrochiali de Columberio non emergat. Exprimentes quod oblaciones in dicta capella faciende curato Columberii, qui pro tempore fuerit, per dictum capellanum expediantur et tradantur et quod alia jura perrochialia dicto curato reseruentur. In cuius rei testimonium presentes litteras dicto domicello sigillo nostro tradidimus sigillatas. Datum Columberii, die XIII mensis junii, anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

Sceau tombé.

1955

Testament de Nicolas Majoris de Clarens, chanoine de Sion.

Valère, 1349, 10 juillet.

Archives de Valère, F, 12, et 5 [1].

* Ego Nycholaus *Maioris* de Clarens canonicus Sedun. (infirmus corpore) *sanus corporis* testamentum meum facio ut infra

[1] Il existe deux expéditions de ce testament, la première (N° 12) est l'original; la seconde (N° 5) a été faite le 8 mars 1362. Les mots entre parenthèses ne se trouvent que dans la première, et ceux en caractères italiques que dans la seconde.

sequitur. In bonis meis dnum Willelmum (de Clarens canonicum Sedun.) fratrem meum heredem meum instituo. Lego pro anniuersario meo faciendo in ecclesia Beate Marie Sedun. sexaginta sol. Maur. redditus pro vno refectorio clero ecclesie Sedun. faciendo. Item lego sex lb. Maur. redditus pro emenda siligine singulis annis in festo beati Martini pro vna dona *uel pluribus* in mense maii in pane pauperibus facienda pro remedio anime mee, patris et matris meorum, dni Girardi de (Bossoneins) *Orons* decani Valerie et dni Nycholai de Clarens patrui mei. Item instituo quamdam capellaniam in altari Beati Nycholai in ecclesia Valerie in honore Dei et Beati Pauli apostoli et Thymotei discipuli eius de bonis per Johannem Brunety de la Rua de Bacio michi ad hoc relictis. Quam capellaniam doto pro maiori parte de bonis ipsius Johannis (et de bonis meis). Primo lego in dotem predicte capellanie tres modios frumenti redditus, quos michi debet Jacodus de la Rua de Bacio (morans apud Soutex, frater ipsius Johannis); dnus Nycholaus de Bacio canonicus Sedun. (frater ipsius Johannis) percipiat dictos tres modios quamdiu vixerit; item lego vineam en Lentina en Loliuyer, quam acquisiui pro precio sexaginta sex lb. Maur. Item volo quod rector dicte capellanie celebrabit qualibet ebdomada tres missas. Cuius altaris jus patronatus dimitto capitulo Sedun.; retineo tamen michi ad vitam meam, et post decessum meum dno Willelmo fratri meo canonico Sedun., et post decessum ipsius dno Theobaldo de Clarens sacerdoti, consanguineo meo. Item lego Perroneto maiori de Clarens consanguineo meo decem lb. semel. *Item Voutherio et Berthodo fratribus, filiis Jacobi fratris mei et* Johanni filio Perrodi fratris mei *cuilibet* centum sol. (Item Ponzole sorori mee sex lb. Laus.) Ad hec complenda dnum Willelmum de Clarens fratrem meum et dnum Theobaldum de Clarens consanguineum meum *rectorem altaris Sancti Silvestri* executores instituo. Actum in castro Valerie (X die), *die*

nona mensis julii, anno Dni M°CCC°XL°IX°, Karolo regnante, Guichardo episcopante.

1956

Extrait du testament d'Aymon d'Ollon, donzel.

Sion, 1349, 11 juillet.

Archives de Valère, F, 61.

* Anno Dni millesimo CCC° quadragesimo nono, indicione secunda, die vndecima mensis julii, apud Sedunum, Aymo dOlon domicellus testamentum suum fecit in hunc modum. Ordinauit quod tam pro triginta sol. olim legatis per Johannetam primam vxorem ipsius pro anniuersario ipsius Johannete faciendo, quam eciam pro anniuersario ipsius testatoris et Jacobi dOlon quondam fratris ipsius testatoris ac eciam Beatricis vxoris sue faciendis in ecclesia B. Marie Sedun. legauit sexaginta sol. Maur. redditus annui, quos assignauit percipiendos super talliam quam percipit ab hominibus suis et feudatariis in valle de Chouson et in parua Morgia, quam asseruit valere anno quolibet octo lb. Heredem suam instituit Perretam sororem ipsius, et hoc dum ipsa vixerit, et post mortem ipsius Perrete Anthonium nepotem suum filium quondam Jacobi Buys..... de Mon.....

E protocollis Girardi de Dallyon notarii extrai fecit Petrus de Lyon dictus Guyon notarius.

1957

Testament d'Aymon Héros, curé d'Ayent.

Saint-Romain, 1349, 23 juillet.

Archives de Valère, Registrum E cancell. Sedun., f. clxxxvii.

* Ego Aymo Heros curatus de Ayent, infirmus corpore, meum testamentum nuncupatiuum facio in hunc modum. Heredes meos instituo Stephanum, Willermum et Petrum Heros, fratres meos. Elego sepulturam meam infra ecclesiam Sancti Romani, in tumulo nouo per me ordinato. Item lego curato de Ayent dimidium modium siliginis redditus annui et XII den. seruicii cum placito, tali conditione adjecta quod teneatur omni ebdomada per se uel per alium in altari Sancti Anthonii per me constructo celebrare vnam missam pro remedio anime mee, missa parrochiali non obstante nec propter hoc obmissa. Item lego prioratui de Ayent vnum torcular meum de Boulis et vineam meam deis Plannes. Item lego dno meo dno Guichardo episcopo Sedun. vasa mea apium uel VI florenos auri semel, supplicans eidem quatenus hoc meum testamentum dignetur confirmare, uel ille qui de jure confirmare debebit. Item lego ad reficiendum capellam Beati Nycholai et Beate Marie Magdalenes de Arnioch, si reficiatur, XX s. Deputo executores huius testamenti dnum Rudolphum curatum de Nas, Nycholaum de Castellione jurisperitum, etc. Johannes Lisaz clericus hanc cartam leuauit apud S. Romanum, die jouis post festum beate Marie Magd., anno Dni M°CCC°XL nono.

1958

Testament de Marguerite de Blonay, veuve de Guillaume de Collombey, donzel.

Saillon, 1349, 20 août.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist., XIII, 253, ex archivo Valer.

In nomine Dni, Amen. Anno eiusdem currente M.CCC.XL nono, indictione II, die XX augusti, apud Sallon, in domo quondam Guillelmi de Columberio domicelli, in presentia mei subscripti notarii et testium subscriptorum constituta Margareta relicta dicti Guillelmi, eadem Margareta, sana mente licet infirma corpore, nolens ab intestato decedere, sed potius cupiens anime sue prouidere et de bonis suis ordinare, idcirco testamentum suum nuncupativum et in scriptis ac ordinationem bonorum suorum fecit et ordinauit. In primis animam suam Dno nostro Jhesu Christo et omnibus sanctis commendavit. Item clamores suos, etc. Item sepulturam suam elegit in ecclesia Sedun., videlicet in tumba in qua sepulta fuit Johanneta soror ipsius testatricis, vxor quondam Petri vicedni Sedun. Item constituit et ordinavit pro expensis faciendis in sepultura sua a loco de Sallon usque ad Sedunum et usque ad complementum dicte sepulture etiam et usque in diem trentenarii sui post ejus sepulturam proximo et continue futuram, quocumque modo et ex causa quacumque dicte expense fiant et ipsas facere contingat, decem septem lb. Maur. semel, pro quibus decem septem lb. ministrandis dicta Margareta concessit undecim cifos argenti vere probationis, signatos cum baccilo + e + m, quorum quilibet debet esse ponderis unius marce. Item unum firmale auri puri ad pondus octo floreno-

rum. Item septem annulos, quorum unus auri vel aureus, cum uno lapide de trally, dicitur; alii argenti dicuntur, et quilibet cum suo lapide; qui annuli extimantur per ipsam testatricem XL sol. Item unum frontelet in quo contineri dicuntur triginta tres rubys vel emerades seu perleys fines; quod taxatur duos flor. Item undecim tam annulos quam virgas argenti deaurati, qui taxantur XXX sol. Item tres ollas metalli quarum quelibet tenere debet unam gellam et taxantur XXX sol. Item lectum suum cum suis pertinentiis, videlicet lo chivityez et sargia sua meliori de Chalon et suo drapey et coopertorio scutorum cum armis de Bloneys, de Novo castro et de Columberio, cum duabus culcetis melioribus plumatis et et cum uno plumali et quatuor linteaminibus novis et duobus banquers, quatuor auricularibus, videlicet duobus de cendal et aliis cum serico operatis; quod lectum cum suis pertinentiis taxatur centum sol. Maur. Que omnia precepit incontinenti ipsa mortua tradi et dari pro dicta sepultura facienda usque ad quantitatem premissam per executores suos; ita tamen quod Ysabella filia ipsius testatricis omnia et singula predicta pro dictis XVII lb. obligata rehabere possit infra unum annum a die obitus ipsius testatricis pro dictis XVII lb., et solvendo expensas et missiones factas pro ipsis XVII lb. interim sub mutuo forsan acceptis vel accipiendis. Et nisi infra annum Ysabella predicta reemerit, ex tunc perpetue premissa omnia ministratori dictarum XVII lb. in denariis vel aliis denariatis pro sepultura necessariis sint et remaneant sua propria pleno jure. Et si quid plus premissa valeant, illud plus dicta testatrix ex nunc dat et concedit dicto ministratori tamquam bene merito de gratia speciali, dum tamen infra dictum annum, ut premittitur, non fuerint reempta. Item dedit et legavit ecclesie Beate Marie Sedun. pro anniversario suo annuatim in dicta ecclesia faciendo XXX sol. Maur. annui redditus, de quibus decem sol. anno quolibet in panibus et candelis offe-

rantur per capitulum Sedun. vel eorum mistralem per altaria dicte ecclesie Sedun. et capellarum Sancti Theodoli et Sancte Crucis ; alios vero XX sol. voluit dicta testatrix distribui inter clerum ibidem existentem die anniuersarii predicti. Quos XXX sol. dicta testatrix posuit et assignauit super illas LXX lb. Maur. et earum positionem seu obligationem, quas sibi dedit Guillelmus maritus suus predictus, ut in ipsius Guillelmi testamento per me subscriptum notarium recepto continetur. Item dedit et legavit ecclesie Beati Laurentii de Sallon unum fischilinum frumenti redditus, et cetera ut in dicto testamento continentur. Item confratrie Sancti Spiritus de Sallione unum fich. frumenti redditus annui. Item confratrie de Corpore Christi de Sallione unum fich. frumenti redditus annui. Item Aymoni dou Larsey famulo suo XX sol. semel cum illo lecto in quo nunc jacet. Que legata assignat super bonis suis dotalibus de Blonay. Item Mermete ancille sue robam suam de tagney. In ceteris autem bonis suis non legatis dicta testatrix fecit et instituit sibi heredem suam universalem Ysabellam filiam suam legitimam et naturalem a dicto Guillelmo marito suo genitam in solidum. Et pro premissis per ipsam Margaretam ordinatis exequendis dicta testatrix fecit et constituit sibi exequutores suos, videlicet virum venerabilem Jacobum de Chesaz canonicum Sedun. et Petrum de Bez clericum, jurisperitum, quemlibet eorum in solidum. Dans autem et concedens dicta testatrix dictis executoribus suis plenam et liberam potestatem, etc. Ad predicta fuerunt testes vocati, videlicet Johannes de Semplono domicellus, Aymo de Larsey, Johannes Barber de Sallon, Perrodus de Saxo, Perrodus Escoffier, Johannes de Malery. Et ego Girardus Maioris de Dallon, clericus, etc.

Sciendum est quod extra testamentum dicta Margarita concessit notario qui recepit testamentum suum pro labore suo unum cifum argenti signatum cum uno baculo et una M.

1959

Testament de Jacques d'Ernen, chapelain.

Sion, 1349, 22 septembre.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Jacobus de Aragnon rector altaris Beati Johannis Baptiste in capella Beati Theodoli, infirmus corpore, meum testamentum nuncupatiuum ordino in hunc modum. Eligo sepulturam meam, si Seduni moriar, in claustro ecclesie Sedun., in tomba in qua olim sepultus fuit quondam Petrus de Cogny predecessor meus ; si autem apud Aragnon, in ecclesia Beati Georgii dicti loci ante altare Beate Marie Virginis et Beate Katherine. Item lego toti clero Sedun. ecclesie ac seruitoribus eiusdem vnum refectorium annuatim perpetue faciendum in die anniuersarii mei vsque ad sexaginta sol. Maur. annui redditus. Item lego viginti sol. annui redditus distribuendos in die anniuersarii mei inter clerum ecclesie Sedun. Item lego sacerdotibus celebrantibus illa die beneficiatis in ecclesia Sedun. et Valerie decem sol. annui redditus. Item lego capitulo Sedun. septem fichilinos annui redditus, item septem sol. Item lego pro dicto refectorio et aliis refectoriis faciendis tota vassalamenta mea de pyat° et vnam bacea et vnum poth de loton ad lauandum manus in ipsis refectoriis. Item lego Carthusiensibus de Gironda quatuor fisch. silig. annui redditus. Item hospitali Sancti Georgii Sedun. dimidium fisch. frumenti redditus et vnum den. seruicii. Item hospitali Sancti Johannis extra portam Rodani Seduni vnam culcitram, paruum puluinal et duo linteamina. Item cuilibet conuentui Lausanne, scilicet Fratribus Predicatoribus et Minoribus decem sol. semel, Augustinis de Friburgo

quinque sol. semel. Item conuentui de Dogma Fratrum Minorum decem sol. semel. Item lego Martino nepoti meo quatuor lb. annui redditus ad vitam ipsius, ita quod post decessum suum ille quatuor lb. ad altare Beate Marie et Beate Katherine institutum per me ipsum deuoluantur. Item lego pro vna dona perpetue pauperibus facienda apud Aragnon, die anniuersarii mei, tam in pane quam seraciis, singulis annis, quinquaginta sol. de redditu annuali. Item lego capelle Omnium Sanctorum de Plano Campo subtus Valeriam de redditu annuali (*manque l'indication du legs*). Item capelle Beate Marie de Gliso duos flor. auri semel. Item curato Sedun. tres sol. semel. Item capelle Beate Katherine de Valeria vnam candelam cere de quinque sol. semel. Item lego IIII^{or} lb. semel omnibus et singulis deuotissimis mulieribus inclusis beguinis a Rarognia superius. Item XL sol. semel deuotissimis heremitis beguinis et aliis extra patriam versus Vrseriam et versus Valles existentibus. Item lego confratrie Beati Georgii de Aragnon duos fisch. siliginis semel. Item lego religiosis dominabus institutis per dnum Petrum curatum de Aragnon VIII fisch. silig. annui redditus, quos michi debet Johannes filius quondam Johannis de Mulinbach domicellus super decimam de Mulinbach, item omnia linteamina mea, mantillia mea, mapas mense et magnam calderiam de quibus non ordinaui. Item lego neptibus meis, filiabus fratrum meorum Walteri et Petri, decem lb. semel pro dote, quas assigno percipiendas super viginti sol. redditus quos michi debet Johannes filius Salteri de Ruynon maritus quondam sororis mee. Item dicto Johanni XXX sol. semel. Item liberis quondam Johannis fratris mei septem lb. semel ad reemendum viginti sol. annui redditus qui debentur filiabus Michaelis Rider Luynon patris mei. Item Agneti sorori mee XX sol. semel. Item ecclesie Sancti Leonardi viginti sol. semel. Item Katherine institute cum aliis predictis religiosis dnabus de Vyes, institutis per dnum Petrum curatum dicti

loci, XIIII^{or} sol. annui redditus pro vestimentis suis et aliis necessariis ad uitam suam tantum, et post decessum suum ad conuentum predictarum dnarum deuoluantur. Item lego Hemme beguine, amite mee, viginti sol. semel et vnum corset de camelino. Item Katherine de Mulinbach cognate mee, incluse de Aragnon, decem sol. semel. Item Salomee inclusе, filie quondam Michaelis de Luygnon, consanguinee mee, quinque sol. semel. Item Waltero et Petro fratribus meis decimam meam de Ruynon. Item fratri Johanni Predicatori de Morgia, priori conuentus Lausanne, quinque sol. semel. Item dno Nycholao de Metz capellano meo, rectori altaris mei de Aragnon, XX sol. semel et quatuor vlnas camelini. Item dno Petro curato de Aragnon vnum cyphum argenteum et ollam meam medianam. Item predicto altari meo de Aragnon ad faciendum vnum calicem ad valorem quatuor lb. Item predicte Katherine institute cum aliis dnabus de Vyes vnam paruam culcitram. Item ordino quod omnia alia bona mea mobilia et immobilia, acquisita et non acquisita, de quibus non ordinaui, pauperibus Jhesu Christi deuotissimis et aliis quibuscumque per executores meos distribuantur, prout sibi videbitur expedire. Item heredes meos instituo vniuersales Walterum et Petrum fratres meos et liberos quondam Johannis fratris mei in ceteris bonis meis de quibus supra non extitit ordinatum. Executores meos facio dnum Petrum curatum de Aragnon et dnum Johannem Rekinguere. Testes : dnus Ebalus de Vespia rector altaris Beati Nycholai in ecclesia Sedun. presbiter, Ansermodus de Leuca, etc. Et dnus Dominodus de Sancto Mauricio presbiter qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, uice cuius ego Willelmus de Ayent cancellarius Sedun. eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, die festi beati Mauricii, anno Dni M°CCC°XL°IX°, Karolo regnante, Guichardo episcopante.

Postmodum, anno quo supra, die mercurii post festum beati

Mauricii, in loco predicto, predictus dnus Jacobus testator confirmauit omnia que in suo predicto testamento continentur, legauitque per presentes codicillos alumpne sue decem lb., item LX sol semel. Item legauit dno Johanni de Treuaz canonico Sedun. duos ciphos de mazeros sitos in pede argenti. Item mandauit executoribus suis quod quatuor ciphi quos ipse cepit in domo cure Sancti Leonardi cùm vna parua channa stanni reddantur curato dicti loci cum vno cop mensure. Actum loco, die et anno quibus supra.

1960

Le prieur de la Grande Chartreuse et le chapitre de l'ordre mettent la Chartreuse de Géronde sous la sauvegarde de Jean, seigneur d'Anniviers, pendant la guerre qui désole le Vallais.

La Grande Chartreuse, 1349, 4 novembre.

Archives de Géronde, au séminaire de Sion.

Inclito et potenti viro Johanni dno Aniuesii frater Johannes prior maioris domus Cartusie, ceterique priores diffinitores et fratres Cartusiensis ordinis in generali capitulo congregati salutem et orationum sufragium salutare. Quamuis lex mutue caritatis generaliter omnibus nos astringat, illis tamen nos reddit specialiter obligatos quorum beneficia frequencius experimus. Ea propter deuocionem quam ad nostrum ordinem te semper habuisse et nunc amplius habere cognoscimus, recompensare merito cupientes, et cum ad presens racione gerarum et discentionum in Valesio ortarum, fratres nostri moram et devocionem salubrem facere in eodem non valeant, idcirco tibi et qui pro tempore in castro Aniuisii moram duxerint contrahendam, res et bona nostre domus de Gironda per

te vel tuos antecessores donatas vel venditas vel quocumque alio titulo traditas remittimus et concedimus usque dum duxerimus ad predictam nostram domum de Gironda fratres mittendos vel aliter rationabiliter ordinandum, conscienoie tue remittentes caritates inde faciendas. In cuius rei testimonium sigillum domus maioris Cartusie duximus presentibus apponendum. Datum Cartusie, die quarta nouembris, anno Dni M°CCC°XL nono.

1961

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, mande à son métral d'Hérens et d'Ayent de payer 20 florins à Pierre Magy.

Conthey, 1349, 13 novembre.

Archives de Valère.

Petrus de Turre dnus Castellionis in Valesio dilecto mistrali meo apud Heruens et Ayen, Petro Frumentin domicello, salutem et dilectionem. Cum dilectus seruitor meus Petrus Magy ciuis Sedun. in recessu nobilis dne vxoris michi mutuo tradiderit viginti flor. boni auri et legitimi ponderis pro expensis ipsius dne faciendis, tibi precipio per presentes quod super exitibus et prouentibus atque ouencionibus exchetarum nostrarum tam marciatarum quam marciandarum in dictis locis de Heruens et de Ayen soluas et deliberes quam cicius poteris dictos viginti flor. graciose dicto P. Magy, quia scio ipsum dicta pecunia indigere, in quo non sit defectus quantum meum diligis comodum et honorem. Datum Contegii, XIII die mensis nouembris, anno Dni M°CCC°XLIX°.

1962

Jean, seigneur d'Anniviers, vend au prieuré de Géronde l'alpe de l'Allée et d'autres possessions.

Vercorin, 1349, 2 décembre.

Archives de Valère, Registrum Jacobi de Bona.

* Anno dni M°CCC°XL° nono, indicione II^a^, die II^a^ mensis decembris, apud Vercorens, Joannes dnus de Aniuisio vendidit viro religioso dno Andree de Ponte Belliuicini priori domus Cartusiensis de Gironda, recipienti ad opus sui et prioratus predicti, alpem suam de la Lex, sitam in vale de Aniuisio, juxta lo Glacier ab oriente et vsque in summitatem moncium ab occidente, et tangit pascua alpis dou Chastelet et affrontat alpi de la Balma a parte inferiori, item vnam peciam prati que vocatur Verssier, sitam in vale de Aniuisio, in loco dicto Chiminauz, que quondam fuit Willermodi de Aula, sitam supra cursum aque de la Nauisenchi, cum duabus grangiis infrasitis, item nouem den. de juribus alpis de la Balma et hoc pro quatervigînti et decem septem lb. Maur. semel. Promittens idem venditor dictam vendicionem suis propriis sumptibus perpetue firmiter garentire, saluo tamen mero et justo imperio, quod in se retinet idem Johannes. Et nichilominus dictus Johannes obligauit dicto dno Andree in guerenciam specialem pratum suum de la Balma et omne jus quod habet in alpe de la Balma. Testes : dnus Willermus de Toneria monacus et vicarius de Chaler, Johannes Chafardi de Nouilla clericus, etc. Et ego Jacobus de Bona, clericus, Geben. dyocesis, etc.

1963

Echange entre Jean, seigneur d'Anniviers, et le prieur de Géronde.

Vercorin, 1349, 2 décembre.

Archives de Valère, Registrum Jacobi de Bona.

* Anno Dni M°CCC° quadragesimo nono, indicione II, die secunda mensis decembris, apud Vercorens ; Johannes dnus de Aniuisio dedit et concessit in concambium seu permutacionem viro religioso dno Andree de Ponte Belliuicini priori domus Cartusiensis de Gironda, nomine dicti prioratus, vnam sectoratam prati cum dimidia, sitam apud Chipitz, in loco dicto de Molendino, cum casamento infrasito, item vnam peciam prati in eodem territorio, in loco dicto en Verney, item vnam sectoratam prati, sitam in eodem territorio, in loco dicto eys Desers. Et viceuersa dictus dnus Andreas dedit in concambium prefato Johanni centum sol. Maur. redditus, quos dictus Johannes dederat dicto prioratui de Gironda in dedicacione seu fondacione dicte domus super talia de Granges. Testes : dnus Willermus de Toneria monacus et vicarius de Chaleyr, etc.

1964

Droits de theises, de maréchaussie et de brennage à Saint-Maurice.

Saint-Maurice, 1350, 23 et 24 janvier.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

In nomine Dni, Amen. Per hoc presens et publicum instrumentum conctis appareat euidenter quod anno Dni M°CCC°

quinquagesimo, inditione III, die XXIII mensis januarii, apud Sanctum Mauricium Agan., quod cum nuper dno nostro comiti Sabaudie per burgenses Sancti Mauricii fuerit supplicatum quod cum inter ceteras eisdem per retro Sabaudie comites libertatibus eisdem concessis clausula que sequitur sit incerta: Volumus et ordinamus quod nulla leuatio seu exactio teysarum fiat in dicta villa de domibus vacantibus uel in quibus habitatum non fuerit uel ignis factus per annum integrum ante tempus leuationis seu exactionis teysarum uel etiam tempore leuationis seu exactionis earumdem, prout eamdem clausulam ego infrascriptus notarius in libertatibus dictis burgensibus concessis per inclite recordationis dnum Eduardum comitem Sabaudie sigillo cereo pendenti sigillatis vidi de uerbo ad uerbum plenius contineri, et dnus Petrus de Ponte castellanus Sancti Mauricii contra dicte libertatis clausule tenorem a diuersis domibus Sancti Mauricii niteretur teysas, licet a teysis iuxta tenorem libertatis immunibus, extorquere, quare supplicant dicti burgenses eisdem per dictum dnum comitem super hoc prouideri, attentoque tenore dicte supplicationis per dnum in consilio dicto castellano Sancti Mauricii datum fuit in mandatis, cuius mandati tenor sequitur in hec uerba: Amedeus comes Sabaudie dilecto castellano nostro Sancti Mauricii Agan. uel eius locum tenenti salutem. Hiis visis que in hac annexa supplicatione continentur, vobis precipimus et mandamus quatenus, si supplicantes a nobis uel predecessoribus nostris habeant libertatem clausulam de qua in eadem supplicatione fit mencio continentem, et secundum ipsius clausule tenorem actenus fuerit vsitatum, ipsam obseruetis franchesiam, nichil in contrarium nec preiudicium supplicantibus faciendo. Datum Aquiani, die VI mensis januarii, anno a natiuitate Dni M°CCC° quinquagesimo. Per dnum in consilio, presentibus dnis Gebenn., episcopo Sedun., preposito Montis Jouis, Jo. dno Camere, Galesio de Balma, Guillelmo de Balma,

Prouag. de Castellione, Humberto de Sabaudia, Guillelmo de Castellione, Bartholomeo Tauelli et pluribus aliis. Et cum in dicto dni mandato caueatur ut supra predictas libertates dictis burgensibus obseruandas, si secundum dicte clausule tenorem olim fuerit vsitatum, quod ad instantiam dicti castellani viri discreti dnus Benedictus Bartholomei, Guillelmus Fabri, Thomas Corderii, jurisperiti, et plures alii burgenses Sancti Mauricii coram testibus et me notario infrascriptis deposuerunt jurati iuxta dictam clausulam super teysarum prestatione dudum vsitatum fuisse et per retro Sancti Mauricii castellanos dicte clausule tenorem dictis burgensibus nullatinus violasse. Item quod ad instanciam et requisitionem dicti castellani Jaquerodus de Vilario, Johannes Trabut, Johannodus de Fonte et Amedeus Sauary, burgenses Sancti Mauricii, vnacum me notario infrascripto fuerunt hac die presenti per villam Sancti Mauricii ad discernendas et declarandas certas domus que asserebantur immunes ab exactione teysarum, tam ratione vacationis mortalitatis pretestu, quam quia per annum integrum in eis ante tempus leuationis seu exactionis teysarum non fuit habitatum uel etiam ignis factus, et recepto proprio juramento a quolibet dictorum burgensium dixerunt, asseruerunt et declarauerunt per dicta eorum juramenta tactis euuangeliis sacrosanctis domus infrascriptas vacasse et vacare de presenti et quod ignis in eis factus non fuit per annum integrum ante tempus leuationis teysarum uel etiam habitatum, nec tempore leuationis teysarum, que, ut asserunt, leuantur in festo beati Martini yemalis, quo tempore teyse leuantur, in tantum quod inde teysie non debentur, facta per dictos burgenses et me notarium indigatione diligenti per vicinos dictarum domorum super vacatione earumdem. Domus uero vacantes in dicta villa sunt hee : Primo domus Amedei de Croseto que debebat XXII den. ob., domus Ansermodi Troyar XVIII d., domus Petri de Criez XIIII den., domus Ri-

chardi Manelli XXII d. ob., domus Auoquete XXII d. ob., domus P. Canelli quondam iuxta domum P. Chantacler XIX d., domus Humberserii Belmondier XIIII d., domus Perrodi Fossour XIIII d., domus Hudrici Heron VIII d., domus Walnerii Florcunczo XIII d. ob., domus Mauricii Borser XV d., domus Johannodi Binfan XVIII d., domus Jo. de Fraciis III s. IIII d., domus Jacobi Wichardi II s. VI d., domus Benethoni Judei II s. VI d., domus Beatricis Hery XX d., domus P. Mugnery IX d., domus Jaquerii de Sales X d., domus P. Cosander X d., domus Mauricii de Veraucza VII d., domus Rolerii Tyebau VIII d., domus Vionerii Basset VI d., domus Stephanodi dou Clochier XVIII d., domus P. Cosander de Contamina XII d., alia domus Stephanodi dou Clochier X d. ob., domus es Bocheres XVIII d., domus Mauricii Passerat XI d., domus Johannodi de Vaudo IX d., domus Jaquerii de Rippa XII d., domus Mauricii Auocat XII d., domus Johannodi Chauolnet X d. ob., domus Aymonis Veraucza XIII d., domus Ludouici Ypopoliti XVII d., domus P. Nepotis de Fauergia XXI d. ob., domus Nouelete II s. IIII d., domus Jo. Grassi II s. VI d., domus dni P. Wiffredi II s. III d., domus Ysabelle de Drona III s., domus Perrussodi Chantarez XV d. ob., alia domus eiusdem XV d. ob., domus Jo. de Sancto Paulo II s. III d., domus Jo. Andree II s., domus Johannis Gignous XX d., domus Jo. Raymondini XIX d., domus Murisodi de Eiuona XII d., domus Bosonis Agner XX d., domus liberorum Neptis XXII d., domus Julliani Canelli II s. I d. ob., domus Henrici Julliani II s. I d., domus P. Quoqueti II s. IIII d., domus Ja. de Vilario II s., domus Aymonis de Bagnes IIII s., domus P. Chapuys II s. II d., domus Clementis de Bornua XVI d., domus P. Wichardi IIII s., domus Perrodi Guyon VIII d., domus Michaudi dou Sallient VI d., domus Polastrine VI d., domus Nycholerii Leurat VI d., domus Anthonerii Nerat VI d., domus Walnerie XII d., domus Perrole Nigre VI d., domus Raymondi de

Chuey VIII d., domus Mermeti de Menton VIII d., domus Porcherode VI d., domus Amedei Baliuuat VII d., domus P. de Waudo IX d., domus alia dicti P. IX d., domus ou Pougiat VI d., domus P. de Sancto Laurentio XII d., domus P. Martra VI d., domus P. de Sales IX d., domus illorum de Lides XXII d., domus que fuit Magninodi VII d., domus Francisci de Costel VIII d., domus Bormoleuchie VIII d., domus P. Corderii VIII d., domus Perreti de Bex VI d., domus Anthonie Nigre V d., domus Michaudi dou Putey VI d., domus Albi de Combis VII d., domus dicte Oyssy VII d., domus Girardi Baliuuat VII d., domus dicti Joter VII d., domus P. de Sales X d. ob., domus ou Quoquin IX d., domus elimosine XXII d., domus Girardi Baliuuat XVI d., domus Raymondeti Chapuys VIII d., domus Alberti VIII d., domus Durande IX d., domus Vionerii Maschet XI d., domus Roleti Fabri XV d., domus Jo. de Catello II s. I d., domus Raymondole de Alesses XVIII d., domus Ysabelle Wich(ardi) XII d., domus ou Despuerau IX d., domus Borgiom IX d., domus P. Mestrallier VI d., domus Jo. de Gruon XII d., domus Jo. Bochi X d., domus Walnerii Folliet VI d., domus Stephani de Saxo IX d., domus Willermodi Loschat XVI d., domus Nantermodi Sostiom XVI d., domus Amedei de Sertom IX d., domus Martini Corderii IX d., domus Petri Nepotis XVIII d., domus Willermi de Furno II s. II d., domus P. de Furno XV d. Summa vero dictarum domorum vacancium est CIX domorum et summa argenti est sex lb. decem octo sol. et trium den. Maur. De quibus omnibus et singulis precepta sunt per me notarium fieri plura publica instrumenta. Testes ad premissa fuerunt vocati et rogati Nantermetus de Fussonay, Perrodus Menyer, clerici, Anthonodus de Waudo de Sancto Mauricio, Johannerius ly Pochy de Veraucza et plures alii.

Item subsequenter die XXIIII januarii, anno quo supra, Jordanus de Waudo, Anthonodus eius frater et Jaquetus Nuncius

Astiere ad instanciam et requisitionem dicti castellani dixerunt et reportauerunt, per dicta eorum juramenta tactis euuangeliis sacrosanctis, quod de decem et septem loyis alias piscantibus et a quibus solitum fuit recuperare a qualibet vnus grossus Turon., anno presenti vacauerunt et demerse fuerunt loye infrascripte : Primo quedam loya dicta Stopeleta, que fuit Johannis Stopeleti. Item loya de Insula, que fuit Willermi de Furno. Item loya Perrodi Wichard. Item loya de Saxo Guillelmi Wichard. Item loya de Saxo Nuregnone de Veraucza. Item loya Perreti Ancelini supra pontem. Item loya Jaqueti Pachodi dicta Trabichet. Item loya infirmorum. Item loya dicta Badelessa. Summa dictarum loyarum vacantium novem, in quibus non fuit piscatum, vnus annus est elapsus et plus, nec eciam piscis captus, ut asserunt per dicta eorum juramenta, presentibus Willelmodo filio Iohannis de Laduys, Jaquemeto de Possia de Sancto Mauricio et Perro Seschau de Salinen.

Item anno et die quibus supra, facta indigatione diligenti super hominibus facientibus focos apud Veraucza, pro quo quolibet foco debetur dno pro mareschartia[1] vna galina et vnus faciculus feni et vna cupa auene soluenda in festo natiuitatis Dni, et solebant esse tempore retroacto triginta sex, prout in computis dni continetur, hinc est quod in presencia mei notarii et testium infrascriptorum Johannes ly Pochy habitator de Veraucza, Johannes Aymonis, Martinus Juglar et Johannes dou Chipyr, probi homines dni nostri comitis dicti loci de Veraucza, examinati et informati quot sunt nunc in dicto loco de Veraucza focum facientes qui tenentur ad predictam mareschartiam, referunt et testificati sunt, per eorum juramenta tactis euuangeliis sacrosanctis, presente dicto castellano, viginti duo homines focum facientes duntaxat, a quibus dicta mareschartia poterit exigi et haberi, et quod omnes alii foci sunt extincti pretestu mortalitatis nuper vigentis. Quos fo-

[1] *Marescalcia*, redevance due au seigneur pour la nourriture de chevaux.

cos existentes et vigentes coram me notario particulariter et distincte numerauerunt, presentibus Jaquemeto de Possia, Antbonodo de Waudo et Guillelmo filio quondam Johannis Paney Lumbardi, coram quibus Martinus Juglar de Veraucza recuperator brenerie[1] tocius parrochie Sancti Mauricii et Massugiaci, et consueuit exhigi pro quolibet foco duo den., et solebat valere tempore retroacto quadraginta sol. Maur., refert et testatus est per juramentum suum quod non exhigit hoc anno nisi viginti sol. et sex den., videlicet apud Alesses tres sol. cum obulo et apud Morcles quatuor sol., que due ville sunt sensite ad dictam summam pro dicta breneria et residuum in aliis locis; et exhiguntur in aliis locis pro quolibet foco duo den., exceptis dictis duabus villis, et asserit suo juramento sunt circa sex viginti foci extincti a quibus dicta breneria exhigi consueuit, in quibus focis extinctis nichil fuit exactum de breneria supradicta. Datum anno, die et loco quibus supra.

Et ego Jaqueminus Nepotis de Sancto Mauricio Agan., Sedun. dyocesis, clericus, auctoritate imperiali notarius publicus, premissis omnibus interfui, ea scripsi et signo meo signaui in testimonium veritatis.

1965

L'évêque de Sion permet à N... Guigour de construire des latrines devant sa maison, sur la Sionne.

Sion, 1350, 4 mars.

Liber instrum. de Seduno, de Bramosio, etc., p. 45.

* Nos Guichardus Sedun. episcopus notum facimus quod

[1] *Brenaria, brenagium, brennage,* redevance en son ou en argent pour la nourriture des chiens du seigneur.

cum . . . . . [1] dictus Guigour sutor fecerit unam latrinam supra Sedunam ante domum suam sine licentia nostra in nostri riuagio, propter quod bannitus fuerat cauere et stare iuri, supplicauit quod dictam latrinam possit complere et tenere offerens nobis quid foret rationis; tandem nos eidem Guigour concedimus ut dictam latrinam tenere et complere valeat, ita tamen quod semper sit de plano feudo nostro et mense nostre episcopalis, et hoc pro duobus caponibus seruicii annuatim et quatuor capon. placiti. Datum in Seduno, IIII° die mensis martii, anno Dni millesimo CCC° quinquagesimo.

1966

Appel du chapitre de Sion au pape contre Guichard, évêque de Sion, au sujet de la juridiction d'Anchet

Sion, 1350, 3 et 8 mars.

Archives de Valère.

* Anno Dni millesimo CCC quinquagesimo, indictione tercia, octaua die mensis marcii, infra castrum Sete dni episcopi Sedun., in platea subtus cameram dicti dni episcopi, in presencia reuerendi in Christo patris ac dni dni Guichardi Dei gracia episcopi Sedun. ac in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, Franciscus Boudrici canonicus Sedun., procurator capituli Sedun., porrexit et obtulit dicto dno episcopo vnam cedulam papiream, formam continentem appellacionis, peticionis apostolorum, dimissiriorum ac requisicionis, secundum quam per omnia idem Franciscus ibidem appellauit. Cui dictus dnus episcopus respondit quod non cognoscebat ipsum fore procuratorem dicti capituli et idem Franciscus obtulit procuratorium suum et dicti capituli. Quo dicto dno episcopo recu-

[1] En blanc.

sante illud inspicere et copiam illius et dicte appellacionis retinere, dando terga ad recessum, voltu toruo, respondit quod non admittebat appellacionem dicti Francisci, nec retinere volebat copiam appellacionis predicte; dicto Francisco tunc michi dictam cedulam dante, rogando me quod ipsam uel copiam eius tradam eidem dno episcopo, si et quando illam duxerit requirendam, et per me fieri de predictis omnibus publicum instrumentum. Cuius appellacionis tenor talis est: Coram vobis reuerendo in Christo patre dno Guichardo Dei et apostolice sedis gracia episcopo Sedun. dico ego Franciscus Boudrici canonicus Sedun. procuratorio nomine capituli Sedun. conquerendo quod, licet die tercio presentis mensis marcii, nomine eiusdem capituli, facte sint coram vobis requisiciones, oblaciones et protestaciones debite in scriptis in hac forma: Coram vobis rev. patre dno Guichardo Dei gracia episcopo Sedun. conquerendo proponit Jacobus de Chesau canonicus Sedun., nomine procuratorio capituli Sedun., quod licet ad dictum capitulum pertineat plena jurisdicio meri et mixti imperii hominum vtriusque sexus de Ansech Alamant, contracte de Sirro, ita quod vbicumque delinquant infra dictam contractam, de consuetudine obseruata tanto tempore quod de contrario memoria non existit, capitulum per suos nuncios fuit pacifice et est in possessione uel quasi inquirendi et puniendi de excessibus hominum predictorum et justiciam faciendi, vestri tamen castellanus et nuncii consistentes in dicta contracta de Sirro acceperunt Henricum de Molendino, hominem ligium dicti capituli, habitatorem dicti loci de Ansech, ipsum carcerantes et non obstante quod pro parte dicti capituli ab ipsis castellano et nunciis et vestra paternitate pluries facta fuerit requisicio quod juxta consuetudinem predictam ipsum carceratum relaxare et remittere eidem capitulo, offerenti se paratum de illo homine, si in aliquo delinquisse reperiatur, facere justicie complementum, vos tamen, hiis omnibus non

obstantibus dictam remissionem facere recusantes, mandastis ab eodem homine recipi fideiussoriam cautionem de faciendo id quod appareret ipsum debere facere, et eo relaxato post dictam cautionem compelli ad respondendum cuidam inquisicioni formate per vestrum castellanum seu alium nomine vestro contra ipsum hominem, in grande preiudicium seu verius quasi spoliacionem jurisdicionis capituli supradicti. Item quod dictus homo, asserens se non habere consilium, petiit sibi dari consilium seu aduocatum, quod propter timorem dominacionis vestre aspere reperire non potest, illud a vestris commissariis seu castellano et a paternitate vestra super hoc ex parte dicti capituli requisita non potuit obtinere. Que omnia fortissime reddunt paternitatem vestram adeo voluntariam et suspectam, quod merito in dicta causa non potestis modo aliquo esse cognitor nec eciam diffinitor. Quare petit idem procurator tolli dicta grauamina et reintegrari capitulum ad possessionem suam predictam cum remissione hominis predicti et cause, offerens se nomine capituli probaturum de consuetudine predicta, aliter de grauamine nomine capituli protestatur. Et si de predictis dubitatis, offert se paratum eligere et vos eligatis arbitros communes qui de predictis cognoscant et terminent id quod fuerit racionis. Et cum de predictis rogauerint certos clericos, notarios publicos, sibi fieri publicum instrumentum, vos tamen pro vestro arbitrio voluntatis absque racionabili causa, non more patris ad justiciam faciendam deputati, ea facere recusastis, et vltra hoc dictis clericis vestris preceptis cominatiuis premissis inhibuistis, ne de predictis facerent aliquod instrumentum, per hoc volentes subtrahere dicto capitulo probacionem de propositis et protestacionibus supradictis. Quare senciens dictum capitulum grauatum per vos et gravari timens in posterum, ex causis superius designatis, ad sedem apostolicam et dnum papam, nomine meo et capituli predicti et omnium volencium huic

appellacioni adherere, appello, subiciendo ipsum capitulum et jura eius protectioni, jurisdicioni et deffensioni dni pape et apostolice sedis, petoque super hiis apostolos, dimissorios, etc. Rogans notarium publicum hic presentem quod de predictis omnibus faciat publicum instrumentum. Predicta acta sunt, ut supra, presentibus dno Johanne Lumbardo curato de Contegio, Mermeto Malliardi, Anthonio et Johanne de Cruce, clericis, habitatoribus Seduni, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Item suprascriptis anno et indicione, die decima mensis marcii, in curia episcopali, in tribunali justicie dicti loci, idem Franciscus canonicus et procurator, ut supra, attendens recusaciones et fugam seu recessum dicti dni episcopi, de quibus supra fit mencio, ex superhabundante cautela, nominibus quibus supra, legi fecit per me notarium infrascriptum appellacionem predictam, et secundum formam eiusdem appellat et eam appendit seu applicauit in columpna sita ante dictum tribunal. Ad hec fuerunt testes discretus vir Nycolus de Castellione jurisperitus, dnus Petrus curatus de Magi, Jorius de Planis sigillifer dicte curie, Jacobus de Bona curatus de Sancto Leonardo, Petrus Coci et Perrodus de Morestello domicellus et plures alii. Item dicta die predictus Henricus de Molendino adhesit appellacioni predicte racione sui interesse. Et de premissis omnibus petiit a me notario infrascripto dictus Franciscus sibi fieri publicum instrumentum.

Et ego Mermetus de Nernyer notarius, etc.

1967

Testament de Guillaume de Clarens, chanoine de Sion.

Sion, 1350, 30 mars.

Archives de Valère, F, 149.

* Ego Guillelmus de Clarens canonicus Sedun. testamentum

meum facio in hec verba. Lego capitulo Sedun. IIII lb. sex sol. et decem den. Maur. annui redditus, videlicet XX sol. distribuendos clero, et residuum dicti redditus pro vno refectorio faciendo die obitus mei. Item constituo heredes meos nepotes meos, filios fratrum meorum, videlicet liberos Jacobi pro medietate et liberos Perrodi pro alia medietate. Item constituo heredes meos dnum Theobaldum de Clarens cappellanum, rectorem altaris beati Siluestri in ecclesia Sedun. inferiori et Mermetum de Nernyer clericum beneficii constituti per quondam dnum Johannem Erpo canonicum Sedun. in ecclesia predicta, et Vouchi nepotem meum. Item lego Johannete filie quondam Agnetis Syoneta domum meam Seduni. Item ciphos argenteos, libros et arma et coclearia argenti do nepotibus meis de Clarens, excepto vno breuiario quod voluerit eligere Mermetus de duobus breuiariis. Testes: Theobaldus de Clarens, Petrus Coci, sacerdotes, Vouchi maior de Clarens, etc. Et Willelmus de Ayent qui juratus, etc. Et ego Johannes de Rekingen curatus Sancti Germani in Sauisia, juratus cancellarie, etc. Actum Seduni, III kl. aprilis, anno Dni millesimo tercentesimo quinquagesimo, Karolo regnante, Guichardo episcopante.

1968

Vente de la majorie d'Ernen à l'évêque de Sion.

1350, 18 avril.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Paulus de Pizoria major de Aragnon vendit majoriam de Aragnon episcopo Guichardo et omnia jura pertinentia (cum) hominibus, mero et mixto imperio, prout Paulo a Vidolini liberis vendita, pretio 900 floren. 1350, 18 aprilis.

1969

Guichard, évêque de Sion, reconnaît avoir reçu de Philippe, archevêque de Nicosie, son prédécesseur, 200 L. pour l'aider à payer l'acquisition de la majorie d'Ernen et de Conches.

Tourbillon, (vers 1350), 13 mars.

Liber instrumentorum de Seduno, f. 110 verso.

* Notum sit quod cum nos Guichardus Dei et apostolice sedis gratia Sedun. episcopus emerimus ad opus mense nostre episcopalis a Paulo de Picero domicello maioriam de Aragno et de Consches pro pretio nouem centum florenorum, et ex alia parte nobis constiterit centum florenos et vltra, sub spe quod dnus Philippus, olim predecessor noster, nunc archiepiscopus Niciensis [1], nobis pro dicto acquisito faciendo impenderet contributionem condignam, nos confitemur a predicto archiepiscopo ducentas lb. Maur. nobis traditas fuisse per ipsius procuratores. Adiecto per ipsos procuratores quod super prouentibus et juribus dicte maiorie quolibet anno nos et successores nostri debeamus soluere viginti sol. Maur. in festo beati Mauritii in ecclesia Sedun. inferiori distribuendos canonicis et seruitoribus ecclesie Sedun. presentibus dicta die in missa que debeat solemniter celebrari ad honorem Dei et beati Mauritii martyris et sociorum eius, ad quos deuotionem habet dnus archiepiscopus supradictus; declarato etiam per procuratores predictos quod nos et successores nostri, quando erimus presentes in ecclesia vel ciuitate Sedun. seu etiam in castro nostro Turbillionis, quod tantum capere debeamus quan-

[1] Il faut lire *Nicosiensis* au lieu de *Niciensis*. Le mot *archiepiscopus* ne peut pas se rapporter à Nice, qui était un simple évêché, tandis que Nicosie formait un archevêché. Le copiste aura confondu ces deux lieux.

tum duo canonici in predicta distributione. Quibus sic actis nos promittimus predicta omnia inuiolabiter obseruare. Testes : Petrus de Ponte de Gebennis iurisperitus, dnus Johannes Relzinger rector altaris beati Theoduli superioris, Girardus filius Rodulphi de Bullo jurisperitus, Perrodus de Animisio domicellus et Jacobus de Pontali clericus, etc. Actum in castro Turbillionis, in camera nostri Guichardi episcopi predicti, die XIII mensis marcii, anno dni millesimo CCC°XLX°, imperio vacante, eodem Guychardo episcopante.

L'indication de l'année de cette charte est évidemment irrégulière; les deux X, placés l'un avant et l'autre après le L, se détruisent. Peut-être le copiste a-t-il mis X au lieu de V, nous aurions dans ce cas XLV, soit l'année 1345, mais celle-ci ne s'accorde pas avec la date de la vente de la majorie d'Ernen, qui, d'après le N° 1963, a eu lieu en 1350. Cependant cette dernière date ne me paraît pas certaine, car déjà en 1347 (N° 1924) nous voyons l'évêque de Sion nommer un major à Ernen. Malheureusement les analyses des documents qui se trouvent dans la collection de M. Berdier n'ont pas toujours été faites avec assez de soin, et en particulier celles qui sont relatives à la majorie d'Ernen me paraissent peu exactes. Pour l'année 1350 il se présente un autre difficulté; dans la charte ci-dessus il est dit que l'empire est vacant; cependant, depuis le 20 février 1347 on voit dater les chartes du règne de l'empereur Charles IV; si on tient compte de ce détail, notre charte serait antérieure à cette époque. Il faut donc la placer approximativement entre 1345 et 1350.

1970

Ventes de maisons à Berthelet de Greysier, major de Sion, par les tuteurs des enfants de Gérold de Greysier.

Sion, 1350, 19 et 20 avril.

Archives de Valère, Registrum Willermodi de Augusta, f. xviii.

* Anno Dni M°CCC° quinquagesimo, die XIX^a^ mensis aprilis, Sedunі, ante domum communitatis Sedun. sitam ante macel-

lum, constituti Willermodus filius quondam Giroldi de Gresiaco et Perrodus de Nas, clerici, tutores et tutorio nomine Perrodi et Katerine liberorum quondam dicti Giroldi, vt asserebant, ex vna parte, et Bertholetus de Gresiaco domicellus, maior Sedun., ex altera ; iidem Willermodus et Perrodus tutores pro clamoribus et debitis dictorum liberorum persoluendis vendiderunt pro dictis liberis dicto Bertholeto duas domos sitas Seduni, iuxta domum communitatis Sedun. sitam ante magnum pontem, ab oriente, et viam publicam tendentem versus ecclesiam, a parte anteriori, pro precio tresdecim lb. Maur., in quibus idem Giroldus quondam eidem Bertholeto tenebatur, et pro decem octo den. Maur. seruicii anno quolibet soluendis Gontero Fortis clerico, vnacum placito, pro domo que tangit domum communitatis, et pro nouem den. seruicii soluendis dno Girardo decano Valerie cum placito pro alia domo. Deuestientes, etc. Testes: Perrodus Fru(men)tini domicellus, etc.

Deinde anno et loco quibus supra, die XX mensis aprilis, predicti tutores et nomine tutorio quo supra vendiderunt pro dictis liberis dicto Bertholeto tres domos sitas Seduni, in vico Malecurie, pro XL lb. Maur. et pro vsagiis inde debitis.

1971

Testament de Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon.

Sion, 1350, 15 octobre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II. — *Furrer*, III, 129.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus de Turre dns Castellionis in Vallesio, sanus mente ac corpore per Dei gratiam, considerans et attendens quod nihil est certius morte et

nihil incertius hora mortis, testamentum meum nuncupativum condo et ordino in hunc modum. In primis animam meam Altissimo meo Creatori recommendo, etc. Et quia heredis institutio fundamentum et caput est totius testamenti, idcirco heredes mihi instituo Antonium, Johannem et Petrum, filios meos, pro equalibus portionibus, eo salvo quod dono et concedo dicto Antonio in avantagium, ultra portionem sibi competentem in bonis meis cum fratribus suis, castrum meum de Castellione una cum vallibus de Liech, de Schauson et de Praborny, cum pertinentiis et appendentiis omnibus dictorum locorum. Item volo et ordino quod si contingerit me decedere antequam Blancia filia mea esset maritata, quod dicti filii mei eam maritare debeant et dare et exsolvere duo millia florenorum, quos eidem Blancie in dotem constituo, ita quod quilibet ipsorum filiorum meorum de dicta quantitate solvere debeat pro ea portione et rata pro qua haberet de bonis meis. Item Agneti de Grandissono consorti mee relinquo et concedo assignationem dotis sue, sicut in litteris assignationis continetur dicte Agnetis; et quia ego aliquas res dicte assignationis alienavi, ego in computationem seu recompensationem et in locum dictarum rerum alienatarum, si contigerit eas non esse reversas ad manus meas tempore mortis mee, dono, concedo et pono dicte Agneti ad totam vitam suam domum meam de Morial cum omnibus suis juribus et pertinentiis quibuscunque. Item volo et precipio quod mea debita et clamores mei solvantur et emendentur de plano sine strepitu judicii et figura per heredes meos predictos super et de bonis meis, ita quod eorum quilibet de dictis debitis et clamoribus, in quantum teneret et haberet de bonis meis, teneatur. Item volo, precipio et ordino quod Johannes et Petrus filii mei predicti, quidquid habebunt et tenebunt de bonis meis vel alio quovis modo acquirerent, recipiant et teneant in feudum homagii ligii a dicto Antonio eorum fratre. Item volo et ordino quod si con-

tigeret dictum Antonium dece ere sine liberis legitimis de suo corpore procreatis, uno, pluribusve, quod predictum avantagium per me factum sit et remaneat Johanni filio meo predicto integraliter et pacifice, ita tamen quod in casu in quo dictus Antoni rum el liberos non masculos procrearet, alii duo m i vel filias secundum statum vel facultates eorum nt ritare de bonis ipsorum. Item volo et ordino quod res et i cuiuslibet filiorum meorum decedentis sine liberis l lin s, uno, pluribusve, ad alios superstites |) e(lil p( )nibus revertantur. Item volo et ordino q d ces: neum remittantur hominibus meis totius dioc is Se(.) et redditus unius anni per heredes meos predictos, sec lum quod eis videbitur expedire, in uno anno vel in pluril s, conjunctim vel divisim, ita quod dicta remissio unius anni per dicta tempora compleatur. Item volo, precipio et ordino quod dicti heredes mei faciant et facere teneantur singulis annis anniversarium meum et predecessorum meorum in die anniversarii mei, et quod teneantur dare et solvere cuilibet canonico Sedun. ibidem presenti tres Turronenses grossos, et cuilibet religioso ibidem presenti duos Turronenses, singulis autem aliis capellanis unum Turronensem et cuilibet clerico unum Venicianum. Item altari B. Marie quod construxi in ecclesia Castellionis dono viginti solidos Maur. redditus, ultra quatuor libras per me sibi alias assignatas, quos viginti sol. qui pro tempore fuerit dnus Castellionis ipsius altaris rectori annis singulis solvere teneatur, et nihilominus assignationem per me factam de dictis quatuor lb. altari predicto bonam faciat annuatim. Item volo et precipio quod dicti heredes mei teneant et exsolvant pro patre meo pactum per me factum cum fratribus beati Marii Mediolanen. Volo insuper et precipio quod dicti heredes mei teneantur reemere seu redimere gagerias seu alienationes per me factas de aliquibus bonis et rebus assignationis dotis

Agnetis consortis mee predicte. Item volo et precipio quod dicti heredes mei singulis annis teneantur facere celebrari per religiosos seu alios capellanos idoneos quinquaginta missas pro remedio anime mee et predecessorum meorum. Item tutelam, gubernationem et administrationem dictorum filiorum meorum et bonorum suorum relinquo predicte Agneti matri eorum, quamdiu a secundis nuptiis se voluerit abstinere, ita tamen quod predicta ipsa in preiudicium dictorum liberorum nihil facere aut disponere valeat sine voluntate et consilio nobilium virorum dnorum Ottonis et Guillelmi de Grandissono, fratrum eiusdem Agnetis, ac dnorum Petri comitis[1] ac Aymonis de Pontevitreo, fratrum meorum, vel eorum qui supervixerit de eisdem. Exequtores autem huius mee ultime voluntatis facio et ordino nobiles dnum Rudolphum Asperlinum militem, Johannem de Platea de Vespia domicellum, dnos Johannem de Orba canonicum Sedun., Johannem curatum de Schauson, ita quod si omnes interesse non possent, tres vel duo predicta exequerentur; dans et concedens ipsis exequtoribus potestatem plenariam, casu quo heredes mei negligentes essent vel remissi adimplere et facere ordinationem meam predictam seu ordinationes, apprehendendi sua authoritate propria bona mea, distrahendi seu alienandi pro predictis exequendis. De predictis autem rogavi chartam fieri, instrumentum ad dictamen sapientum, et testes apponi qui sic vocantur: dnus Jo. de Orba canonicus Sedun., Jacobus curatus de Granges, Rolinus Wiberti de Augusta, dnus Rovardus Ravaneti de Arturiez, Romanus Apli dArba, dnus Ruphi dAyent et Nicolaus Simoz de Zomiz clericus, et dnus Johannes de Trennanus canonicus Sedun., qui cancellarie Sedun. juratus hanc chartam levavit, Seduni, die XV octobris, MCCCL.

[1] Pierre IV, comte de Gruyère, qui épousa Catherine, sœur de Pierre de La Tour; une autre sœur, Françoise, épousa Aymon de Pontverre.

1972

Extrait du testament de Pierre du Châtelard.

Aoste, 1350, 2 décembre.

Archives de Valère, Registrum P. de Martigniaco, f. xxviii.

* Anno Dni millesimo CCC° quinquagesimo, IIII° nonas decembris, inter cetera qui continentur in testamento Petri de Castellario, nobilis filii quondam Thome de Castellario, sub anno et die quibus supra : Item instituit sibi heredem Guillelmum filium quondam Humberteti fratris sui in decim sol. grossorum Turon. annualibus super omnibus bonis suis, ita quod predicti decem sol. assetentur eidem Guillelmo per executores seu heredes ipsius testatoris infra annum post decessum dicti testatoris. Et si forte heredes sui nollent assetare eidem Guillelmo dictos decem sol., in eo casu dictus testator donat eidem Guillelmo omnia bona sua in Valle Digna. Instituit sibi heredes vniuersales fratres suos Roletum et Aymonetum, ita quod si contingeret dictos Roletum et Aymonetum sine heredibus masculis ex ipsis descendentibus (decedere), instituit sibi heredem Johannem fratrem suum ; et si contingeret dictum Johannem sine herede masculo ex ipso descendente (decedere), instituit sibi heredem predictum Guillelmum nepotem suum, filium dicti Humberteti. Actum Auguste, in burgo de Porta Sancti Vrsi, in domo mei notarii infrascripti.

Ego Aymo Bonet de Porta Sancti Vrsi Augustien., notar., etc.

1973

Coutumes du Vallais.

(Vers le milieu du XIVe siècle [1].)

Archives de Valère, copie sur papier de la 1re moitié du XVe siècle.

Ce sont aucuns cas de costume.

1. Le premier est cil qui veult aiourner per coustume de Valoys en la aute court de la regalle, peut aiourner en deux manieres :

La premiere est aiourner per la forme de la regalle simplement.

La seconde est metre a celly qui est aiournes metre ly les bans de LX souls de Mouris.

2. Et ce il qui est aiournez ne vient au premier jour, on le doit aiourner per la seconde citation, ensemble lemposition du scecont ban semblable du premier; et ce il ne vient alla ceconde citation, on le doit mander gagier de la demande de lactour et dez bans encorus, et lors le doit on aiourner ce il veult ryens dire contre le gagemant; et ce il ne vient a cely jour, lors le dit gagemant ce doit mander a execussion sur la demande de lactour, et deuant lez autrez segnories estre deeuhe faite la tierce citation dez bans, et on ne fyance, on doit saysir les biens du cite et dedans le termine de la saysine yl se doit aiourner a notiffier ly ladite saysine et apponser rayson pour quoy on ne dege fere joyr le actour de sa demande,

[1] Ces coutumes ne sont pas datées, mais l'époque où elles ont été rédigées, peut être fixée par les notaires et hommes de lois qui sont cités à l'article 120 et qui tous ont vécu vers le milieu du XIVe siècle. Ils paraissent dans les actes publics depuis vers 1340 jusque vers 1370 à 1380, au plus tard.

et ce il ne veult ryens alleguer, ne fyancer, ne dire a lencontre, passee la quarenteine on ne le doit puis escoulter, mes faire a joyr lactour.

3. Apres sachies que ce cil qui est aiourne vient alla premiere journee, il peut demander jour de fyancier.

Aprez quant il a fyance en la cause ly actour et le reo, et le actour fet puis aiourner le reo per le premier jour aprez le fyancement donne, et le dit reo ne comparoit a celli jour, saches que on ne peut ryens faire a celli jour contre le dit reo, excepte en VII cas lez quels ce demonstreront, mez se doit ajourner aprez la ceconde citation, et ce il ne vient a celle journee, lors len peut doner renuestiment et passemant allactour de cez demandez contre le reo per le premier decret, car celli jour est estrossiers[1].

4. Aprez sachez que le reo peut purgier le dit premier decret per fiancement, ce il le donne au juge dedans la quarenteine de fait de moble et de fait de propriete dedens an et jour.

Et passee la ditte quarantene le actour peut et doit aiourner le reo apropouser contre le dit premier decret done contre le dit reo, et ce il a celli jour ly dit reo ne comparoit, il ce peut doner contre ly le cecont decret per sa contumace, cest assauoir fayre a joyr le actour contre le reo de sa demande, sans plus escouter le dit reo, ensemble dez damagez.

5. Et ce aucuns se clame dun autre et celli de cui on se clame confesse la demande, encontinent, sens terme donner, ly sirez peut et doit gagier le reo de la demande de lactour.

6. Il sont VII cas ly quels sont estrossiers apres fiancement donne et ce faut a sauoyer dedans trois iours quant on prent droit.

[1] Dans l'ancienne pratique *étrousser* signifie adjuger en justice. En Vallais *estrossier* est synonyme de *péremptoire*.

Ly premier est tous cas de spolyacion.

Ly scecont est tous cas dargent pour vendition de possession dehene.

Ly tiers est tout cas de appel.

Ly quart est tout cas de maryage.

Ly sinquieme est tout cas de dire contre lettre, instrument ou passement.

Le sexte est tout cas de contredit de chartre.

Le VIIe est tout cas de homme errant.

7. Ce aucuns demande que on ly preste conceill en quelque acte que il soit de la cause et il ne ly est autre fois donne, il le doit auoir.

8. Saches que ly juge peut reçourder et tesmognier ce que est fait deuant lui alla requeste de lune des parties aprez le droit principal, et non mye deuant, ce lez deux parties nery concentent.

9. Apres sachez que ly tesmoin dou subdelegant nera vigour, mesque tant comme de vn autre simple tesmognage, car il na mye ci fort le seremant comme celli qui est hons.

10. Apprez sachez que il sont trois cas lesquels sunt tous strouciers et de passement, cest assauoir tous lez jours de toute cause apres le principal droit dit.

Apres ce le dit actour demande au reo fait de possession ou dautre chose que ne apertiegne a mobles, le reo peut demander jour de premiere quatorsenne et encour peut il demander jour per la tierce quatorzene, et donnee la tierce quatorzene, puis comment que le reo responde alla demande de lactour, et la tierce quatorzene est jour estrocier et de passement per le premier decret et les deux premieres quatorzenes ne le sont mye.

